EPISTOLA PHILIPPI BEROAL DI AD LECTO REM

ſ CRIPTionem eccleſiaſticam pleriq; exiſtimant conſimilem eſſe uirgini ualentulæ : in qua plus lacertorum ſit : q̃ formoſitatis : plus roboris : q̃ nitoris. Ex quo fit ut interdũ talis lectio delicato Lectori faſtidiẽda fiat / et aſpernabilis. Sed nuper Matthæus Boſſus Dogma eccleſiaſticum adeo pigmentis oratoriis uenuſtauit : adeo omni concinnitate elegantiarum expoliuit : Vt terſius / mundius / purius uix quicq̃ reperias. Multiplici uariaq; doctrina ſcatẽt eius Dialogi Oratiões et Epiſtolæ. Oblectat / tenet / capit lectorẽ minime laſſeſcentẽ : Vbiq; luculẽtus et emunctus: et quod cum primis eccleſiaſticũ hominem decet : ſanctitudinis cõſultiſſimus ẽ. Lector ita lege ut perlegas. Ita intra ut ſpectes. Sunt enim hæc non a limine tantum ſalutanda : ſed etiam atq; etiam itroſpicienda. Caue queſo : ne : quod canis in ægypto : bibere et fugere uidearis.

MATTHAEVS BOSSVS VERONENSIS CANONICVS REGVLARIS.D.REVEREN.SVO IOANNI MEDICI.S. R.EC.CARDINALI SAL.ET FOELICITATEM IN .D.

PLEtisq; sæpe rogatus ut opuscula quædam et diuersa
rum rerum oratiões atq; epistolas: quas multas hactenus
a scripsi colligerē: et officiosa impressorum manu atq;
industria ea oia ante recognita accurateq; digesta com
munia pluribus redderem: Negotium meū aliquātidiu cogitans
hæsi distuli torsiq; me etiam. Ea enim ipsa erant partim ita disper
sa ut receptui classico nullo quidem signo ad uexilla reuocari āpli
us possent. partim etiam in fratrum manibus habebātur per italiæ
totius diuersa cœnobia: partim cæcis nostræ cellulæ angulis situ ac
puluere pene tabētia diu iacuerāt procul a mēte omniq; memoria:
ut difficillimum sane mihi uideretur in corpus aliquod unū tot
membra disiecta componere. Meas cogitationes quoq; nō magno
studio lucubratas satis placere posse diffidebam iis presertim: qui
stricta libella omnia appēdunt et corrugata fronte ac rinoceroteo
naso aliena tanq̄ odorant. Atq; ideo interim cœpi in lucem emitte
re prætentaturum iteri facturumq; discrimen Dialogum nostrum
de ueris ac salutaribus animi gaudiis: qui ipressoria arte diffusus in
plurimos ut se cœpit ostendere probatus (ut uidi) atq; digne habi
tus ē: clarum præter cæteros cui testimonium dedit Politianus ille — Politianus
noster ille inq̄: qui singulari doctrina et accurata de re quaq; rōne
græcarum præterea litterarum eruditione ætatis et sæculi nostri ne
mini cedit: ea una epistola ad inclytum tuum genitorem quæ ad
dialogi caput apposita ueluti serenissima gēma fulget et emicat i
quem cū eodē ipso Politiano nec inuitus legit semel et pluries ad
calcem usq; insignis et clarissimus Io. Mirandula: cuius ingenium — Io. Mirādula
super humana omnifariamq; doctrinam omnes obstupescunt et a
cuius integritate animiq; nitore omnis abest hallucinatio palpans
que cōsensio. Hinc aiata. Hinc incensa mihi fiducia ut cætera ista
quæ diximus ita sparsa quaq; ac disseminata in unum cogeremus.
Quod cū fecerimus quæ ex multis deperditis inuenta receptaque
fuit quas Recuperationes appellare possumus Fesulanas: tuo am

pliſſimo et ſacratiſſimo nomini merito dedicãda putauimus : quẽ
ſpecioſum uexilum et maximum caput religioſi ordinis noſtri au
guramur aliquando futurum: ut portendi nobis uiſum eſt nuper :
Quando de coratus Io : Medices
ipſeq; tibi etiam lætiſſimus dixi: cum te ita dignatum meis in feſu
lano manibus iniciati Chriſto ſummis omnibus Cardinalatus in
ſignibus:qui omnium quos uixiſti /fuit tibi et pulcherrimus et fœli
ciſſimus dies:Patriæ:Generiq; clariſſimo tuo ornatiſſimus . Quod
eo quoq; promptius atq; audacius feci / ꝙ ſuperiore æſtate in urba
nis ædibus tuis tum te uiſitaſſem/adeſſẽtq; Gentiles Aretinus epi /
ſcopus ueſtræ familiæ cultor /a iuuẽture uernaculus /et Secretarius
rerum tuarũ / et conſiliorum Stephanus/ſuper ſermonibus mutuo
habitis profeſſa tum eſt dignatio benigniſſima et maxima tua : Sa
lutaria noſtra illa ſe gaudia una tum epiſcopo Stephanoq; non in
iucunde legiſſe. Horum omnium unus auctor . Illaq; ipſa eodem
ſpiritu / eodemq; igne conflata . Attamen fateor /et quidem inge /
nue mea ſcripta longe diſtare ab eorum maxima laude : quæ ſæpe
Ficini Politianiq; laus .
habes in mãibus Marſilii Ficini/Angeliq; politiani ſublimia opera:
quæ ipſe cum lego:equidem magis ſemper admiror:neq; intelligo
quid ullius generis litterarum conferri poſſit ſuis editionibus clariſ
ſimiſq; operibus:quæ multa alter:alter uero pauciora:ſed grauiſſi /
ma uterq; conſcripſit.Sed poſt macellum et adipem etiam blandiſſi
ma oluſcula /et appetibiles fluuiales piſciculi ſunt . Pulcherrimus
ita ſiderum ordo non magnis tãtum :ſed paruis fulgoribus diſpoſi
tus eſt:et ſtella differt a ſtella in claritate ſua:noſter ut íquit Apo/
ſtolus) . Itaq; noſtra iſta cũ legeris:grãdiloquentiã facile deſydera /
bis:et exatã omni ex parte:abſolutãq; dicẽdi artẽ : cuius equidẽ rei
No.
catholicis nobis religioſiuſq; ſcribentibus nõ præcipua omnino cu/
ra eſſe conuenit :ne ampuloſioribus uocibus/ exqſitioribuſq; colo
ribus cæleſnũ fides /albaq; ueritas idicta apprehenſaq; uideat̃ .Põ
dus uero(ſi non fallor)mea improbe amans:quoda me fieri nullo
mõ equidẽ uelim:copia deuotio/fructus/et quæ ſuapte natura ẽ ad
mirabilis/atq; iucũda: uarietas nõ uſq; quaq; deerit:qbus de rebus
nõ iã meũ tamẽ:ꝗ dominatiõis prudẽtiſſimæ tuæ eſto iudiciũ. De/
niq; Vale. et ĩ domio adoleſce fœliciter ſuboriẽs lux/Speſq; noua ſa
croſanctæ Matris eccleſiæ. Ex Abbatia Feſulana/pridie kal. Apriles.
Anno incarnati Chriſti . MCCCCLXXXXII .

MATTHAEI BOSSI VERONENSIS CANONICI REGVLARIS AD IO. PHILIPPVM GERMANVM ET CONCANONICVM DE TOLERANDIS ADVERSIS DIALOGVS INCIPIT.

q VONIAM CVM SAEPE ALIAS: TVM nuper maxime efflagitare non cessas Germane charissime: ut aliquid ad te conscribam: quo iacentem interdum animum: et variis curis molestiisque distractum attollas parumper: et colligas: ut a me incitatus sæpe fecisti: constitutum mihi dudum animo fuerat: de beatis atque uberrimis fontibus christianæ philosophiæ: si modo dominus id mihi daret: haurire aliquid: ut de aliqua ex parte tu forsitan frater desyderiū tuum assequerere: et ipse studio et amori satisfacerē erga te meo. Sed q̃ sæpe falluntur futuri nesciæ hominum mentes? q̃tunq; p inane deludimur? Dum in quotidiano euangelio Christi apud Parmenses laboro atq; desudo: dum simul et meditor quid ad te destinandum conscribam: nec satis occurrit præpedito animo et iplicatu cōcionum populariū cura studioq; ppetuo: grauis en febris me corripit: correptum aduxit ad quadragesimam usq; dimidiā. Quæ infesta febris quid etiā nobis (Deus bone) enixa sit commodi uide. Nā cū neq; mens ipsa cogitationem extēdere: neq; tremula manus stilum ducere ualide posset: materiam tamē et quidē egregiam ipsa tum mihi etiā peperit: quā de pferendis aduersis toleratuq; malorū appellē: deductam a quæstione mecum a pletisq; amantissimis ciuibus acute et pulcherrime habita: quam lāgore paulo leuatus ad te scribendā duxi: tuoq; nomini dedicandam: suapte quidem natura pstantē: tum et salutarē ut arbitror. Tantā rē tamen (etiā Deum pcatus: a quo agendæ cuiusq; rei auspicia quærenda sunt) satis quidē ipse an explicare et expolire potuerim: haud equidē scio. Porro qd tu iudicaturus sis præscius sane sum. Cæterorū autē uereor ne morsibus pateat simplex charitas mea: quæ iuxta Pauli sentētiam non æmulatur: non agit perperam: non est ābitiosa: nō quærit quæ sua: sed quæ domini sūt: q cum meminerint ab Stoicis disputatum for Stoici

tissime in sapientē dolorem nō cadere:nec quidē illum ullo ꝓrsus
animi motu turbari:itaq; sola uirtute cōtra infesta oīa satis esse ꝑsi
Plato — dii. Quin et ad sedandos luctus / ac ferendos sine gemitu grauissi/
Possidonius — mocum malorū oīum fluctus/extent Platonis / Possidonii / et Sene
Seneca — cæ plurima et præclara præcepta. Pateant et quiq; M. Tullii cuscu
Tullius — lanarū questionū aurei libri de contemnēda morte/de tolerādo do
lore de ægritudine leniēda / animiq; morbis cohercēdis / deq; ope
tandē magnæ inuictæq; uirtutis ad fœlicitatē uitāq; beatā cōquirē
dam opitulatricis et ducis:oībus eloquentiæ floribus ornati : et ue
luti margaritæ nitentes atq; conspicui:cū nostrorum deniq; gloria
sanctitatis singularisq; doctrinæ illustrium multa ēt hoc in genere
Chrysosto mus — teneamus opuscula:qualia Chrysostomi / Cypriani / Hieronymi:ad
quocū dicendi copiā / sententiacū grauitatē / atq; fulgorē præter ad
Cyprianus — mirationem nihil plane adiici possit:putent nos delirare / aut insa /
Hierōymus — nos esse qui crediderimus aut noua īuenire potuisse tanq̄ a nobis :
aut ab aliis inuenta uel cultu reddere blandiora / uel accumulatione
uberiora. Non ita sū demens:ut arrogare audeā uel utrūq; / uel alte
rum mihi:existimans cum Solomonis elogio nihil oīo nouum esse
sub sole: et resarcire uetera atq; amplificare : quæ ab ipsis philoso /
phis studiosissime sunt pertractata:et nostris cælitus īspirata:uideā
oīo dificile / mihi præsertim : in quo nihil est egregiū et summæ elo
quētiæ ꝓximum. Ea uero magis ad scribendū me ratio mouit: qua
Rō scribendi — quotidie ēt ad pulpita ducimur. Recens enim et refricata uirtucum
memoria uelut unguētum suauius fragrat:et semꝑ hēt nescio qd:
Prouerbium — quod nouam affert uoluptatē et commodū iuxta tritū uerbū illud /
Decies repetita placebunt. Suus cuiq; sit sensus: Aliénisq; de rebus
uel ex prudentia uel ex temeritate uniuersi diiudicent:nihil ē / quo
minus ipsi / ut scriptum est / gradiamur simpliciter : et nostra ut pos
sumus sācra solatia in Dei laudē / hominūq; salutē cū pietate susci
piamus . Paruis et. n. nobis polliceri maximū aliquid haud profec
to licet:sed neq; suscepta res ipsa huiusmodi est : quæ aut grandia
aut obscura / aut peregrina uerba desideret : quæ argumentationes
contortas / et captiones dialecticas / aut inextricabile aliquid aut si
nuosum iure recipiat. Magis uero apertam et candidā / synceráq; fa
Intentio auctoris — cundiā hoc loco postulari animaduersū est mihi:ubi acuta ueluti

cuſpide iugulandus omnis eſſet error: et clipeo ueritatis lucidiſſimæ ab hæreſi murmureq; in Deum liberãda humana temeritas foret: quod efficere conati ſumus: neſcio uero an effecerimus. Noſter totus huc tendit animus. In hoc mens flagrat. Hoc ipſa etiam conſciẽtia gliſcit. Vt rem igitur cœptam iam noſtra proſequatur oratio: per interualla cum eſſem a tertianis aliquanto quietus: et amici quos dixi: mutui ſermonis cupidi ac ſtudioſiſſimi ad me uiſendũ / audiẽdumq; coirẽt: affirmarentq; ſe dolere / et grauiter angi / q̄ noſtræ concionis uſu atq; ſolatio tãdiu carerent. Ab iis querela exorta eſt: quæ ad Deum uſq; uel penetrat: uirum iuſtum / ingenio: et uirtute præcellentem / Seruum domini frugi / et de rebus humanis recte ſancteq; merentem / præpediri febribus: et langoribus ita uexari: ut minus queat et ſibi uacare / et prodeſſe q̄ plurimis / indignũ penitus deo / ingratumq; uideri: eſſeq; et toleratu admodũ graue. Eos argumentãtis: Me uero refellẽtem / interdum quoq; audies ſciſcitãtem. MAT. QVid cauſæ eſt / cur de optimo et maximo Deo praue ita ſentiatis nos inſtituti moribus ciues / dulceſq; amici / en intente audiam / refertote? AMI. Tu uero pater / ſi ut inquis / nobis aures commodabis: nec languenti corpuſculo grauis futura eſt diſputatio / pergemus id agere / et quidem ut aude / æque et libere / ſi bona cum uenia. MAT. Nempe agite et quantum placet argute et ingenue. Sed admotis auribus quid colloquimini? AMI. Quod te affecto corpore ac languido cernimus / ueremur ne ualitudinem cogitatio uexet infirmam. MAT. Eſt ſane ut dicitis: non ſum recte mei compos: et ad enarrandum quæ uultis prorſus liber. Rugata itaq; fronte mentem intentionemq; colligebam tantiſper / ut poteram. AMI. Velle minime poſſumus: quod acceptum exhibenti tibi ſit obfuturum. Iube itaq; ro nos pater abire: teq; iterum cura. MAT. Præter hec omnia. Maximo ſemper ſolatio mihi fuiſtis: et totis modo quibus ualeo ãnitor uiribus a uobis accipere: et ipſe cõdicere de quo malueritis: et ab ſupremo pioq; deo ſpero præſidiũ. AMI. At tentare Deum nõ erit in uicio? MAT. Atqui omnia poſſum in eo: qui me confortat: et cum infirmor / fortior ſum inquit Apoſtolus. AMI. Quoniã uero tu te ultro ſic exhibes / et quærẽdi nobis facis arbitriũ: ne ꝑ multa uagemur / hoc unũ mõ afferemus i Apoſtolus

Cur mala boni patiūť

medium:tum plura ſi ſermo popoſcerit. Quid eſt per Deū ꝙ ſanc
ctorum hominum uitam atq; piorū uniuerſa malorum turba per/
ſequitur? Paupertas/ignominia/langores/dolores/cruciatus/ſup
plicia/ſeruitutes/orbitates/exilia/afflictiones/tentationes/carceres/
calamitates/plagæ/neces. Maxima nos admiratio tenet iſtuc profū/
de rimantes/ꝙ ſe diligentibus deus religioſeq; colentibus tot tor/
menta/tot impendat exitia. Nam mortis genera quæ patiuntur cul

Cruciatus ſanctorum

tores Dei:paſſiq; ſunt ſemper:quis non horret uel recenſere/uel
cogitare? Alii/ſi uera legimus/flagris uerberati. Alii pectinibus la
niati: Alii eculeo ſuſpenſi. Alii flammis iniecti. Multi feris expoſi
ti. Quidam ſaxis obruti. Alii oleo/pice/plumbo ue per ora liqua
to intus exuſti. Quamplurimi carcere/gelu/fame/tabeq; conſum
pti. Innumeri ſubiecta ceruice lictorum gladiis proſtrati. Porro ut
te ſæpe docentem in populo audiuimus/ſi tam conueniens nihil ē
Deo:q̄ pietas:beneficentia:æquitas. Nihil autem e contrario tam
prorſus alienum/q̄ ſæuitia/uel iniquitas/uel malitia:oportet om/
nino ut ſancte uiuentibus non modo haud noceat:ſed et faueat et
præſtet auxilium:alioquin quomodo Deus:et uerus hominum pa
rens:qui propenſior ad perdendum/q̄ ad ſeruandum inuenіatur?
Perfacile eſſet uirtutes ſectari:dulceſceret animus factorem Deum
religioſe et fideliter colere interq; homines ſocialiter/pieq; uerſari:
ſi quos ſynceros ac fidos habet cultores et ſeruos confoueret bene
ficus/atq; diligeret:et quæ retulimus mala tam grauia/ut par eſt/
his præcaueret? At cum nullus ſit tutus locus uirtuti:nullum pie re
ligioſeq; uiuentibus quietum perfugium:quin uita eorum omnis
ludibrio/tormentis/doloribus/et procellis omnibus expoſita ſit ra

Cur pauci uirtutē ſecū tur

ri admodum reperiri poſſunt:qui aut uelint/aut audeant tā diffi
cilem et aſperam uiam uel ingredi/uel tenere:qui proptus corpori
bus abuti immaniter poſſint:et innoxio ſanguine perſecutorum
carnificinas cruentare. Paueſcunt omnes in limine:et perambula
re plana atq; uirēna/q̄ abrupta et ſalebroſa ſanus putāt:ita honori
bus/ita dignitatibus/ita cupiditatibus/ita libidinibus magis/

No.

q̄ deo atque uirtutibus inſeruitur. Quin et obtenebratum illud
uerbum iactatur in uulgus. Cælum atque terras poſſidentem/et
omnibus quæ ſunt rebus imperantem maximum deum ac præpotē
tem rei unius huius laborare inopia/ut ſe uenerantes atque colen

tes habeat admodum raros: tanq̃ in suos grassator et carnifex ma/
gis: q̃ parens/et rerum salutarium opifex. Contra inimicos q̃pluri/
mos q; impure/scelerate/nefarieq; uitam agentibus: nullis legibus
præceptisq; obtemperãtibus bona omnia larga manu porrigere/uo
taq; indulgere uideatur. Nihil est.n. quod tam generosos animos
cõtundat/et quatiat/q̃ hæc cõmentario obstrusa/atq; nodosa: quã
abs te nobis Matthæe pater/qui multa tibi et ingenio et studio cõ/
parasti desideramus absolui. MAT. Geram uobis morẽ ornatissi
mi uiri: et quæ nosse tam uehementer auetis/ut sane potero expli/
cabo. Vos autẽ si minus clara uox fuerit/orationq; diserta: ueniam
inualido mihi dabitis/et extempore differenti. AMI. Age ut asso
les: tua nobis et sonora et melliflua semper est et uidetur oratio. Ve
rum ut prius ista surgas ab exedra/et strato accubes: unde lenius do
ceas optamus. MAT. Nihil uos ista res turbet. Nam sessio ut ani
mus uigilantius agat/q̃ toto si recubem corpore efficit. AMI. — Amoris uis
Nequit labor ullus inhibere uolentem dum qui uult amat. Pergi/ — maxima.
to: nos studiosos habebis et dociles. MAT. Vestra omnis quæstio
a triplici dubitatione deduci mihi plane uidetur: q; bonis aduersa: — De quibus
malis prospera frequenter eueniunt: et tertio/quod præteristis ne/ — questio
scio quomodo/hæc ipsa utrisq; quandoq; communia. AMI. Rẽ
plane ut ẽ/recte percepisti. Nam in his graui cæcitate torquemur:
quã utinam leues/ac diluas. MAT. Constare satis omni sapiẽti — Prima ratio
qui dignitatis humanæ rationem tenet equidẽ arbitror: Deum ab — cur boni ue
initio hominẽ condidisse: et ex illo uno tanq̃ ex stirpe sparsisse p or — xantur.
bem omne genus humanum: suosq; uniuersos uoluisse fore culto/
res, nullo modo præsertim ut hic inferius manerẽt æterni/satiq; es
sent: quod ẽ cõe cũ brutis: solas absumere fruges: Altior fuit fingẽ
di hoĩs ratio: altius consiliũ/sacramentũq; diuinius: ut q plane eẽt
uiua/et constans/et certa quædam diuinitatis effigies: non terre/
na sed cælesti uirtute omnino præditus. Rebusq; quæ hoc in mun
do sunt: omnibus præstãtior atq; sublimior: perẽni tandẽ et felicissi
ma imortalitate/uirtute æmulatus/sibi copularetur ĩ cælo. Assen/
timini hac in re libere mihi/an fundamentũ istiusmodi certũ atq;
immobile infirmandũ putatis? AMI. Etiã istud ipsum et pulchre — No.
et constanter fatemur. MAT. Cõsequens itaq; est/si cælestis/si

diuinus / si sapiens / si et imortalis / et formis formosior humanus ē
animus:et delibatus / ut Pythagoræos dicere memorat Cicero e mē
te ipsa diuina: eundem supernā illam patriam : quæ una est omniū
parens: et ciuitas / unde diuulsi atq; decerpti singuli sumus : debere
præter cætera omnia amare præcipue: amatam optare: optatam ac /

Beatus finis

quirere: et qui ultimus ac beatissimus finis est / acquisitam æternis sæ
culis possidere . Quoniā uero bona illa cælestia abdita nobis et re /

Vnde terre norū tantus amor.

motissima sunt: ut nullis corporis sensibus ꝑcipi queāt: Terrena au
tē ista sensibus subiacent tota: naturāq; habent et genesim ex cras /
sa: colorata / concreta / palpabiliq; materia: ut apprehendi / posside
riq; possint: alliciuntur q̄plurimi blādis aspectibus / et tanquā uene
ficis umbris / falsisq; imaginibus sic excæcantur: ut totis animis ceu
quadrupedes rebus caducis conuersi atq; deuoti / iaceant / et decur
uentur in terram : quorum miserandam secordiam Propheta de /
plorans . Homo inquit cum in honore esset / degenerauit / cōpara
tus est iumentis insipientibus / et similis factus est illis. Quibus sa /
ne de tenebris erūpit(proh nefas)morbus pestifer ille / et isanabilis

Ignoratio Sui.

lues: quæ ē ignoratio sui: ut se se homines extra quærētes / cōtra del
phicū monitū interius deserant: et quæ odisse Sapientum erat / amē
tes appetant : eos solos beatos existimantes: qui habitis præsentibus
bonis perfruantur / et gaudeant: miseros uero qui careant: quodq;
dolēdum est magis / ac lachrymis ꝓsequendū: uix ulli quidem iam

Quot ex prosperis mala.

reperiantur: qui conquisitis non protinus abutantur: qui per occa /
sionem / licentiamq; peccandi flagitiose non peccent. Diuitiæ libidi
nem fouent: et lasciuiam procreant. Potentia dignitates / honores /
et huiusmodi reliqua : quæ opinione falsa : quam diximus: in pre /
tio sunt: superbiam pariunt: ambitionem enutriunt . Iram alunt /
odium / inuidentiā / proditiones / parricidia / uenenaq; intentāt. Vi
tibus uero corporis bella geruntur / oppressiones / direptiones / col /
luctationesq; irritantur. Proceritas autē et corporis forma prostitu
tioni cōceditur / stomachandæ pernitiosæq; libidini . Vxorum gra
tia et liberorum charitas / necessitudo / dilectioq; suorum quem a
recto non abstrahit: et ad nefas non omne compellit? Compertissi /
ma sunt hæc: quæ neq; inficiari: neq; obscurare quisquam facile pos
sit. Ob id causæ nimirū fideles suos et charos pius Deus / atq; benisi

eus talibus his momētaneis et fragilibus bonis priuat / et exuit : nō
ut sæuiat / peutiat / perdat: et mactet grassator: ut dicebatur et carni
fex: sed ut salutaris / atq; optimus periclitantiū libecator a culpa et pe
riculis eximat: saluetq; / et muneret: cui diligenter cum cogito / hoc
sane ꝓpositū inesse mihi uidetur: quod sapientissimo principi q iu
uētuti certamina / uenationes / cursus / agitatiões equorū cæterorūq;
labotum perpessiões grauissimas atq; diurnas: et cum his anxia bo Labor uie
narum artium studia decernit / et impartit: ne umbra et ocio torpe tutū custos.
ant: et macello saginati atq; rulina mollibus tantummodo læti / sem
per respirent in uina quod est uenenum generosorum animorum /
et ultimus uirtutum interitus. Quod q̄ sit certe uerissimum ido /
neus hoc loco nobis est testis Scipio Nassica. Ille pontifex. Ille sa / Scipio nas
piens. Ille et in repub. maximus: Qui cum de excidenda Cartha sica de
gine consultatio inter Romanos proposita esset: haud quaq̄ delen / Carthagine.
dam fore censebat: et contradicenti Catoni / et decementi ut diru / Cato ad
eretur / acertime repugnabat / contestans pacem / ociosamq; seru / uersatus.
ritatem Ciuitati futuram exitio. Contra urbis æmulæ terrorem ro
manæ uirtuti necessariū fore tutorem. Non est mos gestus Scipio /
ni quietis falsa dulcedine / arduam posthabente uirtutem. Tandē
extincta Carthagine / externoq; metu depulso / de prosperis et flo /
rentibus rebus bella emanauere ciuilia: amissa uetus morum inte /
gritas: exhausta postremum / et absumpta libertas pulcherrima.
Quanta simul ex ocio atq; ignauia procreata sit petulantia atq; li /
bido / Iuuenalis his uersibus eleganter expressit. Iuuenalis.

Præstabat castas humilis fortuna latinas
Quondam: nec uitiis contingi parua sinebat
Tecta labor: somniq; breues: et uellere tusco
Vexatæ duræq; manus: et proximus urbi
Hannibal: et stantes collina turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala: sæuior armis
Luxuria incubuit: uictumq; ulciscitur orbem
Nullum crimen abest / facinusq; libidinis / ex quo
Paupertas romana perit.

Videmus igit̄ omnia hæc lubrica
et icerta siue corporis sint / siue fortunæ bona: ad quæ mortaliū cæca
cupiditas semꝑ āhelat / detrimēto sæpius ēē uirtuti / et aduersis hoiem

Virtus non magis q̃ secũdis fieri beatũ: deniq; totius uirtutis et laudis dignosci
cõstat sine tationẽ solis aduersis: quæ qui tollit / uirtutem tollit: q accersit / uir
aduersario. tutem accersit: quoniam inter se adeo proxima sunt / cõiugataq; na
tura: ut remotis atq; disiectis / uirtus quæ sit / nullo q̃dem modo in
No. telligi possit: quæ et malorum atrocitate atque numero crescit eti/
am. deumq; propius semper accedit. Et ut hoc loco priscorum gen
tiliũ: quæ uos delectant / et altius pungunt / exempla cõsecter: opor
Socrates. tune quoq; ubi locus fuerit / Sanctis et illustribus nostris usurus: So
Plato. crates / Plato / Diogenes / Zeno / Regulus / Mutius / Curius / Fa/
brinus producantur in mediũ. Quæso de Socrate an esset illa tam
celebris et præcipua patientiæ fama: nisi mortifero poculo coactus
fuisset in carcere mori? Aut Platoni tanta sane laus attributa con
stantiæ: nisi philosophiam dum quærit / ueluti fugientem / captus a
Piratis et uenundatus crudelissimo Tyranno Dionysio ĩfracto ani
mo seruiuisset: et deinde in æginam ductus iterum se uendi mini/
me iniquo animo tulisset? Quod pari præconio dignum / semperq;
Diogenes. memorabili dum erunt litteræ / Diogeni contigit: capto etiam a pi
Zeno. ratis: et Xemadi Corinthio in Creta uenundato. Zenonis Stoico/
rum principis cogor et hic meminisse: qui naufragus cum iacturam
haud paruam iuuenis fecisset: mœstus Athenas cõcessisse dicitur: et
Crates. ibi prætereuntem Cratem conspicatus: illi se in discipulum dedisse:
a quo cum cœpisset instrui / fructumq; doctrinæ percipere: Quan
do naufragium feci / secundis uentis nauigaui inquit. Ea enim me
Regulus. uis sane ad philosophiam applicuit. Quæ uero te ætas unquam o
Regule aut quæ te linguæ tacebunt? Vtraq; enim Fortuna: si
quid ea est præter consilium / dispositionemq; diuinam: suos in te
conatus effudit omnes / tibi præsens / tibi blanda / tibi obsequiosa /
ne dixerim pedissequa cum paruisset: per triumphalesq; uictorias
tuum nomen ad summũ honoris et gloriæ fastigium sustulisset: in/
fida deniq; uel irata cruentã in te manum exeruit: Per obscena di
No. raq; supplicia te ludificauit: et ut uictor euincereris effecit. Sed quo
niam sapientis et fortis uiri / eiusdemq; integerrimi sub iugum mit
ti animus nequit: neq; ludibrio / neque multitudine atrocitateq;
pœnarum robur generosi animi tui ac dignitatem deformare Car/
thaginenses potuerunt. Subiit carcerem tenebrosum / angustum /

et teretem / clauorum aculeis interius plenum uenerabile tuum cor
pus: laceratur / diſcerpitur / dum per terram pulſa rotatur machina:
et inoffenſus animus de ſede non pellitur: quoniam ſuum bonum
omne malūq; in ſui poteſtate retinuit maior atq; fortior omnibus
rebus. At Sceuolam quæ res tulit ad aſtra? Vmbra ne et ocium? an Sceuola.
experimentum illud inuicti ſpiritus: cui comperari non poſſit ma /
ius: cum dexterā ſponte iniectam igni paſſus eſt torreri / atque aduri:
Porſenam hoſtem ut hoc ſigno ab obſidione propelleret: Regi ob Porſena.
iectans in faciem agere et pati Romanæ eſſe uirtutis: Addens præ /
terea atq; conteſtans / quod ipſe perficere per errorem minime po /
tuit: de coniuratis futurum alium / qui hoſtem Romani imperii cō
feſtim interimat. Quā coniurationē Porſena formidans / pacis fœ
dera mox cum Romanis iniuit / ſeq; a bello cōpeſcuit. Ad Curiū Curius.
deniq; uenio atq; Fabritium: quibus neq; delatum imperium / mi Fabririus.
litareſq; uictoriæ: neq; cætera multa: cum domi tum militiæ proſpe
re et magnifice geſta / tantum unq̄ laudis peperere: quantum gra /
uis et uoluntaria inopia peperit. Quorum alter Sannitum legatis
ſcamno ſedentem præ foco / et lignea parapſide cœnātem rapas ſpe
ctadum ſe præbuit maiore cum gloria: q̄ uel Midas unq̄ / uel Lucul
lus in auro ābitioſe cœnauit: luxurioſoq; aſſedit ī ebore. Alter egen
tiſſimus omnium: generoſi autem ditiſſimus animi: partem regni a
Pyrrho propoſitā conſtantiſſime ſpreuit. Si ducenda eſt ī malis īfir No.
mitas corporis / Si morbus / ſi dolor / ſi cruciatus / ſi inopia / ſi uin
cula / ſi mors deniq; ipſa: iſti quos modo commemorauimus: iſti inq̄
non ignaui / non agreſtes: ſed philoſophi / et maximi et clariſſimi
ſine cōtrouerſia uiri in tantas ſe ſponte calamitates dediderent? Sed
dedidere: quoniam hæc iſta quidem uiris bonis mala nō ſunt: quin
exercitia magis / ſtabilimenta / neruiq; uirtutum: quæ illi uel huma
na pro laude / uel pro reipu. commodo perferenda putauere ſalubri
ora iis: quæ uulgo nuncupamus bona atq; proſpera. Magna igitur
ut uiri eloquentiſſimi et ardentiſſimi Lactantii noſtri ſententiam Lactantius.
uſurpem / et præcipua uirtus eſt patientia: quam pariter et uulgi et
publicæ uoces / et philoſophi / et oratores laudibus celebrāt. Quod
ſi publicæ et omnigenæ uoces uulgi æque / et philoſophorū nobiliſ
ſimorūq; gentiliū patientiā tantopere celebrant quæ ſine aduerſan

tibus malis inueniri non pōt: quanto nos magis / q iniciati Christo
fonte baptismatis humanis bonis renuntiamus pp bona cælestia: et
qui admonemur in euangelio ore diuino / Regnū cælorū uim pati
tur: et uiolenti rapiunt illud: et arcta ē uia quæ ducit ad uitā / ab ea
uirtute non abhorrebimus / factum genus / et electū diuinis ibuti /
Virtus q̄ti. tum disciplinis / tū moribus ? Omniū igitᷣ et litterarū et gentiū con
sensu liquet: ut sparsa breuiter colligā uirtutē sine mutuo / aduerso
q; nixu haud posse constare : nec dignitatem suam nomenq; reti /
nere: quin solā eam esse: quæ beatā uitā efficiat / et struat iter in cælū:
quam si quis in animi domicilium admiserit: contra omnē flatum /
casumq; fortunæ sic eum indurabit: ut non modo dicā asperitati /
bus non uinci: sed ne inclinari quidem possit . Nulla enim sunt da
ta arma fortunæ / quibus uirtutem expugnet : nullum telum / quo
sapientis animū feriat: nequitia atq; crudelitas uim suam aduersus
Mexentius. uirtutem intentet : Exhibeat Mexentii feritatem . Phalaridis tau /
Phalaris. rum . Neronis sæuiciam . Erigat cruces . Rotas extruat . Eculeos tē /
Nero. dat . Ducat in medium singula tormentorum et necis genera: iace
bit ne uirtus: aut mœrebit: aut succumbet? Prorsus minime . Fieri.n.
neq̄t: ut uirtus cedat . Validius siquidē esse opportet quod uincit / eo
Andreas. quod uincitᷣ. Non est aūt crudelitas uirtute potentior . Tyrannorū
Ioannes. sentas crucem experta est in Andrea . in Ioanne uenenum atq; exi
Petrus. lium . Iterum crucem in Petro resupinam . Gladiū in paulo . Ignē
Paulus. in Laurentio . pectoris excarnificationem in Agatha . Rotam in ka /
Laurentius. terina . In his et reliquis Christi martyribus fœlix et inuicta patien
Agatha. tia crudelitatem superauit: et ita superauit / ut quidam lætiores tor
katerina. menta respicerent: q̄ uitā optarent . Carnificibus alii ceruices spon
te submitterent . Plurimi pro tortoribus magna pietate rogarent .
Nonnulli succumbentes gladiis / et iniquas pœnas excipientes de re /
gno interim dei / de conuersione / pœnitentiaq; docerent . Tutam
igitur ab omni incursu esse uirtutem satis apparet: et bonos uiros ea
duce / auspicio / fauoreq; diuino contra aduersa omnia animose ob
iectare se posse . Esseq; in re nostra sæpe in his paruis atq; labenti /
bus plecti: et breui curriculo temporis huius uexari: ut in paruis cō /
cussi firmemur in maximis : et pro caducis et perituris ꝓmereamur
Lex naturæ. æterna . Ita namq; sumus instituti natura: quæ cœpit non legē tunc

date:cum lex scripta est:sed tum cum primũ ꝓdiit in lucẽ hominũ
genus:ut maiora minoribus proponamus bona : et publicas priua
tis anteferamus utilitates . Sed temporalia sunt præmia uitiorum :
æterna uero uirtutũ.Nã si exorta tempestate nauis:quæ altũ tenet /
subuertẽda uidetur:nonne argutus gubernator:et prudetis tũ mer/ Similitudi
ces pretiosas et onera impigre proicit:eamq; iacturam taciti tolerãt nes aptæ.
nauigantes : ne cum rebus simul et ipsi naufragio pereant ? Non /
ne milites / cum urget obsidio : telis ictibusque exponuntur
primi:tota ne respu.quæ pluris est / euersa funditus corruat? Quid
dicam de medicis:qui ualitudinis causa aceto ulcera proluunt:sale
nitroq; mordent:ferro atq; igne sauciant:ossa radunt : neruos ab /
strahunt:uenas contundunt : et putre resecant membrum / ne pars
syncera trahatur ? An idcirco crudeles ꝙ non exaudiunt supplices:
nec uulneri et putredini parcunt ? Immo salutares: Immo pii: Im/
mo benifici . Quanto iustius / q̃toq; satius Deus pientissimus Sa / No.
maritanus / et uetus medicus hominum optimos suos quos amat :
quosq; reposita manet futuræ beatitudinis imortalis et amplissima
merces: tũ inopia atq; incõmodis:tũ luctu / et mala ualitudine affi /
cit ? Diui Aurelii nostri hoc loco uerba citabo. Matres inquit quã/ Augustinus.
do fricant in balneis filios ad salutem / non ne paruuli clamant in /
ter manus earum ? Illæ ergo crudeles / ut non parcant:non exaudi/
ant lachrymas ? Plenæ siquidem pietate sunt / et non parcitur eis .
Sic et Deus noster plenus est charitate / et tamen non uidetur exau
dire / ut sanet et parrat in sempiternũ . AMI. Recte / pie / diuine .
Sed ẽ ne iam tẽpus ut fatigatus a dicẽdo tibi qetẽ idulgeas?MAT .
Minime quidẽ / ita.n.me colloqui iuuat:ut etiam lassitudo magna
mihi iam sit ex parte detracta:quod intenta efficit opera:quam uos
mihi datis:et suffusi / ut uideo / oculi lachrymis.AMI. Amicorum Vis amoris.
gratia multa solent qui amant facile perpeti : et eos parum sentire
labores : quos sua fortassis in re subire non possent . Sic enim nos
deliniisti primum cõmemorata laude / potentiaq; uirtutis : et timi /
dos erexisti tandẽ:ut lachrymas uix teneremus. Quod si liceret / di
em una cum nocte tecũ hic agere nec gratiaremur:sed cõmodo oio
tuo si uis cædãt nostra hæc grata et sancta solatia.MAT. Non du/
dũ eq dẽ uos egregia charitate i me/et reuerẽtia ꝓditos:quæ icẽdit lõ

ge me magis et uiribus tã q̃ lacessitis/ut gliscat animus facit. AMI.
Deus imortalis q̃ fœlices hodie sumus / cũ tua nobis oratione frui
abũde tã liceat. Tuq; pater neges quicq̃ tibi hoc labore esse iucun
dius. MAT. Nihil molestus is labor : unde egregius et grandis
aliquis fructus acquiritur. AMI. Ita te Iesus salutaris amet: et te be
ne fieri incolumem uelit ut quidem es promptus ad illius laudem /

Secunda rõ cur suos deus affligit

nostramq; salutem. Pergito igitur q̃ diu uis. MAT Nulla mihi
plane calamitas deterior ac miserabilior esse uidetur/q̃ cæcitas men
tis: cui nihil est quod tantam caliginem/tantumq; torporem offũ
dat / si uetum excutimus/nec fallit nos error pessimus uulgi: q̃ sem
per esse quietum / et sine labore uitam transire. Atq; idcirco excæ
catis nobis præsentibus commodis/nihilq; cæleste et imortale cernẽ

Flagella illuminant.

tibus: sed tanq̃ subeticis clausis in mortem oculis iacentibus: qui
bus amplius nullus est sensus / apponit Deus tormenta / quæ dixi
mus: nosq; acrius præmit: ut experrecti lucem tandẽ conspicemur
torpentis animi tenebras depellentem. Qua una de causa scriptum

Esaia.

in Esaia uerissime arbiteor: Vexatio dabit intellectum auditui. Et

Paulus.

illud in Paulo quo nihil est certius: Virtus in infirmitate perficit.
Quam efficax/q̃q; ualidus sit labor et disciplina non in nobis mõ:

Catuli

sed i bæluis quoq; rõne carentibus facile cognoscimus. Catuli suis
hæris applaudere atq; parere didicere uerberibus. Venari quoq;/sta
re/ prosilere / erecto corpore incedere: bacillum/ouum / pomum/fi/
scellam ut iussi hic inde transferre. Fame raptrices uolucres aptari
aucupio: et quod mirandum est maxime: captam ex unguibus præ
dã sibi etiam patiuntur sine repugnantia eripi. At uero qui equus
adeo ferox / adeoq; indomitus / quem lupatis atq; calcaribus sessor

Equi docent

bene domitum et obsequentem sibi non reddat / Quod si per ine/
diam atq; laborem tantum in animantibus rationis expertibus ꝓ
ficit humana solertia: quid manus domini cunctorũ opificis atq;

Tentatio.

magistri in homine per eadem ista putanda est profectura. Ten
tat afflictionibus nos itaq; Deus: et ducit per ignem et aquã/ut sẽ /
per euigilemus orantes: et terrenis humanisq; despectis de sublimi
bus cogitemus atq; cælestibus: quod nemo efficit: qui præsentibus
rebus magnopere gaudet trãquillus atq; imotus: siquidem uirtus
nulla tanta utiq; est: nullus etiam tantus diuinæ gratiæ cumulus:

quem non dissipet / aut certe diminuat illæsa fœlicitas. Hæc.n.se / curitatem nimiam / temerariamq; gignit audaciam. Insolentiā pa rit.amentiam ebullit. Fontē lachrymarum extinguit. Mortis recor dationē dissimulat / Deū negligit. Cum uero tentamur / flagellis quatimur: molestiis cōterimur: cum morbi subeunt: pauor ingruit: oculos repēte in cælū attollimus: nosq; perfragiles / indigentes / lu / bricos / et mobilitati atq; ruinæ semper obnoxios esse cernentes: di / uinam opē et digitum propensius quæritamus. Hinc preces / hinc gemitus / hinc lachrymæ / hinc humilis cognitio sui / hinc pietas in omnes / hinc rerū contemptus / hinc fœdæ libidinis horror / hincq; (ut omnia solo uerbo complectar) et tota et certa hominis salus. Qua de re Iob noster omnibus detrimentis et malis attritus: Visi / tatio inquit tua custodiuit spiritum meū. Et uas diuinæ electionis et gloriæ Paulus. Ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis meæ: qui me colafizet Angelus Sathanæ: pp quod ter dominum rogaui: ut auferretur a me: et dixit mihi suf ficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Abun / dant mihi hoc loco in genere hoc atq; proposito multa et præclara cum audita / tum uisa exempla sæculi nostri / quæ i duo nunc ego perstringam. Alexander Gonzaga: is / qui germanus est Ludoui co Mantuæ Marchioni secundo cum coalesceret formosæ indolis / mactæq; uirtutis puer / cœpit extemplo strumosus euadere: atq; ita deformis / ut gestare caput uideretur ad pectus / scapulis superne ela tis ultra ceruicem. Hic nil publicum curans / uitam priuatam agit omnem: et ocio præclaro: cum litterarum / tum deuotionis intentus pie religioseq; uersatur. Diligit admodum et dei seruos / nos Regu lares ita Canonicos præcipua familiaritate complexus: ut conuesci et conuocari: cum animo remissionem indulget: nobiscum sæpe soleat amice quidem et libere. Is super recreatione et ioco semel de se ridens / O humani corporis formosum spectaculum / et pictori bus dignum facete et humiliter ait. Serio quoq; īterrogatus aliquā do q̄ti formam corporis et ualitudinem prosperam emeret: tātum abest adiecit ille: ut uires corporis optem: ut ēt nolim eas mihi cōce di si facile possim: in quo præsens et testis est mihi deus: quem hu mani pectoris nullus āgulus latet: me ex animo et studio loqui. Nā

Aduersorum fructus.

Iob.

Paulus.

Alexander Gonzaga. Ludouicus.

cum memetipſum conſpicio: de rebus omnibus ⁄ quæ ſunt cæteris
appenbiles atq; iucundæ: De libidine dico ⁄ de cupiditate ⁄ de ho⁄
noribus ac dignitatibus:ſurgit mihi contemptus et ſacieras quædã:
cógorq; cum propheta clamare. Bonum mihi qr ia humiliaſti me ⁄
ut diſcam iuſtificationes tuas. De meis quotquot ualido uſi ſunt
Militiæ corpore: totidem conſecuti ſunt arma: quæ ubi refulſerint: quam
pericula integram oro uirtutem relinquunt? quos mores incorruptos? quot
direptiones et prædæ? quot ſtupra: quot homicidia: quot urbium
euerſiones: et populorum committuntur? Taceo reliqua: quæ quo
ties ualitudo ⁄ et robuſtiſſimæ uires arriſerint: ambitioſe et libidino
ſe potentes et ampliſſimi uiri facile peccant: cæca præſertim illis ip⁄
ſis adblandiente fortuna: a quibus plane malis atq; periculis ⁄ nullis
piaculis et ſacrificiis interdum expiandis ⁄ facile prodigioſus ipſe dif
fugi: ampliora meditans: celſioraq; ſuſpiciens: quo bono nullum e⁄
Abſolon quidem maius: nullumq; diuinius. Potuiſſet ne Abſolonis noſtri
Narciſus ſpecies: ſpecies aut quæ a poetis eſt nobilitata tantopere Narciſi: et
Ganimedes Ganimedis illi æque prodeſſe: atq; incommoda hæc ualitudo ⁄ et
gibboſa deformitas? Si quis negat uel muſſat: citetur uel cum tu⁄
Iuuenalis bore ⁄ ſi neganti frons ulla iam eſt: Satiricum illud.

Formam optat modico pueris: maiore puellis
Murmure: cum Veneris phanum uidet anxia mater?
Sed uetat optari faciem Lucrecia: qualem
Ipſa habuit: cuperet Rutulæ Virginia gibbum
Accipere: atq; ſuam Rutulæ dare. Deq; maribus ſeqtitur:
Nullus ephebum
Deformem ſæua caſtrauit in arce tyramnus:
Non prætextatum rapuit Nero loripedem ⁄ oel
Strumoſum: atq; utero pariter gibboq; tumentem.

AMI. Gratus tibi etiam eſt Iuuenalis et commodus. MAT. Et ſi
obſcenus eſt ſæpe et lubricus: attamen cenſuram nunq̃ diſſimulat ⁄
aut cauillatur ad uerum ⁄ tanta eſt apud omnes ueritatis gratia: tan
No. tus et honor. Quale et illud eſt: Iugulari facinora ab hominibus
ſanctæ et chriſtianæ religionis ignaris? Sed ne intermittamus quod
Malateſta ante polliciti ſumus: alterum de illuſtri Malateſta Nouello ſubiicie
tur exemplum. Qui auſpiciis non longe diſparibus: q̃ narratus

Alexander ægrotat . Varicosus enim cum esset:et uenæ circa genu
tumorem : crus paululum deformantem ægrius ferret : de remedio
aduersantibus medicis pertinacissime delibecauit. Cauterium itaq;
illo iubēte cruri adhibitum est:cœptamq; uenam obligati:cum pro
tinus grauis adeo / et irreparabilis sed dolor insinuauit ad neruos :
ut uitam pene in dolore tenuerit mansentq;:deinde non tibia mo /
do et planta attractus \ sed corpore simul toto inualidus:nisi q̃tum
alienis humeris et lacertis annititur . Huius hæc maxima laus:q̧ de
sperato fortissimi et aptissimi corporis robore / et pristino gradien /
di officio se totū generosi animi princeps philosophiæ:et litteris sa /
cris deuotiit atq; dicauit:in qbus assiduus maxime ꝓficit : doctissi/ [Bibliotheca insignis]
mos uiros quoq; sibi asciuit:et bibliotecā omnis generis rerum præ /
clarā atq; micabilem / et æmulantē quicquid magnificū in libris ha /
bet Italia: Cesenæ in æde celebri seraphico Francisco dicata cōstru /
xit impēsa et ornatu solēni. Lætus iā et sapiētissimus prædicat hor /
ribili se cæcitate sanatū / cœpisse uidere:et usum semper corpore an/
tea:nunc uero animo uti:altero bæluarū tantum:alteru proprio et [No.]
maximo et salutari hominis bono . O præclarum compendiū cum
ab infecto mortali corpore animus ipse in tantam lucem excessit .
Non mala sunt igitur ista:ut uobis quidem uidebatur : sed optima
et salutaria.cum documēta:tum remedia cæcitatis humanæ:concre
ti obductiq; torporis per tranquilitatē atq; segnitiem:a quo torpo / [Alia patientiæ ratio.]
re et cæcitate o nos dominus utinam seperet et liberet . Sed neq; sa
tis hæc dixisse / ut indicaremus cur Deus sanctos præsentis temporis
afficit malis . Nam plura supersunt hoc potissime / q̧ hæc ut āte di
ximus:et erit sæpe dicendū / non sunt mala: magis aūt uetiusq; pia
cula quibus eluuntur:quæ certa sunt mala:quibus ob infectā ab ori
gine ipsa naturā quoniam recti iustiq; uiri carere etiam diu non ua/
lent:diuina in prouerbiis uoce dicente . Septies in die cadit iustus /
et resurgit. Atq; sacris in prouerbiis iterū. Quis potest dicere mun
dum est cor meum : purus sum a peccato ? Atq; illud Iob ingemi /
scat . Quis potest mundum facere de immundo conceptum semi /
ne ? et luna et astra non sunt munda in conspectu Dei:quanto ma
gis homo putredo:et filius hominis uermis ? Et Ioannes apostolus
tandem profiteatur et dicat . Si dixerimus quia peccatum non ha /

bemus nos ipsos seducimus: et ueritas i nobis non ẽ. Inde ꝓpterea
purgatoriæ inuentæ sunt pœnæ: quas uulgus didicit mala nuncupa
re: non quia mala Sed quia aspera sunt et difficilia. Quoniam igi
tur ita res est: nec tam argumentis eget q̃ fide: hic purgatione hic la
uacro est utiq; opus: quando fieri nullo quidem modo iam potest
humanus ut animus ad auctorem reuertatur suum: a quo primum
delegatus fuit in corpus: nisi prorsus omni defecatus labe terrena /
atq; ita innoxius ut tum extitit: quando et conditus / et coniuga /
tus corpori fuit. Scriptum est enim in Apocalipsi: ubi Ciuitas illa
Sancta Hierusalem: ciuitas Dei: quæ et mater nostra est: instar no /
uæ nuptæ / et sponsæ ornatæ describitur. Nihil inquinatum introi
bit in illa neque faciens abominationem. Mauult etenim pius ex

De purgatoriis pœni.

misericordia deus Sanctos suos incõmodis / atq; flagellis deputare
præsentibus: atq; redimere paruo / breuiq; compendio: q̃ purgato /
rio igni dimittere: qui et si æternus non est: miro tamen modo: ut
de Augustini nostri sententia loquar: grauis est: quippe omnem pœ
nam excellens: quam unq̃ passus sit quisq̃ in hac uita mortali. In /
digne itaq; aduersamur deo: quando tam certa / tamq; salutaria me
dicamenta uel formidamus: uel criminamur. Atq; hoc equidem
carissimi primũ admiror quia ignauia / peruersoq; iudicio nobis tã
ta est corporis cura: cuius uita omnis uel longissima aliud profecto
nihil est: q̃ uelox / et citatissimus cursus ad mortem. Sed breuis: no
tula uix in musicis minima. Animi autem: q sacer: qui diuinus: q

Vitæ fluxus.

et sempiternus futurus est / et cælestis beatitudinis particeps: nulla
uel sollicitudo / uel pensum. Vera suauis illa Poetæ sunt carmina:
quæ locus iste cogit me meminisse.

Vt corpus redimas ferrum patiens et ignes /
Arida nec sitiens ora lauabis aqua:
Vt ualeas animo quicq̃ tolerare negabis
At precium pars hæc corpore maius habet.

Equidẽ mihi si ꝓponatur libera optio: nihil cogitabo eligere ꝓ om /
nẽ hanc uitã. humanũq; diẽ pati semper ut expiatus hinc liber eua
dã: cum hic quidẽ per misericordiã / insignẽq; clementiã moderet̃
deus rem omnẽ humanã: post excessum a corpore ꝑ seueritatẽ: di /
strictãq; iustitiã: et q nunc benignus est pater: tũ inexorabilis futu

rus sit iudex, et minimi quadrantis exactor. Quod q secum animu No.
nõ anteuertit: non ꝑhorret: non cõtremiscit: ꝓfecto iam est omni
amẽte deterior. Tempus erit: tẽpus inq̃ quando dauiticũ illud in
telligat: sed sine mœroris et pœnitentiæ fructu. Peccator uidebit et
irascet. dentibus suis fremet et tabescet desyderiũ peccatorũ peribit.
Sed quid uestra hæc supcilia? quid frontes rugatæ? Quid in alter/
utrum ista conuersio? quid tandẽ? quid hæretis diutius? dicat qui
mauult si satis non sunt: qui hactenus uerba fecere pro omnibus.
AMI. Magna nobis uisa res est, et stupore certe dignissima: q̄ im
munem a peccato humanã uitam traducere queat nemo. Si liber Cur nemo
est homo: et sui ipsius ius integrũ tenet: qd est ꝑ deũ q̄ peccata om absque
nia uitare non possit: aut: cũ peccat: cur punit̃ si liber oĩo non est? peccato.
Grauissima plane sunt sanctarum litteratũ: quæ ad rem citasti: testi
monia atq; oracula. Sed rei ingenium prorsus aduersatur et ratio.
Solemus audire libero quidem arbitrio et patrari et declinari quod
cunq; delictũ: hominẽq; et bene et male mereri una uolũtate dum/
taxat. unde illa Augustini certa maximaq; sententia ad omniũ iam Augustinus.
ora manauit. Vasis iræ deus nunq̃ redderet interitũ nisi inueniretur
homo uoluntariũ habere peccatũ quia iuste deus non inferret iram
ei: qui ex necessitate incidisset in culpã. nunc uero quomodo possu
mus non turbatis audire animis nemitẽ non delinquere quanta uis
bonitate sit ꝓditus, utq; eluatur indigere supplicio? MAT. Op
portuna ꝓfecto uestra est admiratio: peracutaq; quæstio: quã o uti/
nã possem q̃tũ ea postulat, explicare: sed ociũ et uires exiles sunt mi
hi: nec audeo incidentẽ rem istã satis implere. Attamẽ ne cui loco
uideat̃ non esse respõsum, et fuga nos tueri fortasse credamur, q̄a
cõmenticia ista res sit: paucula quædã, ut breuius potero, summis
labellis ꝓ dignitate ueritatis nunc delibabimus. alias plenius/et quã
tum res ipsa domino fauente postulabit. AMI. Ita breuitatẽ ipsi
quoq; ꝓcamur non disceptãdi: sed noscendi ueri percupidi. MAT.
Peccati omnis ratio atq; cognitio, ut plane mihi uidet̃, trifariã de
duci/describiq; cõuenit. Primũ. n. membrũ particionis ẽ: quod Ori
ginale uocat̃: de quo ꝓpheta in psalmo uerbis his meminit. Ecce
. n. ĩ iniquitatibus cõceptus sum et ĩ peccatis cõcepit me mater mea.
et ad Corinthios Paulus Sicut ĩ Adã omnes moriunt̃: sic ĩ christo

Capitale. omnes uiuificabuntur. Alterũ est capitale atq; mortiferũ: auertens
hominem ꝓrsus a deo: et perpetuæ obligans morti: de quibus tali/
Veniale. bus Esaias iudeis illud enuntiat Iniquitates uestræ diuiserunt inter
uos et deum. Tertium nũcupant ueniale: quod facillima dignũ est
uenia positum in minimo puncto/graduq; malorũ: uixq; delicti
No. naturam nomenq; recipiens: quoniã neminem diuellit a deo/nec
gratiam uiolat: qua coniungimur deo: sed paululum tardat prope/
rantem ad deum: ut in cõficientibus iter: nudus alacrior ibit: q̃ palu
damento grauatus. Primum illud: quod ab infecto principio/hoc
est ab omniũ primo parente ducitur: inuoluntarium inesse sibi ple/
ne et facile quisq; dignoscit. Capitale nostrum quidem totum est:
et nisi uolentibus/et scientibus/et eligentibus nobis illo peccat̃: a
quo neq; prohiberi/neq; ad illud cogi ullus potuit: aut poterit un
q̃: nisi a seipso omnino uolente/ita in hoc sui compos est quisque
mortaliũ. Tria tamen ista alio/atq; alio expiatione indigent mo
do. Natalis labes sacro fonte diluitur. Capitalis culpa pœnitudi/
ne: lachryma compunctiq; animi dolore sanatur/adhibito sacramẽ
to beatissimo Matris ecclesiæ. Sed ueniale leuissima opera abster/
gitur atq; dissoluitur: Satisq; est noluisse delinquere: neq; .n. salu/
tari confessionis remedio indigens est: diuinam nullo modo adimẽs
gratiam: sed nouum neq; charitatis habitum postulat: quam (ut
diximus) non extinxit ac perdidit: sed tepefecit paululum atq; re/
misit. Ast uero necessitate ne/an uoluntatis quidem libertate mo
do hoc ueniali peccetur: hoc est: quod ipsi nũc quæritis: et ad quod
ut respondeam expectare mihi uidemini. Prætermissis iis: quæ quæ
ri subtilius et curiosius possunt: ita dico Peccatum omne/et uolun
tatis et arbitrii esse præter originale: quod actione nostra non con/
stat sed aliena: de quo nihil amplius: quoniã de eo neq; præsens pro
positum est. Sed uenialia/omnium minima neminem reperio ita
posse uitare diu præsertim: quin labatur interdum: immo et sæpe ut
ante monstrauimus: nisi exemptum a uiciato fomite carnis/et sanc
titate firmatum a conceptu et utero matris: qualem plenum gratiæ
et ueritatis regem gloriæ deum et hominem christum/et quæ eum
Virgo genitrix peperit quos neq; peccasse unq̃: neq; potuisse pecca
re fides et ratio ꝑdicat: quales et Hieremiã dei ꝓphetam: et ãplioris

gloriæ uatem / et domini pcursorem Ioannē baptistam: quos num/
q̄ certe peccasse credidenm: et si subtilius quispiā eos tamen potuis
se peccare contenderit: neq; diutius refragabor ita putanti. AMI.
Sed ab humana opinione q̄ apertissime dissentis / cum affirmas uo
luntaria uenialia esse peccata: et tamen ea ipsa uitari non posse? Si
præter te alius hoc narraret: oblitus nobis uideretur quid doceret:
aut quid ferat rerum natura. Quod.n.non fieri non potest quo/
modo uoluntarium / et liberum nominabimus? aut quod uolun/
tate committitur: quomodo omitti non potest? MAT. Deum
non posse peccare quisquis utitur ratione affirmabit intrepidus:
quoniā peccare potentiæ non est: sed debilitatis / imperfectæq; uir/
tutis: Idem interrogatus deus ne libero fruatur arbitrio: Frui re/
spondebit haud dubie: Si dederimus deum: qui liberrimus est: ne/
cessitate non posse peccare: dandū quoq; est hominē liberū culpa at
q; errore æque carere nō posse: ut.n.singularis illa dei.pfectissima/ No.
q; natura nullo quidē modo potest a uirtute deficere: ita et huma
na: quæ mobilis semp et fragilis est: q̄q̄ libera: uacare semper culpa
non pōt: non quia non libera: sed q̄a incōstans: uolubilis / incerta:
parūq; obediens sibi est. Atq; ideo summa illa diuinaq; maiestas p̄
stat p hoc mortalibus nobis: q; ex uirtute maxima deus peccare nō
potest: ex debilitate: iustoq; fomite homo sine peccato diu euadere
non potest. Hac i re ab antiquis recētibusq; theologis multa sunt
disputata: sed relinquit ita a singulis ueritas: ut peccato qualicūq;
pposito seperatim atq; disiunctim: possit quisq; liberi arbitrii uir/
tute illud non cōmittere quidē: q idem sane omnia cōiunctim uita
re nō possit: Quod ut liqueat inducit similitudo eruditi cuiuspiā/ No. similitu dinem
recte / appositeq; legētis: cui / si liber detur ut legat: dictionē quā li/
bet singulatim docte exprimet et examussim. Omniū simul si lon
ga / ppetuaq; habēda fuerit lectio: quādoq; uel uacillabit: uel delira
bit. Iter longū conficiētes p ardua p̄sertim atq; pcliuia mediā sem
per tenere semitā et indiuisibilē lineam p̄mere adunguē minime pos
sumus: ita in nullo peccare: nō uiatoris et adhuc tractātis humana:
Sed triūphantis et cælestis est gloriæ. Nemo.n.tanta inocentia / tā No.
taq; iustitia extitit unq̄: tantumq; anniti uel potuit: ut recta: quæ
agit: ita sint alba: ita purissima: ut neuo penitus: et fecula uacent.

Qua de re institiã omnem illã / quæ uel in agẽdo bono / uel in decli
nando malo a nobis ĩpletur diuinos ante oculos cõstitutã stogili for
dido / fetulentissimoq; : q̃ tergendis mẽstruis datur: et si paulo ẽ ob /
Esaias. scenius nomẽ: Esaias persimilem nuncupa. Ita certe in Ciceronis
officiis legisse nos puto nihil difficilius q̃ inuenire: quod in suo ge /
nere sit omni ex parte perfectum. Ego satius / impossibile dicen /
dum putauerim: quod ait ipse difficillimum factu. Hoc præsefert /
Similitudines. et tanq̃ loquitur omne creatum. Quæ uina quæso tam uetera tam
preciosa dabitis mihi: quæ non mixta sint ima cum fece? quæ tam
delicata coctilia: quæ spumosa non sint? quæ metalla ita probata:
quæ scotiam non relinquant igni / uel incudi? At quasi nos ipsi si
militudinem quãdam habemus cum terra non falsa ratione scribit
Ouidius. Ouidius Terra salutares herbas eademq; nocẽtes Nutrit: et urticæ
proxima sæpe rosa est. In hoc et ingemiscit creatura sancta omnis:
etiam qui spiritus sancti excepere primitias legem atq; fomitem to /
lerantes in sensibus animo prorsus et uoluntati contrariam. Hinc
Paulus. Paulus post raptum in cælum et tam præsens diuinitatis / ineffabile
que spectaculum: nesciens quo intuitu a se conspectũ / adhuc dure /
amarissimeq; suspirat quod non uult inuitum se agere / tanta uis
est infirmitatis humanæ / et impotentia quodammodo sui. Quo /
niam igitur ita res est: non fortiter modo sed cum gaudio toleremus
aduersa: et ĩ lucro ducamus plecti p̃sentibus malis: q̃ pœnis futuris
reseruari diuinæ iustitiæ: de quarum acerbitate quantum hic conue
Alia ratio patiendi. nit dictum satis mihi plane uidetur. Quamobrem alia quoq; res
magno nobis potest esse solatio uel pro commissis meritas pœnas /
uel pro honestis indigna ferentibus: et efficere ut beatissimus in cru
ciatibus: atq; tormentis: usq; etiã oblectemur uelut optimis rebus:
idest meminisse / q; in pressura / atq; erumna perseuerantibus nobis:
opemq; petentibus tanq̃ filiis offert se deus / quemadmodum pol
licetur in psalmo cum ipso sum in tribulatione. eripiã eum et glori /
ficabo eum. quo tam maximo tamq; p̃senre armatus propheta præ
sidio ubiq; cum fiducia clamat Dominus illuminatio mea et salus
mea: quẽ timebo? Dominus protector uitæ meæ: a quo trepidabo? Si
cõsistant aduersum me castra non timebit cor meũ. Si exurgat ad
uersum me p̃lium: ĩ hoc ego sperabo. Et alibi quoq; secundũ mul /
titudinẽ dolorum meorũ in corde meo consolationes tuæ lætifica /

terunt animã meam. Erratis fratres: erratis: si fideles domini: quos dura pati et concuti cernitis: dimissos putatis/oblin consolationis: quæ in euangelio loquitur nobis. Dico uobis amicis meis ne terreamini ab iis: qui occidunt corpus: et post hæc amplius non habent quid faciant: Hunc/hunc timete: qui postq̃ corpus occident: potestatem habet perdere in gehenam. Non ne quinq; passeres ueneũt dipondio et ex iis unus non est in obliuione coram deo? Sed et uestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere multis passeribus pluris estis uos. Si capillus sanctorum: qui non suscipit læsionem: sed neq; sentit: omnino de capite non pibit: q̃to uero magis quæso illorũ animæ deo ꝓtegente seruabũtur in tormentis: calamitatibusq; neq̃tiæ? Dimissi ergo nõ sunt. neq; posthabiti. licet uisi sit oculis ĩsipientiũ mori inq; derisũ et in similitudinẽ iproprii habiti. Victores uiũt. uiuẽtq; sẽpiternis sæculis diademanbus honoris et gloriæ coronati: sortẽ sãctorũ: et municipatũ cæli possidẽtes cum beatis Angelis dei. Male habitũ Andreã/germanũ Petri et in apostolatu collegã an dicimus? q Egeæ procõsulis iussu suffigẽdus patibulo: primũ ingenti gaudio patibulũ est ueneratus hunc i modum lætissimus orans. Salue crux preciosa. Suscipe discipulũ eius qui in te pependit: magister meus Christus. deniq; cum populus in Egeam furens atq; conclamans/eum de Cruce conaretur eripere: non deponi se pertulit: Sed illam biduum hilariter sustinens in signis gloriæ martyr: ad supremum usq; spiritum mansit/semper inuictus. Miser ne: aut miserandus Stephanus fuit? qui quo ãno crucifixus est dominus dum lapidaretur hierosolimis: inter saxorum crepidinem aperto super se cælo inenarrabili perfusus diuini luminis gloria dei maiestatem conspexit: cuius contuitu nõ beatus esse non potuit? Infœlix aut desolatus Laurentius: q instante Decio dũ ureret̃ in crate: Tyranni crudelitatem uafro scõmate ẽt elusit/assatũ est iquiens/uersa et manduca: nã facultates ecclesiæ: quas ardẽter adeo/et cupide sitis: in cælestem thesaurũ manus pauperum derulerũt: et i cælũ cõuersus gratias domino indesinẽter agebat ut nõ tã plane flãmis affici: q̃ beari oppido uideret̃? Veniãus ad fœmias haud iferiore gloria dignas. Quid Agathæ obfuit excarnificatio pectoris mãmarũq; diuulsio? quæ i cruciatu affata carnificẽ. Par erat inq̃t ut i puella ãputare erubesceres: quod tu te i matre suxisti. ꝑge tu ut

.No. de Sanctorum capillis.

No.

Andreas

Stephanus

Laurentius

Agatha.

cœpisti tamen. Atqui ipsa o improbe habeo dominum meum Iesū christum:qui solo quidem uerbo mihi instauret uniuersa katherina.Lucia.Agnes.Cecilia non ne ad supplicia/tanquam ad delicias peruexere lætissimæ/Iouem .Iunonem . Apollinem . Venerem et reliquos gentiū deos/immo pessimos ludificatores / et dæmones de delubris et statuis explodētes cum rugitibus bæluarum / aut in pul/uerem comminuentes/De iis uero neq aliter sentio.qui sine cede atq cruore in obsequium dei perdurantes:de longanimitate / per pessionemq laborum præconium sanctitatis meruere/clari per omnē uitam signis atq uirtutibus:quos Apostolus prædicat insigni cum laude circuisse deserta in melotis. In pellibus caprinis. egentes. angustiatos.afflictos.tentatos in speluncis.et in montibus. et in cauernis terræ:quibus dignus non fuerit mundus. Horum ex nume ro:aut sane persimilis Paulus ille post euangelium Christi primus incola et heremi decus. Antonius ægyptius maxima quoq gloria monastici culminis:Noster et Hieronymus splendor ecclesiæ quam diu solitudinem uastam / et exustam heremū peragrauit et tenuit. Hi inter colluctationes dæmonum.ludibria.collisiones.terrores.et uerbera . interq famem et sitim . nuditatem algorem : et æstum : cæteraq id genus amarissimas necessitates humanas / uiperarum q consortes atq ferarum aperto super se cælo fœlices fruebantur : nec fuit absq deo eorum uita aut consuetudo absque angelis un quam : ut glorianter scriptum Hieronymus de se reliquerit Ci/uitas mihi carcer et solitudo paradisus :Quid opus est uel uetera / uel plura percurrere ? Innumeris exemplis desyderio et recordatio ne dignissimis sunt plena uolumina: neque est nostrarum uirium/ etiam si linguis hominum loquamur et angelorum: satis exprime re quantum dulcedinis/suauitatisque astante et confouente patien tiæ atq solati deo mens malis agitata percipiat . pro rei magni / tudine omnis sermo inferior . omnis succumbit oratio . Reperi neminem.neque arbitror repertum adhuc : qui non dico ineffabi lem hanc delectationē /auxiliumq beatum pertractare:sed utique possit cogitatione comprehendere. Vna et sola experientia est:que hoc diuinæ consolationis genus est assecuta.Sunt quoque: ut cæte ra et recte et sapientissime patens hominum deus bonos uiros du /

katherina
Lucia
Cecilia
Agnes

Paulus
Antonius
Hieronymus

ta/et contraria pati/ut probent ex se ipsis et noscant·qua fide eū co
lant·pietateq; diligāt:ex quo sensu scriptum ē de quibusdā pseudo
fidelibus/ad tēpus credunt. et in tēpore tentationis recedunt. Sicut
igne : et maleo ꝓbatur aurū:ita uiri fortes afflictione atq; miseria.
Non est īgentis aī:et exercitatos sensus habentis:quales ad christia
nam militiam optat apostolus:Sed angusti et inertis:et timidi blan
da:et quieta sectari .Illū ego fœlicē :et īmortali gloria dignū ꝓpuca
uerim :q quassatus tēpestatibus sæpe:q infirmus corpore:q rerum
egenus:qui criminationibus falsis,aut contumeliis ludificatus pro/
pter iusticiā cū dauid securus dicere pōt . Probasti cor meū deus:
et uisitasti nocte.igne me examinasti : et nō est iuenta in me iniq /
tas. Ego.n. nihil grāde carissimi existimo ppetuis īsudare laboribus
pallere ieiuniis:āte lucanas celebrare uigilias:sua spōte largiri . uili
tunica :et rigido biro ossa maciléta ꝓtegere .pedibus nudis incede
re. Addo et ꝓphetare i populis .plenū se esse :uocitari Rabbi . mō
strari digito:et dicier hic ē. pfacile ista pmulti . ubi ea sibi īperauit
aīus:obtiuerūt. Didicere opifices. Nautæ:mundiq; paupes omnes .
ut uiuāt/grauiora pferre. Labor oīa uincit improbus:et duris urgēs
in rebus ægestas. Animū uero esse semper īmotum:nec ulla irruen
te ui concuti:sed occurrenti potius fortunæ itrepidā manum porri
gere:et inter crociatus esse fœlicem:et insignē laude constantiæ:nō
modo supradictis uirtutibus /ipsisq; miraculis prefero : sed deo su/
millimum iudico. Quid nā potest homo perfectius:quid sublimius:
quid deo deniq; acceptius in tota uita præstare:q̄ per humilitatē:
et īgentis charitatis excessū illi usq; adeo subiici:et mancipari : ut
siue podagra:siue frebrium æstu. siue uiscerum cruciatu·seu contu
melus iurgiis accusationibusq; afficiatur:siue inter carnifices et tor
menta uexetur ·benigna et ipassibili uoce pronunciet snauia pro /
pter te hæc sunt mihi Xp̄e :non perhorresco : non fugio . De me
deus meus arbitrio atq; iudicio age tuo . Vis opes auferre ? Tua ē
terra orbis terrarū et q habitant i eo. Vis agnatos:uis parētes:uis li
beros?nō doleo reddere siquidē tui sūt :qn ago de suscepto mune
re gratias. Vis corporis ualitudinē/aut extremā deniq; mortem/en
tibi : non nobis uiuimus:siue commorimur. Hæc præcipua et tam
sigularis patiētiæ uirtus præ cæteris rebus Iustorū uitā(ut diximus)

Alia parien di tatio

No.

Probatio sui

No.

No.

probat:et eliquat :et quibus amoris gradibus deū excolāt palā effi
cit :quā ꝓfecto qui est assecutus / potest etiā cum uniuerso qdem
mūdo de fœlicitate contēdere. Afferri quoq; et alia ratio potest:cur
Ratio altera. iniqua pii patiantur:ut pari alios doceant. Nati enim sunt in exē
Seneca. plar ut Anneus Seneca inquit:quorum fortitudo efficiat ut homi
nes/ uelexperiri ardua gaudeant:uel certe perhorrescere si cœperint:
desināt. Ad utranlibet uitæ partem(mihi credite)nullus potentior:
nullus accutior exēplo inueniri stimulus potest. Concitamus nāq;
alter alterum plurimum Nunc quantū detrimenti humanæ uitæ
facinorosorū afferat æmulatio uidetis ipsi quotidie præualente iam
ubiq; impietate atq; flagitiis. urbes quoq; et priuatos focos inhabi
tante nequitia atq; perfidia : quē sæpe locū suscipimus et deflemus
ex pulpito:Sed uirtutis bonus et pulcherrimus odor:ille qui ē odor
Virtutis odor. uitæ in uitam ubi fragrauerit q̄(deus bone)ardentissimis adurit flā
mis:et pungentissimos præclaris ingeniis admouet aculeos / dies at
q; noctes ea concitantes ad illos imitandos:qui dimicantes fortissi
me:deq; uictis gloriosissime triumphantes beatam immortalitatē
sunt assecuti/ et cum superis ius regni cælestis adepti ?Hoc præstat.
æternumq; præstabit:si æterna quidem esse iam sæcula possūt:crux
nobis sacrosancta et beatissima Xp̄i. Hoc martyrum innoxius san
Passio xp̄i. guis:hoc uirginale de perpetuitate animi decus. hoc deniq; sāctorū/
Martyrum sanctarumq; dei omnium admirabiles et in periculis et in cruciati /
pœnæ bus·et in mortibus perpessiones atq; uictoriæ. Et sane quid admire
Virginale mur usu cōtingere studioso atq; optimo christiano cuiq; ad cælo
decus. rum regnū semp anhelanti. quādo et sæculi huius īperatores et mi
lites:quod stupēdum magis est:tum fœdam quidem famē et sitim
herbarum radicibus:et immundorum animantium carnibus limo
soq; riuo uix certe sedauerint:tum ignominiosas uenditiones sub
hasta. seruituresq; grauissimas :tū carceres:tum uulnera et mortes
acerbissimas ꝓ regno alieno generosis animis iuictaq; uirtute ptu
Similitudo. lerit ?Quid homines induxerim·cū id ī animātibus plerisq; brutis
Equus. notissimū sit?Quis certe equus ignauus adeo unq̄/aut loripes fuit:
Canes. q̄ ꝑcurrentē alacrē:si qd adhuc spūs retinet:nō consequat̄ quāta ui
Aues potest anhelus et æmulus?qui idem ita affectus:si alter e stabulo la
xetur ad cursum. capistri continuo:moræq; impatiens(tātus amor
gloriæ)et pabulū et hordea mordere nō desinat : hinnitu et ungu

larū pulsu tāq̄ solui se postulans/Qui zelus in canibus indagini ue
naticq; assuetis etiam apparet. Quod est quoq; in cātu auium at/
q; uolatu pspicuū. At nos uero ita degeneres:ut nō multo quidem
magis ad bonorū exēpla excitemur ad immitanda uel dura:uel for
tia:quæ nō natura:sed opinio et consuetudo fecit amara/Quod iā
nobis si ita uidetur:cōplectamur quæ suprema nunc est / et omniū
maxima ratio partis huius finem habitura:quæ et expeditior et fa
cilior cognitu meo equidē iudicio fiet:si uos prius interrogē : detis
ne hōini indigenti et hac in uita miserrimo ebdomodā:uel mensē
laborandū/quo deīceps omnē per ætatem a labore/opereq; qescat /
et bonis oībus ac delicijs affluat /AMI. Putamus dandū .MAT .
Non datis certo/AMI. Profecto damus MAT. Dū ulterius que
ro/uos dedisse ne dememineritis quæso . Nostis pro breuissimis la
boribus :quos perferūt boni q̄ diu sit gauisuri : quæ merces illos :
quæ premia manent/AMI.Premia maxima:eaq; et infinita puta
mus: quæ tamen aut qualia abs te gestimus audire. MAT .Mallē
profecto hac tanta de re audire:q̄ auditi.doceri q̄ docere. Siquidē
fragilitatis humanæ non est ista narrare:Sed neq; cogitatione sine
aliquo afflatu diuino nllo mō percipere. Merito igitur noster Esa
ias de cælestibus inquit . Nec oculus uidit/nec auris audiuit :nec in
cor hominis ascendit:quid fœlicitatis in se uidelicet habeant : quæ
parauit deus diligentibus se. Dandus nobis de cælo esset orator :q
beato labio gloriæ illi sempiternæ parem orationem posset afferre:
Tum illustranda infirma mens nostra præeminēti diuini luminis
claritate:ut perciperet differentem. Solet tamen Scriptura diuina :
cælestia huiusmodi ista rebus terrenis/ut potest/non ut res sunt /cō
parare/licet q̄ falsa a ueris :q̄ mors a uita plus inter se differt. Ita sa
ne in Apocalipsi Ioannes euangelista narrauit : Ecce ego Ioannes
uidi ciuitatem sanctam hierusalem nouam descendentem de cælo:
a deo paratam sicut sponsam ornatam uiro suo : et audiui uocem
de trono:ecce tabernaculū dei cum hominibus/et habitabit cū eis:
et ipsi populus eius erūt:et absterget deus omnē lachrymā ab ocu
lis eorum .et mors ultra non erit:neq; luctus neq; clamor:neque do
lor quæ prima abierūt. et dixit qui sedebat in trono :ecce noua fa
cio omnia:Muri uero constructi narrant̄ ex omni lapide p̄tioso:et

Vltima ratio.

Esaias

Apocalipsis de cælestibus

ex aoro flauo atq; purissimo uitro mūdo psimili. Et portæ .xii. pa
tētes/ppetuusq; dies: neq; sole neq; luna indigens: quoniam claritas
magna dei illā collustrat et lucerna eius ē agnus. Plateæ eius micāt
mūdo constratæ auro. Ibi supnorū mulcent aures resonantibus hy
mnis: Alleluiaq;: et benedictio: et claritas: et sapiēna: et gratiarū ac
tio: honor. uirtus et fortitudo deo nostro i secula seculorū tælo qua
q; clangēte. Ibi uoluptatis torrēte atq; dulcedinis oīs debaccabitur
anima: et hūanus ardor explebitur ab ubertate apparētis gloriæ dei:
ut diuina carmia indicāt. Discurrēt nullo labore fœlices illi Ciues i
ter Municipes et cobeatos Angelorū choros. Spectabunt lætissimi
cælorū illud decus: diuinitatisq; teatrū dei Matrē intactā. candidissi
. mis comitatā uirginibus. Videbit et oīs oculus sēpiternis sæculis re
gem primæ et supremæ gloriæ Christū/decoro/et dextero i solio pa
Felicitas ultima. tris: quē passibilē cruce distentū Iudea impia elusit atq; contēpsit.
Pulcherrimo deniq;: et gloriosissimo illo fruemur diuinitatis spec/
ctaculo: i quo et tota: et consumata beatitudo cōsistit: et i quo prin
de atq; i speculo totius creaturæ rationē: uimq; naturæ et contēpla
ri: et dignoscere plene licebit. Verū n. uero tāta hæc: tāq; et specio
sissima bona indicata qbus uidistis imaginibus atq; metaphoris:
quoniā dū adhuc morbiūdo tenemur i corpore: neq; cōprehēde
re melius/neq; effari explicatius ulli hominū licet: omittentes: quo/
usq; mentibus nostris serenus illucescat ille dies: qui sēpiternis edi
Cohortatio ad superna querēda. tus nescit occasum: tantum nobis ipsis calcar adiiciamus: quo pul/
sante prompti/alacresq; curramus: et gloriosum illud regnum qua
le est: nō uero pictum/attingamus: ubi semoto quocunq; malo: bo
no fœlicissimo et sempiterno fruamur: Quod efficiemus facile qui
dem ante oculos nobis crebro mundi. Milites statuentes: imperato
resq; et duces imitantes: qui ut ante tetigimus pro diurno uix re/
gno: pro mortali gloria: quæ aut nihil omnio: aut exiguum prosūt:
si nō uerius obsunt: non uerentur patria. laribus. mensa. cubili. di
uitiarū: ac rerum omniū commodis se sponte priuare: humili tugu
rio. paruoque tentorio uti/ inter dumos et saltus: subq; diuo re
cūbere: aqua et rigido pane/olusculisq; cāpestribus uesci: et nedū
sine horrore tam dura hæc perferūt: uerū etiā ubi ingēs aliqua glo
ria sit accessura periculis se omnibus offerūt: Obiectant ictibus pec

ctora: accepta uulnera læti ostentāt. et in sāguine occūbere pulcher
rimū ducunt. Quid de philosophis dicā: et humanæ scientiæ cupi
dis? nonne ifatigabiles sibi uigilias indixere paruoq; cultu et simpli
ci uictu contēti cūcta spreuere / ut expediti: et nudi nudā uirtutem
sequerentur? Quæso quid opibus dediti cumulandisq; patiuntur?
Quid ambitiosi honoris causa? Quid molles ꝓ explēda libidine?
Omitto quid perferant pictores. argentarii. lapidarii. figuli. archi
tecti. lanarii: et reliqui q multifarias artes multiformi et uario arti
ficio tractant: ut assequi possint quod cupiunt. Quid patiuntur
agricolæ. fossores: ferri / et aliorum metallorum purgatores. ingēti
um sarcinarum / et grauium onerum portitores. Muliones. bubulci.
ꝓpoli: et cæterum uulgus egenum atq; humile: ut diurnū lucellum
unde uiuant / accipiāt. Plena est uita exemplorum: quæ si sapimus /
si ratione uiuimur: si homines denicq; appellari uolumus / nos plane
cōpellāt ꝓ gloriosa illa patria / æternaq; uita duriore marte pugna
re: q̄ quos nominauimus ꝓ imperio: ꝓ libidine: pro inani gloria:
proq; egestate pœnali. Colligamus igitur uetum robur fratres / et
omnes animi uires in unum congeramus. nullus nos exterreat la /
bor: nullum pro honesto declinetur incommodum. Omnia hæc i
feriora bona: quæ nos falsa oblectatione demulcent diuitias. hono
res. dignitates. potentias. sensuum uoluptates. prauas atq; mortife
ras gloriæ et ambitionis illecebras proiciamus. flocipendamus.
calcemus paupertatem. ignominiam. pericula. dolores. cruciatus.
extremam denicq; mortem: si oportuerit constanti / inuictoq; animo
tolleremus: quando uexato: aut extincto etiam corpore adhuc su
perest animus: uera atq; diuina pars hominis: saceroq; et sempiternus:
qui excussis: quibus tenetur corporis uinculis in eum euolaturus ē
locum: qui exutas et exoneratas omni sarcina animas amplo / atq;
beato recipit sinu: corporibus consecuturis: cum in fine sæculorum
terribilis et prepotens deus omnem carnem instaurabit ad uitam.
Hæc satis derolerandis aduersis: quæ dei sanctos uel afficiunt: uel
certe conficiunt amici uiriq; dignissimi: quæ si non obsurduistis
equidem arbitror fecisse uobis forsitan satis. AMI. Auscultaui
mus. intendimus. tenemusque perbelle quæ dixisti omnia: Nos
treq; nunc partes. ut liberati ab ignorantia atque furore / diuina

mysteria atq; iudicia trementes accipiamus/excellentēq; dei benefi centiā de omnibus laudemus semperq; et benedicamus. MAT. lætor rem mihi fuisse cum modestis/benignisq; igeniis ac ueri noscendi pcupidis: qbus cū defēsa satis ueritas prima iā uideatur: tempus est ut locum demus/Vos familiaribus rebus. ego quieti.

Finit. I. collatio de tolerandis aduersis.

INCIPIT SECVNDA COLLATIO INTER MATTHAEVM BOSSVM VERONENSEM CANONICVM REGVLAREM ET PARMENSES AMICOS AD IOANNEM PHILIPPVM FRATREM ET CONCANONICVM

CVR INIQVI FORTVNA CIVS AGVNT

Edeuntes postridie: nosq; salutantes amici uenerabilis mihi et charissime in domino frater: querentesq; an per quietem hesterno labore leuatus satis animus esset: subridens sanus inq: an insanus sim ne nosco quidem. qui insanum cum audissent: et ipsi quoq; ad uerbum urbane risere: et quomodo porro insanum te nominas: qui sanitatem doces/atq; salutem: per quem et ipsi sanitatem et uitam uidemur nuper hausisse? Tum ipse iocari placuit: ut suspensos animo mihiq; timētes formidine soluerem. nosq; læti adessetis hodiernis iniciis futuris: ut

puto : Iefo Chrifto præftante auribus / et intentione dignifsimis .
Affuit et medicus forte : qui me curauerat : uir fane fingulari doc
trina et bonitate. et maxime præterea cum pietate fidei plenus:qui
audito hefterni fermonis argumento : collectaq; per capita rerum
omniũ ferie fe accerfitũ non fuiffe ægrius paulo ferre uifus eft:atq;
fic inquit:tu corpus difcis a me curare:ego cur æquius mentem a te
non difcã ? Admonuitq; quo'una cum fermone blandiret et locus:
de cubiculo: in quo nos anguſte obfcuriufq; fedẽtes offenderat : in
ortũ defcendere ad fedilia pofita fecus uiolas fuaue olentes / ambro
fiamq; uernantẽ/ ubi de molli auicularum garritu canorũ melos au
res demulcebat . Ibi proni ĩprimis orauimus / deinde cõfedimus. et
ne quid ĩpedimenti ĩterim quis nobis inferret / præcauimus per Oli
turem atq; cuftodẽ . Interea Medicus hoc dicẽdi genus me delec/
tat magnopere inquit: in quo et affenfio /et cõfutatio/et interpella
tio cõceditur libera . Nam et fcholæ / et facra pulpita ueftra.quæ iu No.
bent auditorẽ affentiri tacitum / et fi acrius mouere quidẽ animos
poffunt / et ĩpellere quocũq; uoluerint / et pectora / lachrymafq; ci
ere / attamen non profecto docent tam fide:neq; tam explent eru/
ditos / cupidofq; fciendi . Oratio.n.illa perpetua et ingentis pecto
ris cum pedum / manuũq; elifione / geftu / motuq; omni accõmo/
dato femp plus potuit:q̃ difputata remiffius. Illã omnes.hãc erudi
ti dũtaxat fapientefq; defiderant . Ad huiufmodi iftã fuppreffam /
feffionifq; priuatæ:fi non ingenium / atq; fiducia.at toga honorq;
ftudiorũ me facile prouocauit . Ad illam omniũ fparfam in tẽplis
uehementẽ / et acrem pietas:mens humilis.et feruens ardor in deũ.
Sed hæc:ut cætera quidem:et locorũ et temporũ funt . Cum galeã
caput / et manus clauam non recufabit : tum infrendẽs atq; ardens
ꝓdito in popolũ . Nunc age inter nos:quod propofitum tibi eft :
remq; intermiffam ꝓfequere . Tum me annuẽte cæteri filuere : cœ
pitq; ab ordine remiffa collatio : quã fic exordiens fum ꝓfecutus .
MAT . Supereft quod feffi dimifimus: ut iam explicet:et id qui/
dem q̃ breuiffime atq; dilucidiffime fieri poteft:cur peffimi fecun/
dis et corporis et fortunæ bonis abundãt : et utriq; probi et ĩprobi
bonis / malifq; cõmunicant:pelagus et uadis latentibus et tranato /
ut mihi uidet:omnino difficile . AMI . Nobis non difficile modo.

Sed ꝓdigium ꝓdigioſiſſimū magis. MAT. Edite tandē cur: ut fa
cilius ipſe reſpondeā. AMI. Cui.n.res humanas cogitāti tam ab/
ſurdū quicq̄ et piniqnum: et ab ea uel maxime uirtute: quæ una et
cōmunis: et generalis: et plurimū neceſſaria iuſtitia eſt / omnino di
ſiunctū uideri poteſt: q̄ cū flagitioſiſſimi. et omni ſcelere cōinqui /
nati. fas atq; nefas ad libidinē habentes atq; tractātes: illi ſuit: illi in/
q̄: q præcipui: q primi honoribus maximis. Magiſtratibus āpliſſi /
mis. Sūmis poteſtatibus. ſacris īſignibus. latis iperiis / et domiatibus
potiant. non mō tanto gradu tātoq; nomine indigni: Verū huma
na forma / et qbus uiuunt elemētis / halituq; indigniſſimi: q plane
non tam hoies: q̄ ferociſſimæ belluæ ſint: nullas in ſe frenātes cupidi
tates. Sed auaritiā. prædā. fraudem. dolū: omnemq; ipietatē exercē
No. tes. ignobiles cōculcantes et humiles: ægenos dinpiētes. Viduas at
q; pupillos iexplebili uoracitate crudos et deuorātes / diuina tandē /
humanaq; omnia ludibrio habētes. An nō hoc ita in omni popu /
lo. i omni principatu. in omni republica. inq; omni Patet eccleſia
ſancta dei? Quid Mezentii. quid Phalaridis. quid Cinnæ. quid Sil
læ. quid Marii. quid Catilinæ. quid Triūuiratus. quid Cæſarū fere
omniū cædibus atq; furoribus īmanius. libidinibusq; ſceleſtius? Qui
cū ex omni numero hominū / naturæq; hūanæ finibus exterminan
di merito utiq; eſſent: regnauerint tamē maxios iter honores: opeſ
q; āpliſſimas: culti ab iis: quos regerēt non humana ueneratione ſo
lū: ſed religioſo quoq; deorū ritu / ipiæ beſtiarū imagines. adeo non
diuina proles et genus. Tacemus tot iudeorū Reges iniunctos deo:
quorū uix pauciſſimos poſſis ꝓbare: multos aūt uenundatos ut fa /
cerēt malū in conſpectu domini: et ariolatos / et a lege ſancta dei ad
No. idolorū ſpurcitiam conuerſos ſacra ex hiſtoria colligas. Si.n. hunc
mundū deus aſpicit aliquis. ſi hominū cōmoda / uitaſq; tuetur: un
de hæc regnat ipietas: tantaq; malorū nequitia: quātæ refragari nul
la uirtus / et bonitas poſſit? Cur ad nocendum humano generi his
uires cōceſſæ aut permiſſæ: quos truculēter nefarieq; uſuros deus cer
Diagoras. te pſcient? Diagoras hinc: ut in libris de natura deorū Cicero me
minit deos ullos eſſe negauit et atheos ꝓpterea eſt appellatus. Ve
Iob. ſtro uero Iob: i quo uis ſimplicis et recti: et timētis deū laus et com /
mēdatio potiſſima floruit: hæc fuit cura titubatioq; moleſta. quo et

stimulo uexatus quoq; Dauid idē uester Mei autē inquit pene mo/ti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei: Quia Zelaui sup iniquos pacem peccatorū uidens: et post pleraq; huiusmodi carmina repēte subintulit. Ergo sine causa iustificaui cor meū: et laui inter inno/cētes manus meas. Sed maiore ex parte dederūt isti tam nefarii pœnas: et ex tarditate supplicii cōpensata grauitas est. Cur nō satius flagitia istos non patrasse: q̄ ipatrata ultricem dei iustitiā animaduertere? MAT. Res ista si quāti est/ quātisq; et postulat uerbis suscipiēda explicādaq; fuerit equidē reor p̄sens hic dies: q̄ oratio nos ante destituet: Sed quoniā neq; rudes quidē/ neq; indociles fuistis mihi antea: facturū me puto: ut breuibus: et difficilē ueritatē atringa/tis. Tria porro mihi ēē uident: quibus tota questio dubitatioq; dissolui exactissime possit. Horū primū illud est. si sæculorū et rerum omniū est opifex deus: necesse æque esse: ut sit et moderator. Alterū. Bona: malaue: quibus afficimur: quā habeāt in se naturā ostēdere. Tertiū uero quid boni tandē efficiat: et quātum oīo prosit ecclesiæ dei uita: p̄speritasq; malorū. Primū igitur caput est: ut docea/mus et mundū omnē/ et illius partis singulas ab uno ipso deo ali/quando fuisse ineffabiliter cōstitutas: et eiusdē ipsius ingi p̄uiden/tia/ et omni tēpore administrari: quod uidet mihi ita p̄bandū. Cū necessario deus sit: quod nemo Sapiens siue ex gentilibus siue ex nostris negauit unq̄: nisi amens p̄rsus ut ille Diagoras: quoniā et creaturæ omnis Origo· et quarūcunq; rerū motus necessitate declarāt/ æternā causam aliquā esse/ uimq; diuinā ac primipotentē: unde facta sunt omnia/ agitātur atq; mouentur. Id æq; omnium gentium indicat et communis/ et concors: et plenus assensus: quarum mentibus diuinitatis quædam etiam insculpta est notio et a quibus sem/per quisquis ille fuerit: aliquis tamen cultus est deus: et excogitata numinis alicuius imago/ et statuta delubra/ diuini odores incensi. solennes decreti dies: et supplicationes cæteræque cerimoniæ: quas uarias inuenere sibi uariæ nationes et populi. Hoc ita constituto q; omnino Deus sit: necesse quoq; et illud est: ut uiuat quidem et uigeat is: quem deum dicimus esse: quando sine uita et sensu trūcus/ aut lapis esse quidem potest: deus certe non potest. Vita ergo illius/ sempiternus quoq; uigor et operari et agere et incunctanter

[Margin, beside line 1: Dauid.]

[Margin, beside lines 11–12: .Tria hic nota.]

[Margin, beside lines 17–19: Qui creauit ōnia guber nat etiam]

[Margin, beside lines 23–24: Effectus et Motus]

[Margin, beside lines 29–31: Cultus diuinus naturalis]

moliri ea: quæ p̃clara potissimũ et magnifica et sua natura p̃potẽti /
q; uirtute dignissima sunt: est omnino dicendus . Ast idem quin sit
optimus . Sapientissimus. summaq; potentia præditus: neq; uel dif
fiteri uel dissimulare quisq̃ iam potest re satis ipsa per se loquente .
His sane concessis / ut concedi conuenit: fatendum sine controuer
sia est: rerum humanarum omnium procurationem deum habere :
et suo certe consilio mundum hunc omnem regi atq; disponi: quo
niam nihil aut maius. aut præstantius. aut salutarius: aut sane diui
nius hoc munere diuinæ uirtuti / ac maiestati potest attribui : q̃ q;
sapientissima. potentissima. optimaq; illa / ea curet ac tueatur: quæ
anteq̃ essent: efficere. ut essent potuit sola . Quid enim in operibus
No. diuinis iam admirabimur: si officium summa admiratione et laude
dignissimum deo detraxerimus ? ut nequeat : quod imbecillis : aut
non possit: quod infirmi: aut nolit: quod maliuoli est: nostra cura :
re ? Quam stulte : q̃ insolenter quisq̃ inesse sibi mentem : et cere /
brum putabit: si aut dementatum / aut oscitãtem / et nihil omnino
obeuntem deum iudicauerit ? qui res suas amplius non agnoscat :
neq; ulla prouidentia temperet : cum hominem condident : rite et
consulte hæc facientem ? Nascitur ex hoc : ut horum stultitiam : si
non potius uel furorem: qui cum grauiter peccant: stertit dominus
inquiunt: nec intelligit deus Iacob : propheta ita arguat atq; casti :
get . Intelligite insipientes in populo / et stulti aliquando sapite .
Qui plantauit aurem non audit / et qui finxit oculum non consi :
derat ? Qui corripit gentes non arguet: et qui docet hominẽ scien :
tiam ? At uero ut possunt inter se ista congruere: ut procreator ge :
neris humani deus esse uoluerit: qui idem procreatum: sic / ut desti
tuat oderit: in manusq; fortunæ permisent ? Atqui hoc homines fe
cerunt nunq̃ / belluæ nunq̃: aues nunq̃ : natura aliqua nunq̃: quia
penitus uniuersali bono / uniuersaliq; naturæ repugnat . Notissi :
ma ergo non modo sunt deo opera hominum: ut propheta comme
minit : sed et cogitationes et pectora : quorum inuentor unus atq;
opifex extitit . Recogitate quæ de Capillis sanctorum enumeratis
ad unum / et de quinq; passeribus: qui dipondio ueneunt: antea di
ximus: neq; ex tanto pillorum numero capillum unum: uel passer /
culum latere deum. Rememoramini quoq;: si lubet: quanto spiritu

præsentem questioně ex pulpito paucos ante iam dies: cum euange
liū Cæci nati, lazariq; mědici enarraremus: exploratā absoluimus.
ubi præter illustres sacrarū litterarū Magistros/ et priscos prima glo
ria dignos: et recentes: qui parisino extolluntur nomine: et Philoso
phos. et Oratores. et Poetas cateruatim citauimus: quibus tanq̄ au/
xiliatibus cohortibus/ et socialibus/ ac maxis uiribus/ et errores su
stulimus: et ueritatě late/ firmiterq; defendimus. Vbi et demulsere
nobis lepide aures Iuuenalis uestri arguti et sancti illi uersiculi. Iuuenalis.
Nullum numen abest: si sit prudentia: sed te
Nos facimus fortuna deam: cæloq; locamus.
et ea multa: quæ sumpsimus de uberrimis fontibus/ atq; grauissi/
mis Ciceronis et senecæ tractata ad rem eloquentia et ĩgeniis prope Cicero.
diuinis: et tantis uiribus fulta: ut non Oratorě modo: Stoicūq; Phi Seneca.
losophū: Sed colloquentě Paulum equidě nostrum magis referre
uideremur. Si ergo deus est qui uiget. qui cernit. q sapit. q exaudit. Firma ratio
qui et deniq; obit munus p̄sentis lucis: et speculæ: quem nihil celat: apertaq;.
aut fallit: necesse utiq; est/ cælos/ terras/ maria/ et quicquid in iis ě
conspicetur/ gubernet/ et temperet: quod cū facit (Facit uero inef
fabili/ sempiternoq; cōtuitu) in rebus humanis q potest quicq̄ ac/
cidere/ uel peregrinū/ uel incognitū deo? et ab illo cōsequěter/aut
nō dispositū/ aut non saltě æterna atq; optima ratione pmissum:
ipsi ět cū non sciamus/ nullā tantā uel sapientiā uel illuminationě
assecuti incōprehěsibilis æterniq; cōsilii: quā per se asseq nemo pōt/
nisi quě singularis dei gratia edocuerit/ splědorq; cælestis afflauerit?
Siquidě alioquin nihil inter mortales: deūq; distaret: si diuina cōsi/
lia atq; arcana p se uis ulla assequeretur humana. Præsentis tempo
ris hoc donū nō est. Quin uera ě/ et admodū apta similitudo illa Aristoteles.
quæ Aristoteli placet ut noctuæ uolitāti p tenebras psimilis sit infir
ma mens nostra: quæ serenissimā illā/ notissimāq; diuinæ naturæ lu
cě neqt aspicere fusuo hebetiq; carnis ergastulo eatenus clausa quo
ad spes illa pphetica cōpleat̃ i nobis. In lumine tuo uidebimus lu/
mě: quos dū differimur: iubet tātisp ěě quietos iudiciorū dei abissus
multa exp̄ssa oraculo Dauid et quod altero quoq; psequit̃ carmine
Cognoui domine qoia æqtas iudicia tua/ et i ueritate tua humilia No.
sti me. Si oculta quidem dei et secretis ueluti thesauris obstrusa a
mortali hora nō satis animaduerti/ cōprehendiq; possunt: oō pure

tamẽ/et religioſe/et caſte ꝓuidẽtẽ deũ/et humana moderantẽ/ut par
eſt: uenerabimur taciti / atq; ſubiecti et quæ minus cognoſcimus :
non magis obſtupeſcemus? Et.n.magni et ꝑpotentis / et inſcruta /
bilis dei / ſatoris: quæ ſunt omniũ hominũq; parenus ut arcana tene
bimus: q neq; terrenorũ Regũ et Principũ: ſed neq; uicini hominis
qdẽ cũ quid agunt uel omittũt: rationes: cauſaſq; tenemus? et quod
ẽ minus: neq; nos ipſi quales / quãtiq; ſimus ullo mõ cognoſcimus?
At quis adeo ſagax: adeoq; acutus: qui mihi explicet: niſi delirans et
ſomniãs unde flos iſte ſit albus / ille ſubniger . Odor hic uehemẽs/
ille ſuauis . Sapor alius dulcis: alius amariſſimus: ille mordax: iſte ſu
bacidus Cõtemplemur: ſi iam poſſumus: quemadmodũ de minutiſ
ſimis ſeminibus ꝓceræ arbores / et ingentes ad cælum uſq; ſe tollunt.
Quemadmodũ de fetulento / atq; uiliſſimo hominum ſemine tam
nobile tanq; diuinũ / habens rationẽ cum cælo animal paritur.et tã
innumera cætera: quæ edere natura non ceſſat: adhuc nemini cogni
ta . Veniamus et ad uilia hominũ opera / atq; inuenta . Referam
quod media urbe olim ſæcularis / atq; Iuuenis agens ipſe conſpexi
hominẽ: qui neſcio quo quidem ingenio / aut arte / niſi forte uene
fica / ſtans ſuper geſticulatoria menſa omnibus uidendus uanis lu /
dificationibus ſnpatiſſimam contionem intentam in ſe / raptãq; te
nebat·et hunc: ubi uiſum eſt tempus·globũ a Puero Stupæ non par
uum dari ſibi iuſſiſſe: quo de globo bolos uelicans / ore q̃ uaſte po/
terat patefacto eos deglutiret / atq; id tonens / ut ea de ſtupa multa:
quã diximus: nihil omnino remaneret: quin et tanta ſtupatione ui
deretur etiã ſuffocari . Tum ridiculũ iſtum cum eum omnes intẽ /
tius conſpicarẽtur: cœpiſſe quanto poterat ſpiritu proflare : et atrũ
ex ore aliquãdiu fumum exalare . Mox flãmam poſt fumum pro /
dire clariſſimam . Eundem conſpexi a quopiam eorum: qui ſpecta
culo aderant: balteum petiiſſe: quo uinciebatur inſigni: eumq; cul /
tro in fruſta cocidiſſe / atq; ſecaſſe . Subinde conciſa manibus cõfri
caſſe paulũper: deniq; p ultimã fibulã duobus aꝑhenſum digitis bal
teũ explicaſſe / et propendulũ totũ / atq; integrũ omnibus conſpici
endũ ꝑbuiſſe . Ex turba omni rem factã nemo dubitauit . Rationẽ
No. et modũ nemo cognouit: et non patiemur (O magna ſtultitia / et
ueſana temeritas) humanis ſenſibus uirtutẽ illius Maieſtatis æternæ
nõ cape: q humana / uilaq; nõ capimus? et nõ magis cũ paulo tanq̃

attoniti in admirādis cōsiliis et operibus dei plena uoce illud extol/
lemus. O altitudo diuitiarū sapiētiæ / et sciētiæ dei: q̄ incōprehen/
sibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles uiæ eius? Atq; hæc hacte\
nus: tāetsi nimis pauca fortasse de obscura et inscrutabili ꝓuidētia
dei: Sed iam cōspicor ꝑperare meridiē / neq; nelim ieiunos p̄tereat.
Ideo quod secundo delibandū loco relinqtur: adoriamur. Hocq;
uersabitē circa res bene / atq; utiliter iuentas: et imortalis ꝓudentiæ
dono ad hominū usū et uitā accōmodatas: honoresq; et dignitates:
et singula cū his corporis bona. In his.n. diiudicādis uulgus a sapiē
tibus magnope oberrat. Vulgus eos: q his abundāt beatos: q carent
miseros ducit. At cōtra Sapiētes neutra uel media nominarūt quo/
niā neq; bona ꝑse neq; mala simpliciter dici oio possunt: sed i me/
dio posita ex utentiū mō: causaq; censent: q; opinio: nō natura illa
reddit bona uel mala: et hoc est: quod ipsi tuemur. Si.n. bona ꝑ se is/
ta penitus ita essent / ut non obesse quidē possent / nemo Sanctorū/
uel dignitates / uel opes repudiasset unq̄ pro cōparanda uita beata.
Neq; christum secuti spretis omnibus rebus cum paupertate et cōti/
uentia religiose uixissent: aut soli: si unq̄ solus est uir bonus et sapi
ens: in casulis / herbidisq; tegetibus habitassent. Neq; Paulus tan/ Paulus.
to labore / tātisq; periculis terra mari hominū salutē quesisset: et san
ctas ecclesias per uarias urbis regiones dispersas collustrasset: quibus
ne grauis forsitan esset: uictum etiā sibi manibus comparauit. Sed
neq; discipuli reliqui siue sacculo et pera orbem terrarū uniuersum Discipuli.
pedibus peragrassent. Cōtra si mala utiq; semp et capitalia essent:
nec Patriarcharū ullus / neq; Moyses: neq; David regum sanctissi/ Patriarchæ.
mus: aut principari: aut opibus atq; honoribus affluere acqeuiscēt. Moyses.
Non ista igitur talia / bona / mala ue sunt: sed a būtentiū uel libido/ Dauid.
uel furor in culpa est: sicut eorū est in laude tēperantia / liberalitas /
pietas / misericordia / atq; frugalitas. Quæ uobis: quoniam satis cō
stare ex uultu / hilaritateq; depromitis: parcens tempori ad ea: quæ Cur mali
supersunt circa uitā malorum properabo. Qui id circo facilius ꝓ assecūtur
speriora assecuntur: et munera occupant excellētiora fortunæ: quo prospera.
niā ardentius ea querunt: q̄ uiri sancti frugalitate cōtenti. Xerxē Xerses.
Persarū Regem: et Dariū / Alexandrū Macedonem / Neronē: et Darius.
horū similes ꝑmultos nullæ opes: nulli honores: nullæ simul libidies Alexander.
 Nero.

explere unq̃ potuere. Flagrarunt enim maiore cupidine ad ea:quæ
illis fortuna concesserat: aliquid semper adiicere. Qui æquo et mo
derato sunt animo:hæc rarius possident:quia ea: aut non tam incē/
Socrates.
so studio quærunt:aut etiam negligunt. Hoc fuit animo Socrates/
ad quem/cum transmissa fuisset magna uis auri atq; argenti: tam
Diogenes.
multa non desidero inquit. Maiore Diogenes/ut qui Cinicus re/
Crates.
rum omniũ contēptor uideri uoluit. His non īferior thebanus Cra
tes:q patrimoniũ in phiscum cōtulisse fertur/inq; media/uel hare/
na/uel curia ꝓclamitasse Crates Cratetis filius eū Craretē liberũ fa
cit. Ad bonos nõ quæsita raro ꝑueniunt. At ubi uehemens addit̃
studiũ/intētio tota/animus plurimus/conatus extremus:qd nõ pes
sime pessimus assequit̃ quisq;/nulli ꝑfidie/nulli flagitio/nulli ꝓdi
tioni/nulliq; sceleri parcens? ei quoq; quantũ oio potest suffragan
te diabolo? Improbus quoq; facillimã graditur uiam:scientiã magi
Aristoteles.
strum ue non requirentē. Studiosus autem et sapiens arduam et ꝑ
angustã. Vno quidē modo:ut Aristoteles pulchre/lateq; disseruit:
boni cuiusq; est operatio. Mali autē multifariã. Ideoq; deerrare ꝑ
facile:arduũ ꝓfixa statutaq; de linea nũq̃ excidere:punctũq; mediũ
illud quod diuidi nequit:semꝑ attingere. Quid uero ē tandē:ꝙ di
uina sine gratia recte agere nemo potest: deq; ea tum ꝓmerenda:
tum seruãda semper est laborandũ? qua se priuarunt: quorũ mens
Malũ potest
quisq; per se
uersatur et occupat̃ in scelere:uitia uero diuino sine fauore/exter/
noq; auxilio per nos ipsos cōsequimur:quin tantas etiã irritationes
habēt/tantosq; ignes:ut et bonos illiciant/atq; incēdant: et si pror
sus superare non possunt. Recte quoq; in sublimibus agere: et in
scelere diu permanere coinquinatos istos atq; nefarios diuina beni
gnitas sinit interdũ:et tanq̃ cōniuentibus oculis eos præterire dissi/
mulat: uel ut dilati cōpungantur tandē animo/et corrigantur: uel
ut ad meritum boni eorum cōmissis exerceantur. ꝙ si præteritorũ
temporũ omnium anteactã memoriam retrospicere nobis est curæ:
facile erit agnoscere quot ineffabilis bonitas dei cunctando ad con
uersionē/pœnitentiamq; pellexerit: et in melius non mutati:quan/
tum tamen bonis eorum nequitia ad cælestem triumphum et glo/
Bona malis
dari in remu
nerationem.
riam comparandam adiumenti præstiterint. Neq; ignorandum
illud est/labem istam perniciosorum hominum profundissimas

opes possidere: clientelas: cum se exhibent: uel proficiscuntur: lon/
gissimas trahere magnis fortunæ āplificari p̄miis: atq; muneribus:
quin et supremo interdū rerum apice collocari: quo si quid boni
cum indelebilibus uitiis quandoq; intermiscuere uiuēdo: quod bea
tam uitam non æquet: neq; cælo omnino sit dignū: hoc uel recipiāt
premii atq; stipendii a dei districta singularīq; iustitia: quæ merce
dem æternam quibus datura non est: temporariam tamen non det
trahit: ut in cunctis noscatur exactissima æquitate defungi. Deco
rātur et sæpe honoribus. opibus atq; potentia Mali improbiq;: de
quibus noster est sermo: ut deteriores per hos cogi / puniriq; euidē
tius possint: Satellites eni ut uoces prophetarum sæpe indicant: et
lictores dei sunt: armati ad uindictam malorum laudem uero bene
factorū: agendi tandē et ipsi tanq̄ uasa neq̄tiæ a Sapientia et iusti
tia dei in ignes æternos. Ita iudeorū populus primum captiuus in
Caldeorū manibus traditus est: ut ultima Regum narrat historia.
Ita a Cassio. Ita a Pōpeio direpta et temerata Ciuitas sācta: Ita po
stremū a Vespasiano et filio Tito euersa radicitus. Ita Athilla got/
torū imanissimus flagellū se dei esse crebro iactabat. Sed quid reuol
uimus uetera? Ita in conspectu obuersatus p̄sens Turcorū iperato
ris furor et rabies in christianam ecclesiā debacchātis: q post euersā
omnē græciā: attriuit funestis sæpe bellorum cladibus finitimos no
stros. ut remotos prætercam inumeros populos Illyrios. Pānonios.
Istros. quodq; formidolosius: et fœdius ē: Genuenses ipsos et uene
tos: et in ipsa iā media Italiæ uiscera atq; p̄cordia exultabundus pa
rat irrūpere. An ita ni esset: potuisset tam spurcus atq; nefarius hic
barbarus hostis in christianas animas: et ecclesiæ sāctæ sedē ita sæui/
re? An nō Italia sola facile illū uel primo motu cōpescuisse: uel lon
giore forsitā bello supasset haud dubie ac deleuisset? Sed uires atq;
atrocitas ista nō tam ipurissimi Tyrāni: q̄ diuinæ iustitiæ ē: non ces
sura nisi ptinax et iueterata nostra nequitia ante cessauerit. His de
causis: quas ante mōstrauimus et longe exquisitioribus pluribusq;
fortasse: quæ non satis scrutatur et capit humana tenuitas: p̄spera
malis uel larga porrigit manu: uel obuenire non prohibet iustitia/
bonitasq; diuīa: Quæ pari consilio quoq; ea ista: quæ diximus uel
media. uel neutra appellari bona: bonis iterdū: malisq; comunicat:

Ad diuinam
uindictam
malos ro
borari.

Caldei.
Cassius.
Pompeius.
Vespasianus.
Titus.
Athilla.
Turcus.

Italia.

ne per hæc boni a malis secreti insolescant: si eis nihil impartiatur aduersi: aut sane rumpantur: si soli duntaxat infesta sustineāt: neu ꝑpensius ament quæ uident utrisq; communia eaq; esse natura ut obesse magis possidētibus soleant: q̄ certe prodesse: ueluti aburen tibus cōcessa ad maius supplicium. Verum enimuero quicquid ho rū sit: nihil tamen ipse conspicio: quo electi dei cōtabescant animo fœlicitate malorū: aut in his zelent uel prosperitatem: uel gloriam: quorū si consciētias præcordiaq; rimamur: q̄ duras pœnas: q̄ama ros et īquietos cruciatus singulis ferme horis atq; momentis etiam si paulo dissimulent dare non cessant (æquissime deus) suis laceiati tanq̄ unguibus. atq; discerpti. Quos diri conscia facti mens habet attonitos: et surdo uerbere cædit: Cuius rei si fidem optamus: nulli testes illis ipsis magis idonei. Nam horum quosnam extrema subiit impunitas: ut crudelitatum suarum infrenatarumq; libidinum nō sæuissima supplicia tullerit? Plurimi fastidio sui atq; odio: simulq; scelerum: et sacietate et nausea propria transuerberati manu finē detestabilis uitæ sibi consciuere. Alii ueluti leuioris mortis compen dio uenenis se ipsos perdidere. Pleriq; ab iis: quos læserant interem pti atq; discerpti. Alii uel militari: uel ciuili tumultu obruti: Squa lore nonnulli et carceris tenebris tabefacti: et quibus sæpe pepercе rat hominum ira: non pepercit diuina uindicta: quæ multos: partī pestilētia correptos: partim cælo tactos. partim fluminibus mersos: partim intolerabili dolore plagisq; iugibus cruciatos absumpsit et perdidit. Etenim isti infidæ fortunæ Spectacula tanq̄ equo grada tio: et exuperātissimoq; gestantur: a fœdis: pueris: q; ualati: eodem cito post effreno: ac petulāti agendi præcipites. equo fesão recte utiq; di xerim: quem tali fuisse fato: tanq; calamitoso: ac funesto exitu te sris est Gelius: ut quisquis eum haberet: is cum omni domo: familia fortunisq; omnibus suis deperiret: et mortē calamitosam opeteret. Verum referre ulterius horum acerbissima: et cruentissima fata singulati: mēs horret humana: pudet et tātas nostræ miseriæ ignomi nias recēsere. Si nō miserabiliora æterna illa tormēta sūt: quæ oi de sperata salute: atq; uēia i iferni baratro datuti infœlicissimi isti cū demōibus sūt: cū uenerit tēpus illud recti: sāciq; iudicii: quod nul

Iuuenalis

Vltiones de facino rosis.

Malorum æterna supplicia.

lus euadet/nullusq; diffugiet: In quo fiet bonorũ iniquorũq; uni / Iudicium
uersale discrimẽ: patebuntq; cõmissa cuiusq;: cũ mirabiliter de figu uniuersale
lis tremẽda sententia de iudicis ore ꝓdibit: ut recipiat pro meritis
quisq; æternã uel gloriã uel pœnã. Cũ efferuebit in reprobos regis
dei armata/terribilisq; iustitia infrendetq; sup insignes nationũ pri
cipes /et maximos Reges: q uincti adstabunt ante tribunal: inflexi
bilis ira cælestis: et tanq̃ uasa figuli cõfringet eos: Cum inebriabit
potentissimus sagittas suas sanguine: et gladius eius deuorabit car
nes: cũ Cælũ. tellus. mariaq; pauebunt: cum extendẽt homines ma
nus i preces: et deducent oculi tanq̃ flumina lachrymas: uouebũtq;
animas et porrigent ꝓ uenia uitas nec q exaudiat. qui aspiciat erit
ullus. Sed raptabuntur repẽtino et turbido nutu a maliuolis satelli
tibus Angelis in profundũ terræ putremq; hyatum mersandi cæca
Tartari igneaq; uoragine: cuius carceris horrẽdissimã atrocitatẽ.
æternãq; miseriã/et sine fine pauorẽ et luctũ nullo mõ me sentio sa
tis posse deplorare. (Neq; enim res tãta ulli unq̃ fuit facilis dictu.)
Tum: inoxia mens/et recti cõscientia testis: quã neq; fallere neq; Rectæ
falli licebit ultra/cuiq; plus equidem ꝓderit/q̃ cumulatæ quondam securitas
undiq; opes: q̃ falanges et custodiæ militũ: q̃ Regũ arma: q̃ regna mentis.
latissima. Super miserrimis in perpetuum planctũ effusis / funestos
inanesq; clamores edentibus\plaudent Sancti dei cum gaudio: atq;
triumpho uictores \ fietq; illud quod Dauid ꝓpheta spopondit in Dauid.
psalmis. Lætabit iustus cum uiderit uindictam: lauabit manus
suas in sanguine peccatoris: et quod in ultimo prophetici operis sui Esaias.
uancinatur Esaias. Egrediẽtur electi ut uideãt cadauera uirorum:
q preuaricati sunt in me: uermis eorum nõ moriet et ignis eorum
non extinguetur: et erunt ad facietatẽ uisionis omni carni. Sed ꝓh
amentia. Proh stupor eorum: qui si non premiis satis incitãtur ad Præcogita
gloriã: saltem tam horrendam ista non cogitatione præocupãt/qui tui oblite:
præsenti fletu perpetuum non præueniunt / q a gehenæ obscurita
te/a feruido iudicis uultu/a sententia: quæ nemini parcet/ a fragore
ruentis mundi/a concussione elementorum/a uoce Archangeli / a
tuba dei/a uentre inferi: a rugientibus præparatis ad escam. a flam
mis torrentibus/a uaporibus artis / a sulphureis fetoribus. a clamo
ribus ditis /et eiulatibus cruciatorum non horrent/non contremis/

cunt/nō deniq; et exanimātur. Audiat mō quisq; sponte: quod tūc
est auditurus inuitus: pauore pauoremq; depellat anteq̄ aduentat.
Quid est quod admonemus: quod et obtestamur ut exaudiat quis
q; atque depellat? Id inquam: quod si non ante præcauerit: non
Hieremias. ante extimuerit: Hieremiæ prædictione sine fine blasphematurus
sit rabida et execrabili uoce. Maledicta dies/ī qua natus sum. dies:
in qua peperit me mater mea: Maledictus homo: qui annūciauit
patri meo dicens: natus est tibi puer masculus/ et quasi gaudio læti
ficauit eū: Sit homo ille ut Ciuitates: quas subuertit dominus et
non pœnituit eum: Audiat clamorem mane: et ululatum in tempo
re meridiano: qui non me interfecit a uulua/ ut fieret mihi mater
mea sepulcrum: et uulua eius conceptus æternus. Quare de uulua
egressus sum: ut uiderē laborē et dolorē/ et cōsumerentur ī confusio
ne dies mei? Iam satis: ut a me potuit: enarratum puto qd intersit inter
eos: q fruunt hoc mūdo/ nulli parcentes libidini/ nullūq; flagitium
ꝓtereūtes: et quod quærere oportuit sursum: summum ac primum
bonum/ quasi humi inuolutum deorsū congrentes: et eos: q incoin
qnatā/ et religiosā uitam degunt: Satis et forsitan/ quantum eliciat
boni/ emolumentiq; decerpat de iniquorum maleficiis diuina beni
gnitas. Quoniam deniq; cur optimi una cum pessimis: tū prospe
ra: tum aduersa æque participent animaduersum quoq; breuiter
est: sermōis finē tēpus mihi suadet: si uobis ita uidetur. AMI. Quæ
narrasti hactenus: satis profecto nobis iam faciūt: nihilq; superest:
in quo ipsa ueritate contentis liceat repugnare: cum quia certa/ di
uinaq; nobis uisa sunt omnia: tum quia ea tu quoq; ita insculpsi
sti cordibus nostris melleis tuis ignitisq; sermonibus: ut q̄diu futuri
simus e memoria nunq̄ sit peritura. Tu nos precibus adiuua tuis:
et piam substerne oneri nostro ceruicē: ut per te leuati diuturna im
pietate atq; ignauia: curramus alacres per tā patefactum nobis iter
ad uitā. MAT. Admodum gaudeo suffragante spiritu sancto deo.
uos eo peruenisse: ut sperare/ ac polliceri mihi de uobis (O uos bea
tos) facile possim: egregiam illam fidem/ animiq; constantiā: quæ
sola beatum hominem facit æternumq; coronat. Quare cum inci
piat Sol medio e cælo iā declinare cōpleueritq; late meridiē: equis
lora stringenda mihi uidentur mm large decurso iam stadio. Mo

dũ itaq; sibi adhibeat oratio/finisq; dicendi esto. Vos ad Vestra redibitis. Ego ad corpusculi curam. AMI. Diu utinam ualeas quo tibi /et ceteris uiuas. MAT. Perpetuo et nobis benignus sit deus. AMI. Vt sit ora. MAT: Vosq; interorandum Matthaei meminetis peccatoris.

De TOLERANDIS ADVERSIS
DIALOGVS FINIT

MATTHAEI BOSSI VERONENSIS CANO. REGVLARIS AD.I.LODOVICVM BOS SVM IVRE CONSVL.ET EQ VEST RIS ORD.VIRVM DE GERENDO MAGISTRATV IVSTITIAQ VE COLENDA OPVSCVLVM INCIPIT.

c

Onstituenti mihi tuis precibus impulso Ioannes lo/
douice clarissime ad te aliquid scribere :et materiam
aio:argumetitumq; uersãti:uisum est tandem opere
pretiũ:si de gerendo magistratu ducalis iustitiæ:quẽ
probe meritus suscepisti .aliquid tibi præscripsero :
in quo uelut in speculo quoties pspexeris : iter patefactũ et planũ
ad rẽ benegerẽdam facile uideas. Munus plane p se splendidũ atq;
magnificũ:et a te expectatũ(ut puto)fortasse:a quo si nõ deerraue
ris :imortalis tandẽ:tum dignitatis:et nominis:tũ cælestis mercedis
et gloriæ pmium assequare. Si tantis ego tamen uiribus : rationeq;
dicendi illud tractauero:ordineq; digessero:quantũ rei magnitudo
et dignitas postulat. Q uod neq; satis polliceri audeo: ut in cæteris
maximis et speciosissimis rebus:sic et in hac liberalissima institutio
ne dicendi ipse perexiguus. Sed tecũ neq; Ioãnes lodouice hoc mi/
hi plurimi sit :qui non tã eorum aures mihi conquiro :quibus fa/
cundia:q̃ res qdem blandior ẽ:q̃ tuã salutem:tuũ officiũ:tuam di
gnitatẽ:tuã et laudẽ. Q uæ ornamenta prima atq; sanctissima ipsa
plane luce in te et habeo et reputo chariora : quando solis incorru
ptis his bonis uere homo:uere sapiens: uere beatus et dici :et effici
possis . Q uare noster hic labor mi lodouice : et si mihi fortasse
apud eos nihil allaturus sit laudis et gratiæ:q ægre aliqd probant :
quod pfectũ sit ab ecclesiastico igẽio:religiosiusq; iuentũ :quodq;
nõ magis sapiat mũdi huius philosophiã:q̃ euangeliũ christi : nec
mihi recusandus fuit. Non enĩ tã uereor eorũ censurã:q interdum
etiã notãt qbus debetur plurimũ laudis · qn magis uolueri tuæ rec
tissimæ uoluntati morẽ gessisse:atq; iis uel solis profuisse :quos in
rebus non tam species:q̃ substantia ipsa delectat:et de pcera qdem

arbore auidius carpunt poma:q̃ comas. Tu tamẽ nostra legẽs etiã
si fructũ carpens solus:erit id mihi satis:qui te currentẽ ad uirtutis
decus/et gloriã uel adiuuerĩ/uel saltẽ tanq̃ fauore quodã et assensu
confirmauerim. Erunt itaq; nostra hæc aliis uel neganda uel pmit/
tenda prudentissimo iudicio arbitrioq; tuo. Tibi uero ita degustã
da/ut in eis charitas tua non tã faleras uerborũ querat/q̃ sensũ /nõ
tam umbrã/q̃ ipsam ueritatem/quæ profecto si purgatum i pectus/
et labibus defecatum hauriatur: est ipso nectare dulcior/eaq; tanq̃
uegetatus animus spiritum ducit et uitã/Qua certe haud scio quid Vecitas
diuinius ab immortali Deo elargitum sit hominum generi / quod rerum dul
quisq; tam auide/aut debeat /aut possit expetere . cissima

Qualis ẽẽ magistratus debeat et qbus finibus circũscribẽdus Cap.I

Taq; de Iustitia magistratuq; dicturo cõstituendũ mihi ui
i dẽt primũ qualẽ esse uelimus Magistratum:et quibus fini
bus circumscribendum :cuius profecto : si recte iudico erit
ꝓpria ratio:non qualem aut honorũ et gloriæ cupidi /aut diuitias
sitientes esse uolunt:qui ita se gerunt :ut ex magistratu nihil aliud
q̃ laudem popularẽ:uel cõmodũ ꝓpriũ quæsisse uideantẽ . Sed qua
lis describitẽ in officiis a Cicerone uire prope diuino :a quo neq; me Cicero.
piget incipere:cũ ut nostro Aurelio placet . Veritas ois a quocũq; Aurelius.
illa sit istinctu diuinitatis emanet. Propriũ est igitẽ magistratus mu
nus:ut ille cẽset:Primũ intelligere se gerere personã ciuitatis:debe
req; eius dignitatẽ et decus sustinere. Deniq; seruare leges:iura de
scribere :et ea fidei suæ cõmissa meminisse. Quæ sigula ita distribu
ta: tã etsi eum magis spectant : qui libera in ciuitate magistratum
exercet:erunt nihilominus nobis accumodãda illi : quẽ pficit opti
mus quisq; et æquissimus Princeps . Neq;.n. refert an magistratus
ipse personã induat liberæ Ciuitatis.i.multorũ quidem ciuiũ : an
unius hominis:q Princeps sit:idẽq; iustissimus. Cum.n. tria admi
nistrandarum ciuitatũ genera sint. Vnũ: quod Regnũ appellatur.
Alterũ optimorum ciuium potestas. Tertium censuariũ ac popula Regnum
rem . Totidẽq; contraria et quasi pestes ipsarũ :de quibus cõtrariis Optimates.
dicere copiose non est opus hoc loco : Regiam maiestatem ceu

Censuaria potestas.

dei imitatricem: qui solus presidet atq; imperat omnibus: horum
optimam esse uoluit ueterum philosophorũ auctoritas. Popularẽ
uero gubernationem deterrimam Primatum clarorum ciuium me
diam. Induenda igitur tibi est principis tui: a quo suscepisti facul
tatem adiudicandæ iustitiæ non qualiscunq; persona: sed quæ sit
omni ex parte perfecta: quam tibi debes effingere in exemplar: et
ueluti specimẽ quoddã: et æqtatis ideã: quã præteferas ubiq;: et cu
ius uice fũgare: cuiusq; dignitatem ac decus sustineas/ne si negotiũ
tibi creditum indigne tractaueris tua ignauia impingatur princi/
pi et publica contumelia afficiatur detrahẽtium linguis. Deniq;
Magistratũ seruare leges idem Cicero precipit et iura describere.
Verum quæ nam istæ sunt leges seruandæ/ et iura? quæ descri/
benda esse iubentor? Has ille primo de legibus libro. Nostri catho
lici prima quoq; fronte sanctissimi Iuris Pontificii minutius quæ
q; diuidentes/latissime explicant: docentes eas oportere esse non
quæ ansas et uias lingandi tradunt: et opinione: iniquorumq; mali
cia constitutæ perniciem idducũt: Sed quæ ab æterna una lege natu
ræ/atq; diuina deductæ quidem sunt: et insertæ atq; impressæ casta
ab origine tamq̃ digito dei cordibus hominum: ante quidem na/
tæ: atq; inuentæ: q̃ tabulis scriptæ: aut atramento exaratæ: aut etiã
q̃ omnino Ciuitas ulla condita esset: et inter se homines societate
coniũcti: Quæ deniq; fas et æquum cõtinent: cõtrariaq; repudiãt.
In hoc prorsus sapientis magistratus et iusti sed æq;: cuiusq; Princi
pis optimi munus atq; officium constare uoluerũt: ut æquas leges:
iniquasq; dignoscat. Primas tueatur et seruet: alteras ut uenenum
et parricidium humãitatis atq; pietatis ita præcaueat atq; effugiat:
quod nimirũ perfacile efficiet quisquis sese omnibus exibebit egre
gia uirtute ac sine delectu: et extiterit: ut aristoteles inquit: ceu Ius
animatum: quem cum adeunt: se adire non hominem putent: sed
in dubitatam et expressam faciem legum: bilanci: trutinæq; persi
milem: qui ad unguem ita sit optimus/syncerus/certus/fidusq; iuris
interpres: ut omnibus passionibus uacet: nullusq; ei improbus di/
minuetur affectus. Quem eũdem admonet meminisse tandem hæc
omnia fidei suæ fuisse commissa: ut si peccetur in iis: uideatur fides
irrita et iusiurandum uiolatum: Quod quidem execrabile est et de

testandum: et aperta proditio: et sacrilega improbitas: quibus pro
fecto noxis qui se polluit: non modo magistratu sed uita indignus
iudicandus est: cum iura diuina nedum humana prodiderit : et re
gem ac principē deū nihilo secius q̄ terrenum læserit atq; mortalē.

A deo omnis potestas omnisq; magistratus illi seruit. Cap. II.

Ec tanto q̄spiam laboret errore/ atq; stultitia : ut ambigat a
n Deo dari mortalibus nobis ois primatus iusq; regendi cum
in his : qui inscribuntur prouerbiorū libris/ ipse quidē cōte Prouerbia
stetur et dicat: Per me Reges regnāt/ et conditores legum iusta de
cernunt. et apertissime Paulus ois potestas a domino deo ē : et qui Paulus
resistit potestati : resistit deo. atq; eodē Spiritu Pastor ecclesiæ Sub Petrus.
iecti estote omni humanæ creaturæ propter deū: siue regi quasi præ
cellenti: siue ducibus/ quasi ab eo missis ad uindictam malorū : lau Sapientia.
dem uero bonorū. In quem pariter sensum diuina ex alto Sapien
tia intonat. Audite ergo reges et intelligite . discite iudices finium
terræ . prebete aures uos: qui continetis multitudines: et placetis un
bis in turbis nationū: quoniam data est a domio potestas uobis et
uirtus ab altissimo : qui interrogabit opera uestra : et cogitationes
scrutabitur/ quoniā cū essetis ministri eius: nō recte iudicastis: neq;
custodistis legem iustitiæ: neq; secundū legē dei ambulastis: Quam
obrem utiq; apparet ab omnium domino potestas omnis iudican
di/ regendiq; auctoritas hominibus dari: et his non tantum: qui eū
uenerantur et colunt : ueraq; iustitia ac pietate p̄diti sunt: sed iis eti
am: qui idolis seruiunt: et uitam impie ac nefarie agunt : quorum
potentia aliud nihil ē: q̄ pestifera quædam uis ad nocēdum: Quod Cur et ma
quidem misericorditer etiā: ut sacra testimonia phibent/ æterna p li imperant.
uidentia fit: cū res humanas iudicat erumnis talibus dignas/ talibus
q; flagellis et calamitatibus conterēdas. Qua de re est uox illa diui
na: Per me Reges regnant et Tyrāni tenent terram : et clarum il
lud testimoniū Iob : Qui regnare facit hypocritā pp̄ter peccata
populi: et horrida illa ac irarum plena dei cōminatio . Dabo uobis
reges in furore meo. Itēq; confortabo brachiū regis Babilonis : et
ponā ensē in mãibus eius: atq; alio loco: Statuā pueros eorū princi
d.i.

pes :et effœminati dominabunť eis / et inumeta pene similia:qbus
ut ante diximus:ídubie liquet omnē primatū et regimē dari ditio
nutu/diuinoq; consilio/neq; horū aliqd posse hic in terris a morta/
libus suscipi: quod non sit porrectū manu diuina/planeque et eter
Osee. na prædestinatione dispositū . Nec illud obstat quod in Osee con
trario sensu legi uideť /ipsi regnauerunt sed non ex me . Principes
extiterunt/et non cognoui eos . Perfacilis hæc quidē et expedita de
Potestas a deo . Scelus ab homie fensio:si seiungatur potestas a uitio/ et alterum ab altero certa ani
maduersione libretur: Atq; ita rū de Impio.principatu.potestate :
p̄latione sacra/ reliquisq; administratōnibus per se loqmur/aut dis
putamus :constat a deo esse :ut abunde docuimus : omnem magi
stratum humanamq; potentiam : Alioquin quis regum:sūmorum
q; Impetatorum/et Ducum tātu unq̄ uiribus fuit :ēt si illi ascripse
Diuinum q; uni tot pareant ris Athlātis humeros:aut Herculis robur:q solus potuerit uel acer/
rimos uel confertissimos cōtinere populos / tot gētes pdomare bar
baras/statuere/p̄cipere/uexare/ mulctare/interimere/perdere / suoq;
arbitrio cuncta habere/Quo iure .qua arte.qua ui deniq; hæc tāta
unus cōficit īermis interdū atq; iualido Corpore/Cur tum infestat
īmeritos:expilat suorum ciuium bona.proscribit.necat.excruciat .
maritales thoros libidinibus fœdat.pedicat in mares.et omnia diui
na atq; humana ludibrio habet:est nemo/ qui obstet / qui eum ab
imperio abdicet/ qui regno depriuet / An q; armato incedit latere/
An q; denso stipatur milite / An q; sine propinatore nihil mor/
det/ atq; delibat/ minime inquam .Qua eni ratiōe stipatores istos :
atq; ministros:aut omnes:aut singulos ad sui tutelam coget:uel ad
ea perpetranda:quæ diximus:si reluctentur:et nolit /Cur alteri sic
iubenti non parēt/An faciunt id fortasse stipēdio/æque minime .
Quomodo solus tot census tot uectigalia .tantum auri/ argentiq;
possidebit:si reliqui nolint /Dei est igitur :dei inq̄ tota uis ista : q
miseratus humana : quæ sine regentium terrore et seueritate le /
gum contineri non possunt : uoluit esse Tyrānos et imanes iudi
ces:qui cogere ad recte uiuendum ēt inuitos:et malos possent : se
q; ut scriptum ē:uidicare de hostibus suis . Non ex hoc tamen ma
lorū atq; facinorum Deum auctorē constituētes :quippe q et opti
mus ē:et a quo ois p̄sus est relegata malitia :quoniā summum bo

nū malo admisceri nullo quidē mō potest/ac sibi ipsi esse contra/
rium:sed ut sæpe iam diximus:Qualiscūq; potestas per se quidem
bona est:atq; idcirco a Deo effluens:ut cætera effluunt bona:quæ
fecit:Quæ aūt uitia Imperantibus/potestatēq; habentibus iniusta
sunt:a deo illa minime sūt:qa ab optima causa p se malū ēē mini/
me potest. Quocirca cōcludi et illud libere:atq; itrepide pōt huma
natum oium actionū esse deū causā : culpæ uero atq; reatus nullo
qdem mō cogitari posse. Quæ cū ita sint:memineris te mi o Lodo
uice sūmi ac potentissimi dei esse ministrū:et ab eo iustitiā/iudici/
umq; tuæ fidei fuisse cōmissum.ꝙ si dei minister/et illi quoq; ho/
nori et laudi sēper esse debebis:et quibus tibi fas est:illū æquis pas/
sibus subsequi/uocemq; eius ex euangelio non surda aure pcipere.
Qui mihi ministrat me sequatur/et ubi sum ego/ubi sit et minister
meus. Simulq; talentū ab eo tibi creditum exercere maxima/atq; op
tima fide : ut cum in dispensanda re domini tui solers ac fidelis in
uentus extiteris/hic tibi magistratus et deū semp propitium reddat/
cuius rem et fideliter et strenue gesseris .et exornet te apud omnes
memorabili gloria. Bossiæq; familiæ p te restituat ueterem digni/
tatē/ac meritā laudem : quæ iādudū crebris fortunæ telis pene usq;
ad īteritum redacta te aspicit :et manus tendit surrectura tuæ ānixa
ceruici. quarū ꝓfecto tātarū tibi rerū diligens ratio hēnda ē:si qua
uirtus concitat generosum aium tuū:cui nēpe bonitate naturæ/op
timisq; auspicus cursus patere uidetur ad sūma et āplissima quæq;.

Quanto studio et pitia legū opus sit in iure dicūdo. Cap. III.

Vibus igit̄ magistratus terminis cōtineat̄: et unde ꝓueniat
q quōiā satis inotuit:iā uideamus:si placet q̄to studio et pitia
opus sit i iure dicūdo ne inscitia legū:lectitādiq; labore atq;
ignauia accipiant̄ falsa ꝓ ueris:aut iniq̄ ꝓ æquis :tuātq; et iudex
et cui adiudicat̄ i foueā ambo. Is uero aduersus quem iudiciū fert̄:
dānet̄ gratis:et mulctet̄ indigne:In quo maxia qdem iiutia ē et de
formatio magistratus : cū sit iter hoies itidex cōstitutus ut recto ac
certo iudicio reddat quod suū ē unicuiq;:quod nūq̄ p̄stabit : si cū
iudicat:p ignorantiā oberret atq; cæcuciat . Vnde præclare ē illud ī

d.ii.

ecclesiastico dictum. Noli quærere fieri iudex: nisi uirtute queas rũ
pere iniquitatem: Idq; Ante iudicium para iustitiã et anteq̃ loqua
ris: disce. Peccauit qsquis ẽt si recte · icertus tamen et nescius iudica
uit. Rimãda sũt igitur oĩa ũde elucescere possit ueri notitia priusq̃
iudices. Declarauit hoc olĩ suo exemplo imensa bonitas dei · cuius
oculos · quãq̃ nihil effugiat: nec iudicãdo possit uel errare: uel falli:
eos tamẽ puniturus: q primi post orbis Cathaclismũ ãbitione et cu
piditate regnandi latissimã urbẽ turrimq; excelsam Babel · unde cæ
lo bella mouerent: sunt adorsi/ausiq; construere : inuicem dicentes
Faciamus nobis Ciuitatẽ et Turri: cuius culmen ptingat ad cælũ :
et celebremus nomẽ nostrũ anteq̃ diuidamur in uniuersas terras :
descendit queadmodũ Geneseos historia habet: uiditq; Ciuitatẽ et
turri: quã illi ædificabãt: et dixit ecce unus ẽ populus et unũ labiũ:
confũdamus linguas eorũ: ut nõ audiat unusqsq; uocẽ pximi sui :
atq; ita diuisit/et dispersit eos sup faciẽ cũctarũ regionũ . Ita quoq;
in Sodomas missurus incẽdiũ Clamor Sodomorũ et Gomoreorũ
multiplicatus ẽ inquit/et peccatũ eorũ aggrauatum ẽ nimis: descen
dã et uidebo an opere cõpleuerint. En utrobiq; dominum et descẽ
disse et uidisse priusquã de iis suppliciũ sũpserit diuinis i litteris p
ditũ ẽ: qui antea tamẽ cognouerat. pceperat. sẽserat. uiderat. Quod
sane nulla alia ratiõe effecisse uel dici/uel cogitari potest · q̃ q i iudi
cando certũ nobis foret exemplar/et quã imitaremur efficax forma
scientiæ. Quod si ad leges etiã historiæ cognitionẽ addideris : ea re
plane tantum ad incidentia omnia proficies/tantaq; dignitate Ma
gistratum ornabis: qualem uix commodiorem ullam possim existi
mare. Sæpe enim acta ingenium aptius erudiunt / et conscientiam
No. stringunt: q̃ plane iura uaria atq; nodosa. In hoc enim præstare ex
empla legibus atq; præceptis semper uisa sunt mihi : q leges præce
ptaq; instruunt qualiter officia seruanda tenendaq; sint exẽpla ue
ro qualiter seruata retentaq; fuerint : longeq; facilius sit docere:
q̃ facere . Quæ Lex quæso ad fidem seruandam tantum mi lo. po
terit unquam: quantum Regulus: si commemoretur : q̃ pœnorum
immania supplicia ferre : q̃ iusiurandum uiolare maluerit : q̃ et
Fabricius / et Camillus : quorum alter Pyrrhum exicio Romanis
imminentem / per proditorem uel Timocharem / ut huius : uel

Niciam/ut Quadrigarius putat extinguére. Alter faliſcorum filios
a Magiſtro litterario eductos retinere minime cenſuit/Qualia et (
Deus imortalis) colliges imitāda ex Ariſtidis uita.ex licurgo Solo
ne Biāte Pythagora/et huiuſmodi/cum græcis: tū romanis ſapien
tiæ/philoſophiæq; Proceribus/ Hos cum Cino/Bartholoq; tuo ſoſ
cios habe: et ad menſam uſq; ſodales/ad omnem uitæ partem hone
ſtos/ac liberales.

Conſultatione atq; conſilio opus eſt Iudici. Cap. IIII.

Ed quōiam difficillima plerumq; eſt agnitio ueri: idq; cum
ſ magis et depræhendiſſe/et tenere arbitramur: tū grauius labi
mur atque decipimur: monendus eſt iudex ne ſibi ipſi plu
rimum credat: ſuiq; ingenii ſit amator immodicus: Sed aliorum cō
ſilia quærat: et ea amet non minus: q̄ ſua. Libenter audiat: nec ta
men facile credat. Emendari non iraſcatur: confirmari gaudeat.
Falluntur qui putant: uel naturā ſibi: uel ſtudia ad nō errandū ad
poſſe ſufficere. Non eſt ſemper in officio ſenſus/et offunditur faci
le lumen ingenii ignorantiæ undiq; circunfuſa caligine. Vnde Ora
tianum iam illud in prouerbium ceſſit. Quandoq; bonus dormi/
tat Homerus: Verumq; eſt prophetæ noſtri in extaſi dictum Om/
nis homo mendax. Solius enim dei ſemper eſt ſapere: ī nulloq; uel
errare/uel labi. At hominis cum ignoratione habere ſcientiam: et
præſentibus ſibi oblitterari præterita. Ita quoniam humana cogni
tio incerta ſæpiſſime eſt/ uanitatiq; ſubiecta: orandus nobis eſt de/ Dauid.
us more dauidico. De uultu tuo iudicium meum prodeat. oculi tui Iacobus.
uideant æquitatem. et fideliſſimo conſilio utendum Apoſtoli Iaco Solomon.
bi. Si quis idiget ſapientia: poſtulet a deo: qui dat omnibus affluē
ter. poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Hanc Solomon noſter:
in quo primi Sapientis nomen effulſit: ſi id ferunt ſeptē illi: quos
Sapientes Græcia iudicauit: a deo ſe accepiſſe et fatetur et gloria/
tur. Et euangelium: quod Vas electionis paulus Clara et illuſtri Paulus.
uoce perſonabat ubiq;. non ſe ab homine/neq; per hominem: ſed
per reuelationem Ieſu Christi/et hauſiſſe/et ſparſiſſe commemo/
rat. Diuus quoq; noſter Aurelius omnes diſciplinas: quas liberales Auguſtinus.

uocant : immortalis prouidentiæ dono nemine tradente percepit / queadmodum in suarum confessinnum libris ipse commemorat : ut intelligeret tandem dei muneris esse sapientiam / et ab eo dari so / lo lumen ingenii : qui solus sapientia est . Quamobrem tu quoq; mi lodouice assidua et quotidiana oratione precabere:ut illam tibi præstet Deus optimus maximus:et elucescere animo tibi faciat ful / gorem ueritatis:depellentem stultitiam cunctorumq; malocũ igno rantiam parentem . Quod certe ut spero et opto : cum factitabis : nunquã(mihi crede)errabis.nunq̃ labere.nunq̃ et decides:Aut in / aliquo si forte peccaueris:quia non ultro / non temere / non omisso Deo / minimeq; uocato:facillima erit peccati uenia:aut certe huius modi uacabit culpa et pœna peratum .

Veritate deprehensa debet Ius impigre reddi.Cap.V.

Eprenhensa autem ueritate:agnitaq; iustitia nihil moretur
d Magistratus aut iudex quibus debet ius reddere:quæ res est curæ admodum paucis:ex quo uenit / ut non solum plerosq; in annos:sed integram ferme hominum ætatem lites protrahantur / fatigentq; interdum etiam primam atq; alteram Sobolẽ .exhauriã / tur patrimonia.rabie ueluti igni incendantur hominum odia . ma nus excitentur ad cædem / pereatq; salus ipsa cum rebus. Addamus quibus interim curis:molestiis:anxietatibus uitam agunt : qui lites
No. gerunt.Nihil sane miserabilius.nihil infœlicius.nihil calamitosius istorum mentibus continue laceratis et diro mucrone cõfossis.his nulla requies.nulla oblectatõ iuuat.nullaq; uel amœnitas / uel illece bra mouet plenos quidem suis malis et sæuis cruciatibus laniatos : Sed his toruus semper aspectus.caput minax . ceruix demissa . ora palentia .gemitus.planctus.stridor.furor.blasphemia atq; despera tio tanquam ad perpetuam erumnam infœliciter raptis. Quocum malorum cum iudex causa est :potest ne quicq̃ cogitari scelestius / atq; immanius:cum is qui debuit his omnibus mederi malis / atq; periculis:is quidem sit:qui percutiat:cruentet:et sautiet / improbos imitatus Medicos · qui ĩ suadendis langoribus spe quadam amplio ris quæstus differunt medicamenta:proditores :prædones : interdũ

etiam hōicidæ? Qui enim cum potest oppressū nō subleuat : et ab No.
eo nō ꝓpulsat iniuriā . Viduarū. Orphanorū. Inopum . abiectorū.
humiliūq; nō miseret: sed aīum ad offēsiōes et calamitates idnrat :
tā est in scelere : q̄ qui opprimit et iniuriam infert: cū alter in iferē/
do malo : alter in non obstando: uel amouendo æque ꝓximum læ
dat: quod profecto tā alienū esse debet ab eo: q magistratu dignus
habeat/ ut mortem potius subeat: q̄ conscientiā tali ipietate/ tamq;
inexpiabili crimine inquinati patiatur . Quare q bonus esse/ aut ēt
uideri cupit: ptimū illud rutabit re bene: de qua cōtēdit: percepta /
agnitaq; subtilius/ cōpugnatores q̄ta industria. uirtute. auctoritate
q; omnino poterit ad pacem componere: et ultimum locū liti cōce/ No.
dere, primūq; iudiciū nobilissimi ac sapientissimi regum Solomo/ Solomonē
nis æmulari: quod sine contestationibus/ atq; libellis inter rixantes
de infantulo filio pellices/ anteq̄ a cōspectu dimitteret tulisse sacris
litteris proditur.

Non habenda personarum acceptio. Cap. VI

c auendum et illud ut iudex acceptor personarū existat : ut
cū æquabile ius uniuersis ēē debeat: potētior ībecillo . diues
inopi. gētilis inquilino . ciuis aduenæ. patricius plebeio āte /
ponatur: quod peccādi genus īhumanū ē / et piniquum et diuinæ
legi repugnās: quæ i deuteronomio præcipit. Quod iustū est iudica
te siue Ciuis sit: siue peregrinus: nulla etiā distantia personarū : ita
paruū audietis ut magnū. Et q̄q̄ plures sit gradus societatis huma
næ diuersaq; dignitatū insignia. Plus Imꝑatori tribuatur: q̄ militi.
Seni: q̄ puero. Vrbano: q̄ rustico . Cedamus maioribus. ꝑferamur
inferioribus. æquemur paribus. hæc reliquis concedenda sunt : Iudi
ci aūt oīo detrahenda: cui propriū ē legū similem ēē: quæ æqtate ad
iudicandū/ nō ꝑsonarum condicione ducūtur: Ex quo pulchre iu/
dicē aiunt Ius spirans/ legēq; loquentem. Sed q̄ta ē maiestas iuris /
et reuerentia legum: tanta sit fides et constantia iudicis. Sed quem No.
mihi dabis hoc tēpore ita æquū: fasq; metientē. ut se parem ī opitu
lando sine delectu cuiusq̄ exhibeat/ qui non ad gentiliū charorūq;
cōmoda nodosas leges nō ptrahat? An nō hæc pestis / mortiferūq;

uenenū i ōi te publica ?In ōi principatu?inq; ipa ecclesia sācta dei
serpit:si nō uerius dominat̃ et regnat? Quis queq̃ istocū procerū /
satraparūq; tuorū iudicio dānabit/dū illi fortuna obsequit̃ ?Quis
Patricios i liberis urbibus aut senatores·sed Asecias quoq; atq; uer
naculos nedū dominos ad tribunal euocabit/ sistetq; iudicio?Quā
est nūc uerus satyricus ille uersiculus. Dat ueniā coruis: uexat cen/
No. sura columbas?Sed piculum irritare crabrones. At periculosius uio
lare iustitiā/et deū lædere/ne hominē lædas. q; si tanta uis est :ut ne
queas te obuium dare:caue tamē ubi ,pdesse tua auctoritas neqt :
timiditas noceat .Nunq̃ conscientia mi .L.i culpa sit tua. Sed eius
temeritas atq; potentia·qui ,p legibus cogi non pōt . Ille hoc casu
mihi uidetur optime facere:q si non iuuet: mortē tamen potius ex
pectet:q̃ ipse delinquat. Siquidē recte agere/atq; iuuare i potestate
semp nō est:At non peccare semper liberum atq; integrum est.

Malicia Cauillatioq; uitanda Cap. VII.

Estis quoq; illa:et Iudiciorū labes·quæ docet iudicem cauil
p lari:et astu illudere ueritati:nō modo tibi cauenda erit sua/
uissime mi Lodouice·sed acerrimo odio insectanda: et per
inde ac pestiferū uirus/paricidiūq; iustitiæ passim fugienda. Id pro
fecto non est ius dicere ·et iniurias/inter se hominū depellere : sed
nefario ac detestabili studio maliciam / fraudemq; uenalē habere .
Sed heu infœlicitas temporū. imo infœlicium peruersitas hominū .
Iam tāti calliditas est:cauillandi/cōmentādiq; malicia:ut i tutellis .
tabulis. uadimoniis. testamentis. reliquisq; causis /et litibus non pa
troni aut iudicis fides. integritas. prudentia. consciēna bonitas quæ
tat̃:Sed temeritas animi. arrogantia. fraudolentia astutia. et : quæ
nunq̃ succubuerit : tergiuersatio atq; malicia Ille sapiens . ille exi
mius. ille legum monarcha /et iudiciorum peritissimus et habeatur
et nocitetur:qui uertere iura:qui rapere leges:qui fallere/ac circum
uenire:supplantare:et tāquam prestygiare oculos potest:et per fas/
perque nefas uictor emergere . Et sane nescio quo pacto peiora
No. sint uitia: q̃ cum teguntur umbra/ imagineque uirtutis /et honori
ac laudi datur :quod dignum est extremo supplicio ac sempiterno
dedecore . M . Tullius in officiis ciuem romanum damnat : qui
Tullius

Nolanis et Neapolitanis de agrorũ finibus diſceptantibus a Senatu
arbiter datus: locum adiuit: inſpexitq; : atq; tandẽ monuit utroſq; di
uiſim: ut nihil cupidius peterent: magis uero aliquid minus: quo lo
cus paci atq; concordiæ facilius foret. Quod cũ illi feciſſent: in me
dus finibus agrorũ pars intẽtata relicta eſt. Tum ille eorum fines:
ut illi dixerant: terminauit: Quod autẽ in medio relictũ fuerat: po
pulo Romano adiudicauit. Vbi idẽ Cicero decipere inqt hoc qdẽ No.
fuit / non iudicare. Quid tu hic de noſtris iã diceres o Cicero? Ap
pellares ne hoſce uiros doctos et bonos: an Sophiſtas et uerſipelles?
Magiſtratus: an mimos theatrales? Iudices: an iudiciorũ irriſores?
Si dãnaſti ciuẽ romanũ: abſolueres chriſtianum: qui ſtatutis ac legi
bus noxie ſit uſus? Itaq; ſalutaria et plebiſcita perq̃ callide ad ho /
minum pnıciẽ detorſerit? Si.n. artibus et cõmentis ludificata / ac ex
ploſa ueritas ẽ: ab honeſtateq; diſceſſũ: erit idcirco iuſtitia iniuſtitia:
æquũ iniquũ? Verum non uerũ: an nõ magis q̃ ſic egerit: aut agi:
cum poſſet: non ꝓhibuit: ipſe impius. ipſe nefarius. ipſe execrabilis.

Audienda utraq; pars. Capi. VIII.

p Rimas quoq; delatorum querellas: quæ circa Magiſtratuum
autes ſolent ſemper obſtrepere: caue facile credas / etiam ſi
facile audias. Vbi enim pars altera agentis eſt: altera depel
lentis: utraq; audienda eſt diligenter anteq̃ ſe permittat iudicis ani /
mus permoueri. Mos eſt enim actorũ primis impreſſionibus fidere /
illiſq; inniti. Reorum uero ipſas debilitare. ad commiſerationemq; No.
deſcẽdere: quorum natura noſcenda tibi eſt ut æqua melius tueare.
Neq; enim eſt quiſq̃ tam infans et ingenii inops: qui non cogitet iu
dicem ad ſui beniuolentiam artibus rapere: et qui non facile rapiat /
modo illi deuoueat animum. Sed contra abſentis habenda eſt ra /
tio / menſq; in ſuſpẽſo tenenda: Quæ ſane res tanti uiſa eſt Ariſti /
di / uiro quidem græcorum optimo atq; iuſtiſſimo / ut cum quem / .Ariſtides.
piam aliquando eum laceſſentem in iudicium uocaſſet / et qui iu /
dicaturi erant: Ariſtidi tantum tribuerent: ut rei defenſionem au /
dire negligerent: ſed ſuffragia: quibus eum damnarẽt continuo pe
terent: aſſurgens mox Ariſtides apud iudices ne inauditum damna
rent interceſſerit / illumq; audiri oportuerit.

Adulatoribus non esse indulgendū .Capi. VIIII.

Imul uidendum et tibi erit ne blandimentis et adulationi /
ſ bus ueluti Sirenū cantu improuidus capiare. Tātus est .n.
amor iste rumoris et laudis etiā falsæ / ut iam hoies noxia as
sentatorū blandimēta non a cōspectu ꝓpulsent: sed ultro ꝓuocent
ꝑmiis atq; muneribus. odiosus. imitis capitalisq; habeat: qui adulai
No. ri / iflareq; non didicit. Quocirca quisquis. aut primorē aut magi
stratū adit: primū cogitat dulci ac molliq; fraude illius animū deli /
nire: quod genus ueneni mox leues non solum capit: Sed ita demē
tat: et sui ipsorū impotes facit: ut fidem nullo quidē modo habere
queant / nisi palpātibus atq; fallentibus: quibus et sæpe caprari tāto
quidē postea ludibrio fiūt: ut illi ipsi: q ita ꝑstygiant / atq; ludificāt:
corrugato oris rictu: ꝓtensa ue lingua post eos deniq; cachinū extol
lāt. Quare si q Gnatones / aut captatores id ipudētius conabunt:
non erit tibi alenda adulatio audiēdi patientia: sed obiiciēda in eos
q̄si clipeus obiurgatio: ut intelligant telū regredi in lapidē missum.

Ex suspicionibus non temere agendum. Capi. X.

Vspicionibus uero / nisi illis quidē uiolentis et maximis tide
ſ to ne quid temere ēt agas. Benigna potius utere rerū existi
matione: et ueritatē ipsam excute grauitate atq; prudentia:
quæ qdem uirtus iudici est maxime ꝓpria. Perniciosa cōtra res ē:
et interdū exitii ac cruoris plena: i his ꝑsertim: q plurimū possunt:
grauis ac ꝓfunda suspicio quæ eis uel natura indita est / uel coaluit
cōsuetudinis prauitate: quæ quibus dominata est: sæpe miseros fecit
et ad lachrymas impulit sine ullo tandē pœnitentiæ fructu: Quod
.Hyppias. Hyppiæ illi Tyrāno accidisse haud dubiū est: cui insidiatorē: qui in
eius mortē studuerat: sub tortura et quæstionibus iterroganti ut cō
spirationis socios indicaret: regios amicos omnis i suspicionē addu
xisse ferunt: quos singulos: ut nominati erant: ille necari iussit. Sub
inde ne quis eiusdē coniurationis superesset cum quereret: Tu so /
.No. lus inquit Tyranne. Neq; .n. quempiā scio: cui charus esses: quem
tibi non criminatione sustulerim. Itaq; mi Lodouice periclitari: ut

mihi uidetur: humana omnia facile possunt: ubi quãtum suspicio
animũ concitat: tantas ad nocendum uires fortuna concedit. Inci-
dunt tamen suspiciones interdum tam graues ac uiolentæ: ut ab iis
deduci etiam iudiciũ liceat: quod frequens est ĩ criminalibus causis:
atq; ciuilibus: ubi cũ non satis p testes et rei cõfessionẽ explorata res
est: Magistratus: q gladiũ et uirgas portat: ueluti publicæ iustitiæ mi-
nister quæstiões adhibet: Sed quãdo et q̃tenus liceat: hoies hoc a legi-
bus petunt: quas sequi publico atq; legittimo iudici cõuenit: qui ẽt
si oberret iterdũ: neq; fortasse deliquet: q̃q̃ ne oberret: cautio haud
parua est adhibenda. Et quidẽ erratũ a multis fuisse post factũ ani-
maduersum ẽ sæpius: ubi nõ fuit pœnitentiæ locus: et si dolori fortas-
se. Eculeus et.n. Cathasta. Torcular. Ignis. et tormẽta huiusmodi
cætera excutiunt a reo sæpe uel nunq̃ cogitata: ne quidem cõmissa.
Narrabo hoc tibi loco Lodouice: si lubet: casum memoratu dignis- .No.casum.
simum: Matthæus Pastius conciuis ornatissimus meus: qui Arimi-
ni inter primos honores apud Sigismũdũ Malatestam habebatur:
cum ibi essem plerosq; iam annos; incredibili beniuolentia ad me
sæpe diuertebat: eratq; non paruo mihi solatio uir ille plenus rerũ
et fandi dulcissimus. Dum aliquando de uariis colloqueremur:
adessentq; nonnulli familiares et optimi Ciues: ad hoc obiter ser-
mo deuenit: ut Matthæus testatus sit se uidisse Venetiis latronem
nescio ne: an homicidam captum in carcerẽ trahi: et qua ducebat
ex domibus et officinis spectare omnes: Sed Cerdonẽ quendã illo
agnito (nam cum illo graui odio et iniuriis decertauerat) psilisse
a mẽsa coriaria inter apparitores: captoq; insultasse: et multis inso-
lentissimis ĩ illum pbris cõiectis: atq; conuiciis. I. tandẽ in crucẽ tur-
pis Furcifer adiecisse: quã sæpe meritus effugisti: Iam dabis (credo)
dignas scelerũ pœnas. Tum Miserũ illum se uertisse in cõuiciato-
rem et tabulã minaci: ut poterat uultu: et summitatẽ indicis mordi-
cus quoq; sibi strinxisse: quod signum solet esse uindictæ. Deniq;
actus in carcerem: et maleficorum oblatus examini: cum satis de se
dixisset: de consociis quæsitũ est: si quos habuisset cõplices sceleris:
uerum inquit aperiam: q̃q̃ inuitus. Cerdo unus mihi extitit soci-
us: qui uafer et calidus: ne res credi facile possit: in me dissimulans
uisus est acriter insultasse. Hoc accepto innoxius repente capitur

Cerdo i atq; torquetur: q acerbitate pœnarum cōtra se mentiens cū
malefico sententiā capitis accipit . Nec plura . Vbi perdendi essent
ducti sunt ambo: deq; Cerdone misero forte primo est sumptū sup
plicium: auerso tātisper seorsum pessimo illo latrone: et dato cohort
tatoribus: qui sic morituris Salutaribus monitis solent esse solatio :
qui tandem pari supplicio et ipse per carnifices admotus: ubi Cerdo
nem conspicatus est mortuum: se tremebundū uehemēter compres/
sit: atq; me pessimū et miserum clamans: ut perdidi inquit odio ini i
mitantem mihi hominem istum: tamen uero a culpa et scelere me i
eum innoxium ? Hunc insontem: de se uero cōfessum non grauis
simi iudices illi. non inclyti Patres. sed leges egerunt in mortē . Er i
ror facti. non iuris iniquitas : Ius enim conuenit esse sanctissimū :
ut plane illud ceu uocem cælitus exauditam Magistratus sequatur
intrepidus: qui idem nihilominus si errorē facti forte deprehēderit:
neq; legem uiolabit: ut cōtra lege sancita diiudicet : Sed principē :
qui supra legē eminet: adibit et cōsulet. ut integra lege principis po
testas / atq; auctoritas erron succurrat . Hic in suspicionibus ordo :
modusq; habēdus esse mihi uidetur : In quo ut fides et bonitas exi
quiritur Iudicis: ita solertia desideranda umq; est atq; sagacitas .

.Ita uacet pœnitus Magistratus . Capi. XI.

Ram quoq; et acerbitatē animi: quæ nec rationem audit: et
I quod tetrius ē: se non audire nec itelligit: acturus aliqd : uel
dicturus tanꝗ naufragiū deuita . Nullus est. n. ipetus acrior
atq; celerior/ et q suo æstro tā facile hominē ad insaniā rapiat. Quo
Seneca . circa Senecæ illud uerissimū mihi esse uidet . Cætera uitia ipellunt
Cicero. animū: Ira ꝑcipitat. et Ciceronis illa magnope ꝓbāda Sentētia . Ita
ꝓcul absit: cū qua nihil recte fieri i nihil cōsiderate potest: qua de re
Aiax. perspicuū i Aiace a Poetis argumentū accœpimus / quē ira in furo
rem. furor deniq; in mortē adegit . Eadem i si historiarum monu /
Cābisses. menta recolimus / Cambissem in familiarē amicū / qui eum de ebri
Darius. etate monuerat / adeo quidē efferuescere fecit / ut miserrimi moni i
toris filiū emissa sagitta i coede perierit. Darius quoq; bello Scithas
occupaturus/ rogatus ab Aropazo uiro ꝑstāti et iā ætate cōfecto/ ut

ex tribus filiis: quos secum habebat i agmine / unum / quem ille mal
let / parenti in officiũ linqueret / sic incensus est iracundia. ut annu
ens se se extẽplo omnes dimissutũ / iugulatos illos ꝓuci iusserit ge /
nitoris ante cõspectum. Et Alexander orbis terrarum pene uictor: Alexander.
cui primum Græcia magni cognomen blandita est / usq; adeo ani /
mum iræ fecit obnoxium / ut Clitum cõmilitonem / et socium om /
nis macedonicæ gloriæ Philippi mores extollentem: in cõuiuio pu / Herodes.
gione transfixerit. Quæ res alia quæso Herodẽ ascalonitam nato
Saluatore ad tam insignem inauditamq; feritatẽ potuisset animare
ut hebreorũ infantes raptos a cõplexibus matrum et iugulo / et mẽ /
brorũ laceratione cruciatos extingueret: tantãq; ĩbecillis ætatis stra /
gẽ: et ĩnoxii sanguinis effusionẽ sine horrore ꝑferret: nisi ꝙ: ut scri
ptura ĩquit id perpetrauit iratus? Quod quidẽ ipsum diuus Con /
stantinus Augustus fidelis / et modestissimus super omnes Cæsares Cõstantius.
habitus lepra purificãdus minime tulit: quia non ita illi imperabat:
sed ratio suadens ut pietatẽ poneret ante salutẽ. Res omniũ comp /
tissima est iracundiã tandem cæcam esse: ut ita dixerim et amentẽ: ca
lamitatũ omnium periculorũq; parentẽ: quarũ rerum: si desiderent
exempla: tẽpus potius: q̃ illorũ copia nobis est defuturum / nec usq̃
erit: ubi modũ reperire possit oratio. Sed neq; tecũ id agere est ope
repreciũ uiro quidẽ cognitione multa / atq; memoria prædito: Ma
gis uero illi ꝓbandi / et ueluti uirtutis calcaria inducendi: qui nun / Archita.
q̃ ulla exagitati iracundia animũ ĩ potestate tenuere. Qualis Archi
ta ille Tarẽtinus nobilitatus crebris litteratũ monumẽtis / et Illustri
um uirorũ scriptis / ꝙ uillico: cuius ignauia ager squaleret incultus: Socrates.
equidẽ dixerit Nisi iratus essem uapulares. Qualis et Socrates ui /
tæ dignitate et animi magnitudine nullo Philosophorũ inferior: q
a quodã calce pulsatus non magis se dixit calcitroni succensere: q̃
si Asinus eum impetisset: in quẽ recalcitrare puerile nimirum ac ri / Xantippe Vxor Socratis.
diculũ foret. Qui Xantippẽ domesticum et insanabile malũ eodẽ
uultu atq; animo tulit: æquo. s. ac inuicto: dicentiq; Alcibiadi tam
morosam uxorẽ haud esse tolerandã: an uero tu non toleras inquit
anseres clamore strepentes? Illoq; dicẽte At mihi pullos / ouaq; pa
riunt: et mihi ait Xantippe filios. Cui mos fuit etiã iram risu solue
re: atq; salibus frãgere: unde pugno percussum Laertius refert nihil

amplius dixisse: q̃ dolendum esse: q̄ a Dis nescirent homines quã/
Plato. do cum galea domo egrediendũ esset. De Platone autẽ: qui primus
successit quasi splẽdor: et admirabilis hæres Socraticæ gloriæ: memo
riæ ꝓditur / cum aliquãdo seruo esset iratus / iussisse illũ uestre exu/
rum sibi percussuro terga præbere: qui mox cũ se dep̄hendisset ira/
sci / manum cum flagris: quam sustulerat: immobilẽ tenuisse: Inter
rogatũ uero ab amico: qui forte superuenerat: cur rãdiu sublata de
xtera scapulis nudati hominis minax incumberet: a me dixisse pœ/
Pythagoras tias irarum exigo. Tu abi cede hunc / quia ego iratus nequeo. Py
thagoræ Samio: qui his habetur antiquior: multa sororia istis / atq̧
Pisistratus simillima laudi sunt a maioribus data. Pisistratũ Atheniensium Ty
rannũ quis etiam non admiratur. aduersus quem cum ebrius quidã
multa despumasset conuitia: aiunt placido dixisse animo se se non
.C. Cæsar. magis irasci: q̃ si quis ligatis oculis eũ ĩpetisset. Quid dicã de te. C.
Cæsar quondam orbis terrarũ unicæ fulgor: cui maximæ semper ex
titit curæ ne ulla unq̃ ira tibi incẽderet animũ? Non ne: ut reliqua
ommittam: in Metellum pro ærario obstantem tibi uictori: fuit chri
stiana illa uox tua Dignum te Cæsaris ira nullus honor faciet? Si
Octauius. fides aderat: et cõscientia uoci cõsentiens: non ne iam te haberemus
in cathalogo beatorũ? Multa et Octauius Augustus præbuit aduer
sus iram sublimis animi signa: quibus liquet ei irã nõ ĩperasse. Sed
non possumus tanta cõplecti: ni amplioris operis texere uelimus hi
storiam: quod minime conuenit: ubi de multis est precipiẽdum. Sed
quoniã a plerisq̧ sæpe queri solet ac dubitari an omnis quidem ira
.Stoici Stoicorum more declinanda sit / an ut Peripatetici censent / ea uti
Peripatetici oporteat quasi stimulis quibusdam aduersus flagitia: siue detur me
q̧ de ira. diocritas ulla / quam sapiens sequatur. Id tandem / si tibi uidetur
mi Lodouice: quod ex omnibus uerissimum est sine controuersia ex
tremis: ut aiunt: labris delibabimus. Hoc enim si differatur copio/
se / ut tanta res postulat / erunt undiq̧ multa dicenda: neque illa:
quam pollicemur: seruabitur breuitas. Dico igitur præstabilius mi
hi uideri nunq̃ Sapientem irasci. Siue arguat / atq̧ castiget. Siue
uetet. Siue imperet. Siue pro se. Siue pro patria dimicet: Sed in
his cum utile est atque ratio admonet sine iracundia / quæ est ini/
mica consilio: et sæpe ad insaniam initium: agere et imitari ira

tum / et leges sequi: quæ sine excãdescentia et feruoris ipetu iniqua coercêt. Sed quoniã difficillimũ est: imo diminũ potius q̃ humanũ ad iniurias non efferuescere / et per tædiũ animo nõ cõmoueri / pau ciq; admodum hoc tempore Stoici reperiuntur / si quando irasca / tur sapiens: idem obseruet ne id quidem cõmittat ullo animi mor / bo. sed uitiorum odio dumtaxat / non homini: sed culpæ succenset at: nec grauis sit et inflexibilis huiusmodi ira: sed quæ cito mitescat / et ueniam facile præstet. Atq; hæc de iudicis ira iam satis.

De facilitate audiẽdæ querelæ: et laborũ tolerãtia. Cap. XII.

E facilitate autem audiendi / deq; laborum tolerantia: quas
d res habere magistratui cõuenit: ut queat multitudini opitul lari: ac declarare constantiã et magnitudinẽ animi sui: erit modo dicendũ: quæ quidẽ partes si tibi non deerunt: ita abundas re liquis et animi et corporis dotibus: ut his adiunctis te putem reliqua posse magistratus munera facillime et pulcherrime obire. Quare cura omni ac studio operam ipse nauabis ne querelarum assiduita ta. rerum multitudine: contentionum uarietate: repulsatum tædio fatigere / neu plebis / sexusq; condicio / aut calamitas / aut inopia / aut squalor ab officio sic te auocent: ut discedas a pietate. animum contrahas. uultum ruges. toruo oculo clamantem exaudias. Beni / gnum uero te magis omnibus exhibeas: mollescatq; animus: et pre / sto sit ad lachrymas miserorũ. Penetret in cõspectu tuõ gemitus cõ peditorum / et pietaris uiscera excitentur ad subleuandum. Tuum facito per commiserationis affectum quicquid inspexeris calamito / sum: fleas cum flentibus: mœstus sis cum mœrentibus. Sis oculus cæco: manus inualido: pes claudo. Te a nemine auertas: cui fide uel industria / auctoritate / aut consilio profuturum intelligas: ma / gis uero: quod excelsioris animi est: occurre passim et præueni quẽ tui uideris indigentem. Hæc profecto cum feceris: scito imptimis te functũ officio pii et optimi uiri: et eius: qui certe magistratu sit di / gnus: qui nosse debet non tam ad suum: q̃ eorũ: qui sua opera indi gẽt: cõmodũ: Magistratus dignitatẽ suscepisse: ac præterea nihil rã ti: tãq; hoĩbus salutare: nihil dignius / nihil laudabilius / nihil deniq;

Deo ipsi acceptius potuisse præstare : qui ei : qui hæc fecerit omnia
peccata pollicetur se esse dimissurum . Contra uero iudicium sine
misericordia ei qui non fecerit misericordiam inflicturũ: quoniam
recipere quisq; iuste uidetur: quod alius ipse præstiterit . Merito igi
Prouerbia tur in prouerbiis loquitur sapientia dei . Qui facit misericordiã: in
ueniet uitam: et qui obturat aurem suam ad clamorẽ pauperis: ipse
Micheas. clamabit et non exaudietur. et Micheas propheta . Indicabo tibi o
homo quid bonum et quid requirat dominus a te . Vtiq; facere iu /
dicium et diligere misericordiã: quæ duo munera: ut ante diximus :
magistratus optimi sunt: et hominis præterea non humana modo /
sed diuina laude dignissimi: et quibus fas est / deum ipsum uestigiis
Dauid cõsectantis: qui nec iudicat sine misericordia: nec miseretur sine iu /
stitia: quemadmodũ præclare in psalmo ꝓpheta decantat Misericor
dia et ueritas obuiauerunt sibi : Iustitia et pax osculatæ sunt .

Magistratus uacet cupiditatẽ: et manus abstinentes
a muneribus habeat . Capi. XIII.

Vnt rursus quatuor illa notissima prauitatũ genera quibus
f in magistratibus atq; iudiciis sæpissime peccatur: hisq; adeo
insidunt : ut iam facilius reprehendi : q̃ dimoueri queant .
Quatuor nota Venena. Cupiditas. Timor. Amor. et Odium. Quocirca non modo tibi ad /
uersus ea muniendus animus erit: sed abhorrendũ magis: q̃ ab om /
ni flagitio. dedecore. supplicio / atq; etiam morte quidẽ ipsa . Qui
enim cupiditati seruit: et lucris inhiat : cuiusq; in promptu est ma /
nus ad munera : hic certe quisquis ille est: et fidem : et libertatem :
et iustitiã: fasq; et honestum ꝓstituat: et animã deniq; uenalem ha
beat oportet . Quibus profecto criminibus qui se polluũt possunt
ne cõmittere aliquid grauius. tetrius. horribilius ? Hi. n. non quod
honestum: sed quod cõmodum est metiuntur: et cum emolumentis
Iuuenalis recta compensantes Satyricum illud infecto secum animo uertunt
Oportet habere .
Hoc monstrat ferulæ pueris poscentibus assem :
Hoc discunt omnes ante Alpha et Betha puellæ .
Et quod huic simile Ouidius non illepide canit .

Ouidius

Aurea nunc uere sunt fæcula:plurimus auro
Venit honos : auro conciliantur opes.
Ipse licet uenias musis comitatus Homere :
Si nihil attuleris:ibis Homere foras.

Quasi graue/ac ignominiosum non sit : si mores secuntur ac tem/
pora:quibus iam passim a singulis ferme/utilitas anteponitur ho/
nestati:et:ut scire est i altero Poeta Fas est ubi maxima merces.Sed

Lucanus.

est horum magna peruersitas/ execrandumq; flagitium : ut scelus
consuetudine defendãt :cum humanis actionibus nullus suffrage
tur abusus.nec multorum culpa reddat leuiora peccata . Sed illud

Male per tacito efflu unt.

magis debuerunt meminisse se parare breui quidem peritura :et lõ
ge uelocius :q̃ aduenıant effluxura.Iusto dei iudicio euenire/ut in
iuste:ac turpiter partis paruo quidem curriculo quisq; fruatur:eaq;
uel nunquam in filios ac posteros transire : de quo magnum illud

Amos.

et graue in promptu est testimonium.Amos Pro eo ꝙ diripiebatis
pauperem :et prædam electam tollebatis ab eo:domos quadro lapi
de ædificabitis : et non habitabitis in eis.Vineas amantissimas plan

Deutero nomium. Esaias.

tabitis:et non bibetis uinum earum:et illud horrende in Deutero
nomio dictum Maledictus/qui accepit munera :ut animã innocen
tis percutiat.Insuper et Esaiæ illa imprecatio lugubris . Væ :qui iu
stificatis impium pro muneribus :et iustitiam iusti aufertis ab eo .
Quæ tamen parua uel nulla admodum sunt iis cõparata:quæ spec
tant ad æterna inenarrabiliaq; supplicia:quæ miserrimi isti sunt ex
cepturi in inferno cũ demone:nisi expiati pœnitentia anteq̃ demi/
grent:ueniã mereant̃:quod usu uenit rarissime ac perdifficile .Cæ
tera namq; mala dilui facile:expiariq; possunt :et sæpe quem uidi/
mus primis adolescentiæ annis libidinosum.lubricum.ganeonem.
iracundum.superbũ.reliquaq; huiusmodi uitia consectantẽ:eundẽ
ipsũ prouectiorẽ ætatem sobrie.caste.continẽter:modeste. integreq;
ducẽtem obstupescimus:i eoq; ꝓbamus optimũ illud Satyricumq;

Auaritiæ iniquitas.

preceptum Breue sit:quod turpiter audes.At uero qui possit extor
ta dimittere:aut ablata restituere:pœnitere preteriti quæstus · salu
berrima cõfessionis medicina conscientiam abstergere.fidem teme
ratam diruptamq; iustitiam resarcire uel neminem cõperies ita au
rum tenaciter hæret radicibus/fibrisq; ipsis conglutinatũ introrsus

e.i.

cordibus hominum. Quo quidē rete inexplicabiliq; decipula si nō uis capi mi Lodouice: quod debes non minus nolle: q̄ non uis ultimum exitium tui: semper manus habeas abstinentes a munere: teq; ipsum quotidie admone. Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur/animæ uero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo pro anima sua commutationem.

Contēnēdæ pro iustitia minæ. oisq; Metus ipendēs. Cap. XIIII

[S]Ecundo aūt loco sic præparandus animus erit/et ut ita dixerim fortitudinis clipeo/armisq; constantiæ protegendus: ut nullus eum exagitet metus. nulla potentia tremefaciat. nō præsentibus/aut ipēdentibus malis. ceu exilio. paupertate. ignominia. criminationibus. odiis non deniq; ipsa ꝓposita et ostensa ante oculos morte iustitiā deserat/aut sanctas leges uiolet. Quod si alicuius potentia et temeritate sic interdū demersæ erunt leges et perturbara iudicia: ut nequeas ulla ratiōe magistratus exeq munus: quod est erga omnes æquitate perfungi: neq; tamē hisdem istantibus: aut uenientibus malis erit tibi tanta admittenda effractio aut demissio animi: ut metu ac pauore quicq̄ tentes iniuste: desq; aliquid cōtra mentem uel iniurus. Aliud est enim (ut iam diximus) prodesse nō posse: aliud per timiditatem et ignauiā proximum lædere: et iniqua committere. Quæ profecto ægritudines in bonū uirum minime cadunt; quia nemo quidem bonus qui non idem et fortis et constans est: et paratus: si oporteat occumbere ꝓ decoro iustitiæ. Verū enimuero ne metuas uniuersa: quæ territant: sed animo sis sēper inuicto: ea sæpe præmeditari te oportebit mi Io. Lodouice: quæ accidere. teq; imperere possunt: ne improuisa/tibi grauiora uidātur: et imparatus ac uelut inermis subitos malorum euentus impetusq; terrificos nequeas sufferre. Quæ ratio si tibi haud satis animū roborat: effinge præterea ante oculos tibi tremendum illum diem: tribunalq; districti iudicii et diræ ultionis potentissimi dei: quam nemo effugiet. cum de bonis malisue: quæ quisq; aut gesserit: aut cogitauerit: seuerissimam et inflexibilem laturus erit sententiā: a qua nulla uis aut excusatio reum possit eripere. Hoc nāq; extremū malum

Nibil improuisum

æternumq; pauorem quisquis mente conceperit: nihil pauebit humanum: nullam præsentis temporis erumnam/malorumq; imminētium molem anteponet sæuo illi/ac sempiterno terrori: de quo est sacra illa ac trita sententia. Memorare nouissima tua et i æternum non peccabis: quamq; ob causā īmanissima christiani martyres ꝑtulere supplicia/deum ita timentes ut possent cætera nulla timere.

Suorum causa nunq̄ deserendam esse Iustitiam. Cap. XV.

a T uero: quod sequitur: si quis tam mollis et effœminatus extiterit: ut carni et sanguini. i. suis/uel ꝓpinquis/uel amicis: uel ciuibus sic afficiatur: ut arbitretur eorū causa officiū/et dignitatem optimi et æquissimi uiri relaxandā: de ubertimis sacrarum scripturarū testimoniis mō nihil profecto: sed: quod efficatius sit: romanus hoc loco a me citatur Orator: cuius in officiis ista sūt uerba Qui autem ciuium rationē dicunt esse habendam: externorum negant: hi dirimunt comunē humani generis societatē: qua sublata libertas. beneficentia. bonitas. iustitia funditus tollitur: quæ q tollunt etiā aduersus deos imortales impii iudicandi sunt. et eo libro: qui inscribitur Lelius. docens quatenus in amicicia progredi liceat: inquit his sanctissimis uerbis. Hæc enim lex ī amicicia santiatur: ut ab amicis honesta petamus: simul et rogati amicorum causa honesta faciamus. Neq; eni est ulla excusatio peccati: si amici causa peccaueris. Oportet igitur capessentem rem pu. magistratū. iudiciaq; exercentē deponere amici personā et sanguinis: et induere iudicis: q ut antedixi: aliud nihil est: q̄ ius loquens/et animatum: aut: si quo moueatur affectu: ꝓpensior misericordia atq; benignitas i calamitosos ēē debebit: si boni/et digni misericordia uideāt: q; iopes uitium/et destituti præsidiis illi sunt. Sed o utinā christiana nostra hæc tempora seruarent eā rectitudinem/et iudiciorum æquitatem: quam Domina ipa orbis terrarū quondā Roma: dū moribus magis: q̄ opibus floreret: seruauit et coluit: cū plebi diues non antestabat. cū facultates et copiæ nō cā cuiusq; essent: q̄ liberæ ciuitatis. cū nemo/aut sibi: aut suis arbitrabatur posse prodesse/uel iniuria Socii/uel detrimento ciuitatis. Nā quanti extitit incōperabilis illa et imor

Tullius:

No.

Vrbis ueteres sanctiq; mores

Brutus. talis Bruti Seueritas: qui ꝓ patriæ libertate tuenda filios de reducē-
dis Regibus cogitantes: interimere nō dubitauit: exutus tenerū ge-
nitoris affectum: et infractū īductus Consulis animū? Quale illud
tribunal: aut quale spectaculū Deus imortalis. ubi tam districtæ iu-
stitiæ: tāq; seueræ ultionis laus cū natura ipsa et pietate pugnabat?
Videbas Brute filios seruari tua indulgentia posse: Sed contra: glo-
riæ tuæ: et perpetuo nomini pluris stare splendorē iustitiæ: libertatē
q; seruatā. Te spectante lictor sublata securi filiocū ceruicibus imi-
nebat itendens iussuro tibi Quid uelles. Filii in te conuersi Parce
o Genitor: et serua nos tibi precari nō desinebant. Quid agis Bru-
te: quo te uertis i tā graui et āacipiti lucta? Si te liberis orbas: ifœlix.
Si parcis: iniustus. At tandē non quod iucundum et paternum. et
molle: sed quod honestum et probabile uidebatur deliberans: Per-
cute inquis. Vincat amor patriæ laudisq; immensa cupido: Quam
M.Regulus uero inuulnerabilem animū gestabat et Regulus: qui non suā salu-
tem. non suorū charitatē et cōmoda non amicorū preces et lachry-
mas anteponendas cēsuit grauitati. fidei. iustitiæ. animiq; constan-
tiæ? Itaq; in Africam redit de uictoribus uictor: deq; fortuna trium-
phans sua. Vltro pœnorum cruciatus imanissimos excipit. non car-
ceris squalor. non dilaceratio corporis. non palpebrarum absissio.
non oculorum dolor receptus obiecti solis supplicio. non mors de-
niq; ipsa generosum animum lædit summis munitum uirturū psi-
diis. Nec apud Fabriciū Tyrannicida ille ualuit impetrare: ut Pir-
rhum regem: bellum populo romano grauissimum inferentem ue-
neno tentaret: quod ille: si premio donaretur: pollicebatur strenue
se esse facturum: quin transfugam ad Pirrhum reducēdum cura-
uit Agnosce inquiens te Pirrhe mea clementia uiuere: et tibi cum
romanis. hoc est cum uirtute rem esse: quibus sane nihil in precio
est: quod honestas et magnitudo animi negat. Prima hæc et sum-
ma nobis sunt. Te his superandum. non perfidia atq; flagitio arbi-
trere. Erubescat hoc loco Christianus: cui excellētiore ratione est
proposita uirtus: et ad sempiternam boni operis laudē: infinitamq;
mercedē stat erecta fiducia: ab his superari: q uera fide carētes pp ho-
minū gloriā tantopere iustitiā coluerunt: tāq; inflammato studio
reliquis eximiis uirtutibus oībus iseruiere. An ullum esse potest ue-

hementius calcar o mi Lodouice? Non modo alliciunt ista ad pro
bitatem illustres animos: sed urgēt atq; impellunt: cum uideamus:
ut inquit sacer fons ueritatis filios tenebrarum prudentiores extitis
se filiis lucis: quibus cælestis fulgor illuxit: et Iesu Christo docente
patefacta sunt arcana mysteria: abdita illis prioribus sæculis. Hos
igitur Brutos. Regulos. Fabricios. et cum his etiam Curios. Cato
nes. Maximos. Sceuolas. Scipiones tibi ante oculos pone: a quibus
exemplar iustitiæ/et uitæ mores/ac formulam trahas: quos orbi tee
rarum quasi Magistros æterna summi dei prouidētia dedit: qui ue
hementius/atq; acrius pungentes admonerent quantum quisq; no
strum debeat ex fide: si tantum illi extra fidem præstitere: cū nos:
quod illi non audiere: christus in euangelio hunc in modum affa
tus sit. Nisi abundauerit iustitia uestra plusq̄ scribarum: et phari
sæorum: non intrabitis in regnum cælorū: hoc est nisi maiora dede
ritis: q̄ qui fuerint ueræ religionis ignari: cælo neq; eritis digni.

Non sit odii et iniuriarum tenax Magistratus. Cap. XVI.

c æterum qui haberi dignus magistratu/et boni uiri nomen
ac Sapientis specimen præseferre contendet: non modo nō
erit odii tenax/neq; animo refricabit iniurias: sed eximia us
qadeo bōitate pollebit: ut plus deditus esse charitate iis uideatur:
qui intulerunt iniuriam: q̄ aliquid de se meritis. aut certe familiari
bus atq; coniunctis. Quod si utiq; iis magis tenemur obnoxii: qui
nobis magis sunt aut necessitudine/aut beniuolentia deuincti: et
in eos ipsos ingratitudo et prouocatio detestabilior est: tamen si
ut in istos: qui nobis deditti sunt: sic et in eos: qui lacesserunt/et ini
micicias conflarunt: benefici erimus: hæc erit unica/et in compara No.
bilis animi uirtus et celsitudo: quam heroicam atq; diuinā et orato
res: et philosophi uocant: propterea q; per eam mortales cælo digni
quidem fiant/atq; etiam: si hoc dictu fas est: reddantur deo ipsi si
millimi: qui spargit beneficia ad bonos et malos: et utrisq; soles et
imbres æque communicat. Quæ egregia probitas/et animi magni
tudo si (ut diximus) seruanda erga cæteros est: quanto utiq; magis
inter collegas: qui tecū mi Lodouice rem publicam gerunt/quibus

unam esse mentem/ Vnam animam/unum officium/et specimen
P.Lepidus. laudis omnino conueniat/ Paulum lepidum/ et Fuluiũ Flaccum
F.Flaccus. utrunq; genere nobilem/ et in repu. magnum hoc loco tibi propo
nito. Qui odio iter se graui cũ diu/acriterq; cõflictati essent: et a po
pulo ãbo cẽsores postea declarati fuissent: tũ illi cũ præconis uoce
pronunciari se audirent: ibidem in Comicio ultro ambo complexi/
Tullius non iniurias modo dimiserũt: Sed in ipsa censura: et deĩde postea
iugi concordia amiciciaq; sancta uixere. Summus Orator C. Cæsa
ris laudes extollens atq; triumphos: iis amplissimis/ hanc tantam
magnitudinem animi anteponit/q; iniuriarum obliuisci semper uo
Plinius luerit. et Plinius noster cum de eius prælis/ciuilibusq; uictoriis: de
animi ingeniiq; uigore: de liberalitate: de operum magnificentia:
deq; reliquis maximis eius uirtutibus permulta congereret: Cæsari
tandem proprium inquit et peculiare sit præter supradicta Clemen
tiæ insigne: qua usq; ad pœnitentiam omnis superauit. Idem ma
gnanimitatis exemplum prebuit: cui comparari non possit aliud.
Spectacula enim edita: effusasq; opes: aut operum magnificentiã
in hac parte enumerare luxuriæ fauentis est. Illa fuit uera et incõ
parabilis animi sublimitas Capiris apud Pharsaliam Pompei ma/
gni scrineis epistolarum. Iterumq; apud Tapsum Scipionis con
cremasse ea optima fide atq; non legisse. Sunt et Demostenis ad
Demostenes Alexandrum macedonem hæc diuina atq; aurea uerba. Nulla eni
de uirtutibus tuis: licet multæ sint: uel gloriosior misericordia uel
admirabilior clementia. nec per aliud propius deos accedere potes:
q̃ ut salutem conferas hominibus uel dando: si eguerint: uel parcẽ
do: si deliquerint: uel indulgendo: si supplicauerint. Cum enim
uincamur a diis omni in munere: sola clementia est: quæ deos no/
bis reddit equales. Nemo certe: ut sũmi isti auctores expressere: ani
mum unquam altius extulit: q̃ qui paruipendit iniuriam: seq; ita
in potestate habet: ut mala illata non sentiat. Hic uere liber est. hic
ingens. hic cultor eius uirtutis: quæ supra nos est: diuinæ uidelicet:
quoniam/ut ipse deus lædi non potest sic iste non læditur. Quam/
obrem cũ hæc tanta res sit mi Io. Lodouice charissime: hic excita
præclarum illum animum: quem tibi ad excelsa omnia uideẽ natu
ra dedisse. Et compos ac dominator tui nullis unquã succumbas in

iuriis: nullis agitere odiis: nullis maliuolẽtiæ pungare aculeis: Tale
quisq; intelligat tibi esse animi robur. tamq; indignatione. simulta
te. æmulatione. reliquisq; improbis affectionibus uacans: ut nullo
quidem pacto de eius rectitudine ambigat: tuũq; iudicium recuset.
Boni te laudent. Mali: quod culpent: non inueniant. Nemo aude/
at: qui te iudicẽ sit habiturus: per amicicias rogare. minis terrere. ꝓ
mia et munerum spem tibi proponere. Blãdiri uultu. Adulari uer/
bo. palpare obsequio. Non q; acerbitatem et ĩhumanitatẽ ꝓbem:
cum iucundius nihil sit: in magis presertim uiris humanitate. be/
niuolentia. facilitate. placabilitate. et ea: quæ diuinũ quiddam in se
habet Clementia: de Charitatis officina ꝑfecta: Sed q; tãta sit bo
nitas tua. tanta integritas. tanta constantia: ut te qui adient: prius
intelligat nihil amplius se consequi posse: q̃ quod iustissimum sit.
decorum. laudabile. fasq; et honestum.

Sacros Viros ciuili foro non esse uexandos. Cap. XVII.

T ne quid prætermittam: in quo pecces improuidus: ꝑcauẽ
e dum/et tibi erit illũ in scopulũ incidas: in quem plerisq; nõ
fortuna inuecti: sed sponte temeritateq; superba ĩpacti: gra
uiter naufragauere: quod est ut tuo sub foro/ tuisq; sub fascibus tra
has inuitos sacros dei uiros: religiososq; ministros: aut eos ipsos in
uincula/custodiãq; coniicias: aut animaduersionibus: et mulctis affi
cias: aliaq; id genus indigna atq; seruilia in eos tẽtes: quod est eccle
siæ libertatem uiolare. dignitatemq; deludere. quod q nõ ueretur:
sed audax ipuduq; cõmittit: est imprimis quidẽ inter fideles ana/
thema: tũ uiuit graui periculo de sacra familia male meritus Xp̃i:
cuius iniurias ulcisci sero assolet nunq̃ dei tremẽda maiestas: quæ
apud ꝓphetam: ne quis laberetur ĩcante: nos ãte ꝓmonuit. Nolite
tangere xp̃os meos et in ꝓphetis meis nolite malignari. Scelus ẽ: et
inuerecunda ꝓteruia Sarræ filios: q de libera ꝓgeniti sũt: cũ Ancil
læ filiis in seruitutẽ capere. Non hæc uinea. non hæc plantatio. non
hæc satio uestra: sed dei: dei inq̃ primipotentis et sũmi: qui eã cha/
rã et perdilectam ascripsit sibi in titulũ sortẽq; domesticam: sui si
gniferã nominis: et dispẽsatricem cælestiũ thesaurorũ gratiarũq; ui
talũ: Ius potestatẽq; assecutã ligandi aĩas/atq; soluendi. Quã uero No.

p̃posteꝛe: et impudenter cum deo agit: si quos iudices uestros ipse
Dignitas cōstituit: uiolenter de iis uos iudicetis? Hi sūt: q ubi primū in lucē
sacerdotalis. uitāq; editi estis: ab originali tāq̃ lepra uos purificent beato fonte
baptismatis. Hi: q cætera sacramenta cōficiūt: uobisq; īpartiūt. Hi:
q potestatē soli reserādi claudendiq; cæli hoibus habēt: et p quorū
labia euangeliū ubiq; refulget. Seruate quæ sunt Cæsaris Cæsari: et
quæ sūt dei lingte deo. Sancta sāctorū igredi ꝓfanis sane nō licet:
nec templi uasa pollutis carne contingere. Currū domini ꝓlabentē
Oza. ausus Oza fulcire plectit̃ morte. Pharao populū dei seruitio p̃mēs
Pharao. rubro mergit̃ mari. Anthiocus tēpli ditatus spoliis: qbus ex oī me
Anthiocus. moria nil crudelius: pœnas luit. Pompeius is: cui magno nomen: ca
Pompeius. pta Hierosolima temploq; romanis Idolis et equorum stabulatiōe
Crassus. polluto ad ægypitū littus recisa ceruice fœde et miserabiliter i sabu
lo iacuit. Et Crassus Collega eū uictorem secutus et qbus Pōpeius
pepercerat tēpli ornamenta p̃datus apud Caras Parthorū telis op
primitur. Non desunt ad hæc exēpla quoq; præsentia atq; nostra
tia eorum: quos et tu facile quoq; potes meminisse: q miserabiliter
perierunt uiolata re sacra: et seruis magni dei lacessitis idigne: quos
ne afficiam crimine: omitto in præsens palam indicare. sed nulla de
iis aliquando supplicia sint uel audita uel uisa: an ipsi tamen dubi
tabimus q̃ capitalis sit ista temeritas? An uel tu mi Lo. sine stoma
cho incensaq; bili tolerabis: si quempiam ex his: qui tibi seruiunt:
pueris atq; uernaculis pulsauerit aliquis insolens ac temerarius? aut
procaciter conuiciatus extiterit? uerum enimuero quale scelus: si
deo non tantum detuleris: quantum etiam uis homini tibi deferri?
Cōstātinus. Ingenua modestia et orbis Imperatore dignissima usus Constanti
nus mihi plane uidetur: quem nostro hoc Sæculo primatum agen
tes iure possint imitari: apud quē cū Episcopos quosdam grauiter
criminati nōnulli fuissent: ꝓtulissentq; libellos. Constantinus ut
christianissime: ita et prudentissime libellus neq; legit: neq; legi p
misit: quin præsentibus episcopis ipis optima humilitate cōbussit:
fas sibi non esse adiciens de iis iudicare: quos sibi ministros delige
re dignatus est dominus: et eosdem mō christos. mō angelos: modo
deos nuncupare. Deniq; illos reuerenter admonitos: ut quisq; sibi
sancte pieq; consuleret: ad propria remeare suasit.

Vtraq in uita publica.s.atq priuata nihil cõmodius et fa
lutarius bonorũ cõsuetudine . Capi.XVIII .

Am et illud deniq plurimum afferre adiumẽti ad totam ui
n tam:hoc est:publicam atq priuatam mihi sane uidetur : ut
ꝓbatissimorũ hominum societatẽ usuq teneamus. Quæ
enim ꝑclara uel leguntur / uel audiuntur uirtutũ exempla: ipsa qui
dem etiam mouent et incendunt:et generosis calcar ingeniis figũt:
Sed quæ conspicimus longe acrius ad præcordia penetrant: et uio /
lenter quodammodo trahunt:ut altera fœminea uis: altera mascu /
la iure dicatur . Sed ita hodie compertæ sunt Principum Aulæ: po .No.
pularesq Respu. ut in iis nihil quidem minus:q̃ esse bonum iam li
ceat sic alter alterum sine freno præcipitat : Qui studiosus et rectus
muneribus publicis iam se dedere audeat: sine uitæ tandẽ atq salu /
tis impendenti discrimine ? inter Cetegos Catilinas.inter isanos et
furiosos tota ducitur uita.Simulatio:temeritas:dolus: auaricia:ra /
pacitas:proditio:reginaq malorum ambitio omnia possident . Bo
nitas / pietas / ueritas / dilectio / misericordia / charitas ad astra mi /
grarunt: quas uirtutes qui sequitur (proh dolor) segnis atq ridicu
lus habeatur / tanta in auctoritate:ne quidem ĩ licentia modo sunt
uina. At uero tu mi Lodo. iia malestantibus rebus ex rarissimis et
Senioribus quempiam delige : cui iuuenis inhæreas et quem tanq̃
pedagogum nõ obserues modo et uereare:sed pene metuas . Audi/
ui a te probari magnopere Lucam uernatium:et Franc. Aretinũ:q .Lucas Ver. Franciscus Aretinus.
flecti ab integritate atq iustitia ne utiq possent ulla principis uel
commissione uel prece . Quod si quicq̃ quod illi rectum fasq non
censerent ab Arce ad Senatum uel nuncio / uel cirographo Princi /
pis forte manasset : eos petiisse se magistratu absolui potius :q̃ con
tra mentem aliquid dare.Si huiusmodi ulli supersunt:ex his aliquẽ
in exemplar tibi assume : immo et illi quantũ potes inhære : quem
eorum:quæ agis arbitrum habeas: et eorum: quæ acturus es: antea
rectorem atq Magistrum .

Inter Collegas liber in cõsulendo sit Magistratus:et ꝓ ue
ritate semper intrepidus .Capi . XVIIII .

On uereor quin ornaměta ſingula:ac Magiſtratus decora :
n quæ ante pſtriximus:aſſequi molians atq; cõtendas mi Lo.
et i us pficere magnopere libeat. Verũ ſupeſt aliud : quod
tibi deſyderẽ abſolutius atq; pclarius:ut iter Collegas cõſulẽdo atq;
No. agendo teneas animũ liberũ:et p ueritate ſemp intrepidũ. Sunt q
bus iniqua diſpliceãt.nec peccẽt:ſi uitiũ uiderint.q ũidem tætens ta
mẽ delinquentibus moroſi ne habeant̃ ad eorũ errata cõniueãt˙ſibi
ipſis applaudẽtes interdũ de æquiore cõſcientia / potioreq; uirtute.
Qui tãetſi ipſi non peccẽt:diſſimulantes aũt aliorũ peccata:nec la /
trantes ubi ſe uiderint pfuturos:reipu: atq; iuſtitiæ ipiæ obſũt. Iã
quidẽ bonus p honeſtate loquit̃ nemo ne ueluti publicus habeat̃
hoſtis uel hypocrita exibiletur˙q ex conſciẽna rempu.putet ẽẽ gerẽ
dam: At ſi proponitur utilitas aliqua etiam ab honeſtate ſeiuncta :
ſi improbus cenſus:ſi uectigal grandius:ſi auctio imperii:mali ſe to
tos oſtentant:fideles ii:amiciciores q; reipublicæ et habentur et præ /
dicantur / et magis tanq̃ meritis honores potiores deferunt̃ O de /
flenda nunc tempora O bonorũ Chriſtianorũ inopia. Quẽ mihi
dabis modo Fabriciũ ? quem Curiũ ? quem catonẽ ? quẽ et Ariſti
di noſtrũ ſæculũ æquet ? Chriſtianis nobis his Similimi nulli ſunt:
No- Surgent in iudicio et condẽnabunt generationẽ iſtam iuſtiores ſub
Ioue deceptore:q̃ nos ſub Xp̃o orbis terrarum uel parente uel Sal /
uatore. Atheniensibus indicauit Themiſtocles ſe excogitaſſe q̃ ra /
tione poſſent tota facillime græcia ponn: Sed oportere rem ſilentio
tranſigi.habendum unum tantũmodo: qui ad id negocii animũ ſo
lus ſecum intẽderet:cui Ariſtides eſt datus: ut ſi fieri rem p ſſe uide
rent ambo perficerent. Hunc Themiſtocles docuit ſe Græcorũ na /
uale poſſe ſuccendere˙quo facto in eorũ poteſtatem cõceſſurã mox
quidem græciam uniuerſam. Hoc audito Ariſtides in concionẽ re
uerſus rem omnem expoſuit: cõteſtans nihil minus ſuſcipiendum :
quoniam nihil iniuſtius: nihil indignius:cuius uiri ſententia tãtum
ponderis et reuerentiæ habuit : ut nullum fieri uerbum deinceps ea
de re Senatus decreuerit. Hanc ſinceritatem : hanc etanimi liber /
tatẽ habere conuenit˙qui ſit in re pu. magnus:qui Magiſtratum ge
rit. qui Regis uel principis inter ſecreta uerſatur.quod neq; tu ne /
gligas mi Lode. ſi iuſtitia:ſi ſalus:ſi uita eſt tibi chara.

Qualis sibi tandē esse debeat:q de aliis benemeret et pu
blico ac priuato munere fungitur .Capi. XX.

Atis de iis:quæ ad Magistratus officia pertinent:arbitror me
s dixisse præsertim quantum mea interest:tibiq; conuenit mi
Lo. Iam uero me rapit mea erga te fides: beniuolētia : Cha
ritasq; præcipua ad illud monendū i maximeq; hortandū: quod est
omnium maximū / atq; potissimū : ut quemadmodū diximus : tuo
hoc in Magistratu cum satis fereris cæteris omnibus:tibi ipsi nō dei Primum
sis . Est quidem insulsus.uanus.ridiculus : qui curans utilitatē alie / Quisq;
nam:suā deserit:et alios ad iustitiā dirigens:sibi ipsi existit iniustus. se curet.
Qui.n. uel obiurgat / uel ꝓhibet / uel animaduertit in aliū : quod
continuo ipse committit:estq; :ut ueteri ꝓuerbio dicitur : Intus Ne
ro:foris Cato.non ne occultus hic est contra se censor:et conscien/
tiæ suæ tacitus accusator: finem habens dānationem et interitū suis
iam legibus iuditatus ? Sane ratio exigit / ut se primum contineat : No.
qui alios continet : nec in eo peccet :in quo peccantes alios punit :
Clarusq; sit rebus ipsis:non uocibus:plus faciat:q̄ præcipiat.alioqn
sermo ieiunus / et ingratus / qui neq; uim habeat concitandi ani /
mos ad iusta et honesta sectanda:nec potestatem ad reuiucendā ne
quinā : Ex quo uenit:ut ferme sit nemo: qui ultro se abstineat ab i
iuriis hominum .si desit terror / et seueritas legum:passimq; uidea /
mus et Causidicos et patronos:et iureconsultos:prætores:ac deniq;
Reges maiore ex parte in alios tueri et efferre iustitiam: in se negli /
gere ac floccipendere: seq; bonos uideri malle q̄ esse . Quibus si tā
tæ curæ esset tales se se ꝓstare:quales esse reliquos uolunt . O res hu Verissime
manas fortunatas: sanctaq; et aurea sæcula . Ego mihi semper per / quidem.
suasi / sicq; et legi et audiui / longe satius esse a uiro optimo : q̄ ab
optimis legibus gubernari : quod sane tam compertum / tamq; per
spicuum est : ut persuadere \ argumentariq; opus mihi minime sit .
Neq; enim quisq̄ est tam rerum ignarus:qui non intelligat huma /
num animū permoueri facilius / excitariq; alacrius ad ea sectanda :
quæ subiecta sunt oculis:q̄ quæ ad aures inani perueniunt sono:et
ut Clandiani uersiculo utar.Mobile mutari semper cū principe uul Clandianus.
gus . Tu igitur Lodouice mi optime quicquid egeris a uirtute de /

ducito / nec uento laudis humanæ ad ea moueare: quæ diximus: obe
No. unda / pluris hominũ: q̃ Dei oculos faciens. Difficile quippe erit:
ut recte / et constanter aliquid agas: ubi pendere a fauore multitu/
dinis cœperis: aut eam teneas fortitudinem et animi perpetuitatem:
quæ Stoicis placet: et pro qua seruãda Catholici nostri etiam ad san
guinem usq; præcipiunt dimicandũ: Sed semper sis in incertum itu
rus: impulsus / quasi uento falsis et temerariis opinionibus uulgi.
Omni præterea tempore cor mundum serua a labe peccati: niteatq;
conscientia plena uirtutum. Nullus te etiam metus frangat: nulla
libido euiret: esto in omnes beneficus atq; misericors. Inopes et af/
fectos inedia quotidianis elemosinis recrea. Ab pessimorum iniuri
is uiduas / pupillosq; uindica: nulli fides: nulli pietas: nulli consiliũ:
nulli opera: nulli auctoritas desit tua. Sed omnibus p̃sto sis: prom/
ptusq; occurre: uel p̃occupa petituros: nec conctando negare uide/
aris officium. In omnibus uitæ partibus iustitiam cole. In aduer/
sis patientiã aduoca. In p̃iculis fortitudinẽ. In publicis / priuatisq;
muneribus prudentiã. In coercẽdis uoluptatibus tẽperantiã. In p̃
speris lætisq; rebus grauitatẽ: Nullũ diem p̃termittas: cuius aliquã
partẽ religiose nõ colas: Cum p̃ficisceris domo: primũ templa ade
as et quære rẽ sacrã. Vespere de iis: quæ egeris: habeto tecũ rationẽ.
Verbum Dei et sanctos Xp̃i præcones sic audi: ut in eorũ numero
recipi queas: quibus beatitudo sempiterna p̃mittitur. Sic te geren/
do suauissime mi Ioannes Lodouice secura tibi et periucunda erit
hæc uita. Sed neq; mors ipsa p̃perans cum aderit erit acerba: tãtas
tibi uires prebebit innocens et candida uirtus / cõscientiaq; recte fac
torũ: quam q̃dem fœlicitatem nulla alia ratione cõsequi potes: nisi
his artibus / hisq; legibus uixeris: quas hactenus tibi p̃strinximus.

MATTHAEI BOSSI VERONENSIS CANONI
CI REGVLARIS AD . IO . LODOVICVM
BOSSVM IVRECONSVLTVM EQVI
TEMQVE CLARISSIMVM DE
GERENDO MAGISTRATV
IVSTITIAQVE CO
LENDA . FINIS .

MATTHAEI BOSSI VERONENSIS CANONICI RE GVLARIS NE FOEMINEA ORNAMEMTA BONONIENSIB. RESTITVANTVR AD BESARIONEM CARDINA LEM ATQVE LEGATVM COHORTATIO

p Vdiciciam : quam omnes matronarum decus:et ornai
mentum affirmare non dubitant:q̃plurimi curru ueci
tam triumphantem figunt : et proprium in honestate
sibi domiciliũ finxisse neminẽ latet:nisi qui aut extre
ma dementia:aut suo uicio aliter sentire nitatur:non secus / ac uile
mancipiũ : et lasciuiæ uoluptatisq; pedissequã sæpenumero deiici /
et propria sede detrudi sine cruciatu itueri non possum . Ita.n. per
peram modo qdem cum illa agitur:ut ad te non clamare nequeam
iustissime / ac clementissime præsul : Ad quã quidem rem agendã :
cũ plura:tũ uero libellus nuper ad tuã dominationẽ missus:q:ut fœ
minis cultus petulãtior restituat.causam agit:et si noluerim : me i
pellere potuisse uidentur:p̃sertim:quo plurimũ lætor cum apud te
et prudentissimũ legis latorẽ / et æquissimũ iudicẽ hæc causa uerset:
cuius dignitas in excelso adeo et illustri loco diuinitus posita sit : ut
possis / et uelis honestati coronã imponere . Ait superfluas uestes
nimios / ac luxuriosos cõptus fœminis non adimẽdos . Vbi hæc lex
sancita est ? apud christianos:an apud Sardenapallos et penitus chri
stianæ religionis ignaros ? Id nãq; q̃tum sit absurdũ et ab omni ꝓt
sus ueritate disiunctũ : curaui præsenti defensione docere : quã tuo
amplissimo nomini destinaui non ꝓpterea:q; ea:quæ in cõfutatiõe
adduximus : te fugere existimarẽ uenerandũ caput / et micans sapi /
entiæ fulgor: uerum ut pro tenuitate mea monerem Ciues complu
res / maxime:quibus iucunda est et suauis illecebra / et onerosa sunt
præcepta iustitiæ:ne lenocinio uerborum falsi agantur in præceps /
et tuo non obtemperantes edicto æternæ mortis in se mucronem cõ
uertant . Me etiam plurimum Timothei nostri commouit grauia
clarissimi et religiosissimi uiri:qui te proprio sua industria:suis cla/
moribus: suaq; infatigabili in omnes pietate non mediocriter i hac

dignissima constitutione sudauit. Debeo enim quantũ situm est i
me et illius integerrimi patris et præceptoris mei præstãtissimi con/
stanter tueri doctrinam: quã non de Tantali fonte: sed de æterno
No. stilum euangelio uberrime hausit. quod aggrediar oratione paulo facili/
ore: atq; humiliore fortasse: q̃ tibi eruditissimo: cum nostris: tum
græcis tuis disciplinis ac litteris: et togatæ ciuitatis dignitati fortasse
conueniat ac plane charitate atq; consilio: ut Matronas ipsas: hone
stasq; puellas: quarum et agitur res: clarus et peruius sermo cõmodi
us instituat: atq; permoueat. Tecum igitur non longioribus agẽs
mea ad rem ipsam festinabit oratio: meusq; in illam ueluti in hostẽ
mucro pro pudicicia et honestate stringetur.

Didit libellũ quisquis est ille: qui q̃to magis uoluptuosam
e illam Aristippeã: q̃ christianã sapiat philosophiam: ex eo fa
cile quisq; percipere potest: q̃ operi ob turpitudinẽ nomen
Nicolosa non cuderit: Verũ ingenuam Matronã Nicolosam Sanutã loquẽ/
tẽ adduxerit: omnia muliebri querimonia replentẽ: cui nescio: grati
am ne an iniuriam fecerit: cum nobilissima fœmina magis / ut intel
ligo pseferre uideatur pudiciciã. honestatem. frugalitatẽ. antiquos
mores / atq; animi constantiam: q̃ lasciuiam et immoderatum orna
Alcumena mentorũ affectum: ac Plautianam illam Alcumenam secuta: nunq̃
eam sibi dotẽ esse duxerit: quæ dos dicitur: sed uenustatẽ: pudorẽ: se
datum in pcreanda sobole cupidinem: dei maximi metũ: et suo soli
ornatam: ac morigerã et esse et uideri uiro. non igitur cum illa: sed
mihi tecum loquendum est Auctor insignis. Nam: tuum licet sup
presseris nomen / teneo te tamen. agnosco. scio. At ne liuore / uel
odio: quod a nobis omnino semper alienũ esse decreui / potius: q̃ iu
stinæ zelo uidear in te surgere: et magis congrediendi rabiẽ: q̃ me /
dẽdi uoluntatẽ lector possit interpretari: statui illud silentio pteri /
re et usq; itactum relinquere. Mihi tu igitur ignosce si honeste et
christianissime tua scripta indigna quidem audeo carpere / et repu
dianda testari. tibi ipsi iputato hanc noxam non mihi: qui ita esse
cisti: ut irreligiosam et indecorã mihi notam uidear imprimere: mu
tus si cedam. Alıis pernicibus tua iacula aduersus Timotheum: qui
nobis hæc et cõstanter et diserte ante latã legem de honestate muliet

rum differuit: et statuit: quis immissa non intelligit? Si ergo diui/
næ et homanæ leges poscūt. Si apud maiores nostros Legimus sem
per esse conseruarium preceptores non secus: ac parentes nobis cha/
ros esse debere: ea ratione: q̄ a genitoribus esse: a oitæ nostræ insō/
tutoribus bene beateq; esse conseqoeremur. Si denique: quod pluris
est religiosi et boni uiri est officium: nihil quod sit contra iusotiam
froote occultare: sed propter eam: si oportuerit: etiam ultima suppli
cia æquo animo tolerare: quantum ego illius uiri absentis: qui nedū
uitam instituit: uerum etiam me Christo regenerauit: partes in hac
iusnissima causa suscipere debeo: si sapis: uelim exisomes: cuius cæle/
stem doctrinam cum omnes admirentur: solus putaueris posse te
euacuare. Non recepisti uerba prudentiæ: nec euangelica illa apud
te ualuit auctoritas. Qui uos audit: me audit. et qui uos spernit:
me spernit: magis uero contra splendida lucem tenebras offudiso:
et albam podiciciam coinquinasti. Petis/ ut ad rem ipsam iam ꝑ/
petem: nouam legem abrogari. Matronis pompas argumeotaris
iure meritoq; deberi: q̄ eas maxime legibus apod Romanos sint as
seruatæ. Non negabo legem Oppiam/ olim ornamenta uetantem
ut ais abrogatam fuisse. Sed quo consilio: qoa ratiooe: qua pru/
dentia id actum sit: maluissem abs te latius intelligere. Ita enim lo
cutus es: ac ignores eas: ut moris illis est post multos clamores/ post
multa iurgia fœminea quadam rabie/ et insano furore succensas
Brutorum domum: qui legis abrogationem impedirent: obsedisse Bruti.
donec lex aboleretur: ac nullum pene Brutis auxilio fuisse: quia nō
perciperent Romani lubricum semper/ et insaciabile mulierum stu
dium. Quæ licentiosa petulantia q̄ indecens uel obscena iam fue/
tit: clarissimus quidē auctur est Valerius Maximus: qui probe id de Valerius.
monstrauit: cum de illa agens: luxuriam ac libidinem appellauit. Maximus
Si animi inquit muliebris apparatus intueri potuissent: quibus quo
tidie aliqoid nouitatis sumptuosius adiectum est: in ipso luxuriæ in
troitu obstitissent. Alia ounc habenda est ratio: aliud consilium:
Alia lex. Tum uirorum tanta fuit pariter et mulierom continen/
tia/ et podiciciæ amor: ut illis parua quidem suspicione ea concedi
potuerint: quæ nostris si cōcederentur: ne dixerim suspicione: sed
spurcissimo ac nefando facinore minime fortasse carerent. Vbi

Lucretia. nunc Lucretia illius ætatis incomparabile pudiciciæ decus et mulie/
rum gloria: quæ i se nihil uita dignum esse putauit pudicicia amis/
Bilia. sa? Vbi Bilia: quæ Duelium uirum habuit: qui primus romæ naua
Duelius. li prælio triumphum gessit? Is iam senio cõfectus/ cum ei alitum fe
tidum quispiam exprobrasset: domum reuersus eam cur ori medica
mentum non adhibuisset percunctatus est: At illa fecissem inquit:
Claudia. nisi putassem Viris omnibus olere sic animã. Vbi claudia uirgo ue
Penelope. stalis? Vbi penelope et ualeria messallarum soror? Curarunt præte
Valeria. tea ne huiusmodi ornamentis: quæ ꝑfecto nihil æque/ ac luxuriam
prætendunt/ uirginitatis ac pudiciciæ splendor periclitaretur: ut ui
no nullo pacto esset utẽdum institutumq; ut cognatis osculum fer
renť/ reprehendẽdi causa: ut odor indiciũ faceret: si bibissent: Bibe
re autem solitas quadã oratione sua facit Cato Louream/ passum/
murrinam/ et quæ id genus sapiunt potu dulcia: addens mulctatas
quoq; a iudice fæuere non minus si uinum: quod temetũ prisca lin/
gua uocarunt: bibissent: q̃ si probrum/ et adulterium admisissent.
Sulpitius. Si autem uiros quærimus. Vbi nũc Sulpitius Gedelius: qui uxorẽ:
Gedelius. quæ aperto capite processerat i publicum repudiauit arbitratus illi:
P. Dẽprõius nisi ut soli uiro placeret: curæ haud esse debere? Vbi. P. Dempro/
Sophus. nius Sophus: qui pari ratione cõiugem ludos spectare ausam haud
Metellus. quaq̃ amplius tenendam putauit? Vbi ille Mettellus: omnium se/
uerissimus: qui uinum cum libasse intellexisset uxorem claua peri/
mere non dubitauit? Quid dicam de illius Ciuitatis gloria. uicto/
riis. triumphis. fortunis. magnis rebus terra/ mari pace/ bello præ/
clarissime gestis: quæ tot/ ac tantæ fuere ut ne dixerim Bononiam:
uerum nec alteram quidẽ orbis partem illi merito possis cõparare?
Quid de imperii latitudine: cum præclarissimus Poeta de Cæsare
eius dominatore cecinerit.

Virgilius. Imperium oceano: famam qui terminet astris?

.I. Cæsar. Quid de urbis amplitudine? Operum magnificentia? Templorũ
ingenti mole? cum ut idem ait poeta

Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes:
Quantum lenta solent inter uiburna cupressi?

Et nos illi Bononiam quondã eius coloniam cõparabimus? hisdẽ
mulieres nostras ornamẽtis decorabimus? Insurgent quippe illarũ

Matronarũ cateruæ/et uirginũ chori. Insurgẽt diuini Scipiões. In- Scipiones
surget cẽsorius ille Cato. Totus denique Senatus ĩsurget/et omniũ ma- Caro Gẽ.
gistratuũ ordo. Insurget curia. Insurgẽt mœnia:atque aureætecta.
Voces cõtra te dabunt:ius petẽt:et denuo omnia in te cõuersa horri-
da uoce clamabunt Quid tibi nobiscũ temeraria? Quid te iactas ĩ
cassum o Bononia nostra? Porro romanã illam rempu. tãta gloria/
tot honoribus/tot ditatã tropheis: quæ qdem spectaculũ/et inau/
ditũ uniuerso orbi miraculũ præbuit. ista tamen honestissime ma/
tronis indulsisse sapientes/meo arbitratu/non temere iudicabunt: Lycurgus
si meminerint maxime apud Lacedæmonios Lycurgi uiri quidem
omniũ iudicio prope diuini legibus sancitũ: ne ullo pacto auri/et
argẽti usus haberet: quæ omnium uitiorũ sententiam cõstantissime
asseuerabat. Nec quisq̃ plures:q̃ singulas uestes singulis annis por-
taret impune:et omniũ iuxta tamen/ut arbitror/ eorum ætatẽ unus
et idem esset corporis cultus:quas quidẽ leges usque adeo ad bene be-
ateque uiuendũ conducere cẽsuit:ut eas: quo diuturnæ forẽt ab Apol- Apollo
line delphico etiam se simulauerit accepisse/et ciuitatẽ iureiurando delphi.
artauerit: ne ex eis unq̃ quid demerent aut imutarent: donec iterũ
ad Apollinẽ reuerteretur:quẽ cõsulturus remearet. Mirabile dictu.
Profectus est Cretã: ubi se sponte ppetuo exulem fecit: et denuo/
moriẽs supremo spiritu ossa sua ꝓiici iussit in mare:ne his forte Lace-
dæmoniã aliquando relatis putarent se ciues iuramẽto solutos. Nec
aliter sensisse Pythagorã legimus:qui a Bruto in Italiã aduectus ẽ/ Pythagoras.
quo tẽpore Reges exacti fuere. Nam cum Crotonẽ lasciuiis uacare
audisset:eo statim ꝓperasse fertur: ubi tanta assiduitate cõcionatꝰ
non cessauit ad populũ:tot rationibus suadere ĩ auro et purpura re-
gnare luxuriã/et ĩ serico fomentũ habere libidinẽ:sic apptime ma/
tronarũ ornamẽta docens honestatẽ esse:ut omniũ studia ad sum/
mã pudiciciã cõuerterent:et ad extremũ clarissimæ fœminæ prõptis/et
excitatis animis omnes aureas uestes/cæteraque ornamenta lasciua/
quasi irritamenta luxuriæ abdicauerint:quæ omnia in Iunonis pha-
num deportata Deæ optima fide cõsecrarunt. Extãt ne modo cau-
sæ: ut interrogas/cur nostris Matronis ornamẽta uetent? Extant
ꝓfecto. Extant. Nam si romanis mulieribus/si lacedæmoniis/si
Crotoniensibus: ut ostensum uerissime est:pulchra/et in maximo

precio semper pudicicia fuit : et illius conseruandæ omnium una/
et summa uolūtas:quo uultu:quo temerario ausu nostræ:quæ chri
stianum nomen portant:quæ in sacro baptismatis fonte iurarunt :
se diabolo / et pompis eius nunq̄ obtemperaturas : luxuriæ faces et
Hieronymus ignita diaboli tela requirent ? Pudet quidem : Sed dicam tamen .
Mentiuntur illæ:ut ueteranus et expertus Hieronymus ait.quæ glo
riantur se castitatem seruare / et in uestibus lubricitatem ostendūt .
Nimis est demens et fatuus : qui materiā præparans igni non uult :
ut ardeat . Huius siquidem turpitudinis impatiēs diuinus senex ad
Eustochiū uirginē scribens in hæc uerba protūpit. Impfectissimus
mulierū affectus. Semp in uestibus / semp in auro lapidibus et orna
mentis extrinsecus gloriā ponunt. Non sufficit eis libido innata na
.No. turæ sed occasionē quærūt explēdæ libidinis Affectāt ꝓculdubio:ut
oculi uirorū aurum cōtemplātes / et gemmas tandem figant in faci
em ut oculorum suorū nutibus facilius incitent ad libidinosum in/
cendium . Quid Meretrix cōmunis gloriaris in margaritis / et gem
mis ? Quid ad te attinet argentum et aurū ? Quid exaltaris in pul/
chritudine panni ? Quid in te laudandū ? Quid in te admirandū
puerorum spectaculū ? Nonne et si laudetur gēmatum aut metallo
rum ꝑciositas:quā sibi natura tradidit:semp tamē cognosceris cinis
fœnum / et stercus immundum ex immundo productum semine ?
Quod sequitur ex mirifica tua officina est:perinde ac modo nō pa
rum incommodum:ita maximum commodum affuturum : si pristi
ni cultus restituatur arbitrium . Sic ais inter coniuges non erit dis/
sensio.non iurgia . non maledicta . Sic uxores non eleuabuntur in
maritos:non clamitabunt:ut se se uiros intelligant: ut uxorum insi
gnia maioris æstiment . Ridiculū est sane:ac mentis non bene con/
sciæ feruentes continue febres:q̄ remissiores et alternatim cum reqe
surrepentes magis optare Ex his.n. incolumitatem q̄primum spe
rare solemus. Ex illis si quando subsequitur uita:præter spē euenit.
Quis enim tam rerum expers / et muliebris naturæ iscius:qui aut ex
perimento:aut litteris:aut trito rumore nesciat muliebrem appetitū
pertinacē fuisse semper et insaciabilē: cui morbo nullo pacto:nisi p
leges mederi possis ? Si.n.legibus astrictæ erunt:esto se armēt in ui/
ros:omnes suarū uiriū conatus effundāt.latrēt.crinē / et ora ungui

bus lacerent:pugnis se feriant.et postq̃ defessæ quieuerint: iterū atq̧ iterū rabido spiritu arma capessant:tandē (Mihi crede) uelint / no lint aliquando quiescent. Nullus dolor est: quē longinquitas tēpo ris non minuat ac molliat. Si uero uos uiri earum genio uiuētes: quod maximæ turpitudinis nō erit īmune: legē aboleri curaueritis: et abolita fuerit:uos uxorū perpetuo uilissima existimate mācipia. Vos ego oro: uestrā obtestor fidē: dicite quæso. Quot anteactis tē poribus noctes duxistis īsomnes: quot querelas: quot susurramenta uestræ perpesse sunt aures! Illa inquiunt ornatior ꝓcedit in forū. hæc ī angiportu sedens gēmas gestabat in fronte. Alia longiorē pedibus trahit tunicā. Nōnullis in sanctorū basilica nudiustertius armilla et torques collum ornabat: nec ulli deerant arte laboratæ uestes / et au rū in filla minutissima tremens. Sed ego heu misera: īcedo humili ueste: et squalido crine. Tibi parcat Deus mi uir. Nescio an tibi unq̃ tantā meā ignominiā remittere possim: q mecū ita agis īcōmo de: ut ī publicū non ausim ꝓdire cū aliis. Et quod magis dolendū est mihi: meā non mediocri dedecore familiā afficis. Clarū agno / men habuit pater. Claca nomina mater. In nobis autē hæc potis simū floret uituperatio: ut tu cognomēto uocitens auarus. Ego mi sella. Quoties te uidi digito mōstrari: et mihi post tergū ciconiarū colla curuari? Hæc lamenta. hæc cōuicia et garulæ quæstiones abe / rūt: nullū argumentū: nulla ratio: nulla occasio: nullus deniq̧ locus erit querelæ: mō lex: mō decretū maneat semꝑ inuictū. Nā quēad / modū feros / et īdomitos equos cernimus suis freno assentire sesso / ribus / et huc / uel illuc arbitrio agentis īpelli: ita ꝓculdubio uxores uestras clarissimi Ciues: quæ solutis habenis motusæ / et indomitæ sunt: adhibita lege morigeras uobis. ut æquū est: et tractabiles inue / nietis: nec illis rebus studebunt: quæ: ne cōsequi possent: ademptæ sunt. Debetis etiā reminisci: quot nobilissimæ familiæ: quot ampla patrimonia. quot inundantes opes in angustā rem deuenerint: cum Adolescentes ornamentorū gratia sine maxima dote uxores ducere abnuant. Fit.n. / ut qui plurimas sortitus est gnatas: aut si nupse / rint maneat inops: aut dum magna hæc ꝓcia nequeat īuenire: sper nantur filiæ: et dilatæ senescant: ut eas iam nubere pudeat amplius: q̃ libeat. Nec parui meo iudicio æstimare debetis uxorū salutē: quæ

tam uario onerosoq; cultu q̄ facillime infirmitates icurrunt. Nam
quæ hodie ob ligatis crinibus / gēmis / unionibusq; grauatæ incesse
rint: postridie uolitante coma / uentoq; permissa se ostentare uide/
bitis: easdēq; ipsas modo nudas humeros / modo clausas. modo cau
datas tunicas cum sudore trahentes. modo ita leues et perlucentes:
ut nudos pene exprimant artus: quibus noxus incōmodis attritæ ne
que interdū conceptus alunt: sed abortiuos ꝓiciunt: eorum: qui na
sci poterant homicidæ: quæ si forte cecidennt neq; se tantum pote
cunt unq̄ explicare: ut sine subleuante cōsurgant. Quid amissio tē
poris tanta? cum earum nulla: quæ ita curet corporis cultum inue/
niri possit: quæ etsi in eo semper sit occupata: non etiam continue
et ancillarū et puerorum ope uehementer indigeat: terennantumq;
.No. illud non ipleatur in illa dū comūtur / dum conātur annus est. Sed
qualis ea deceptio Maritorū atq; iniuria? qui secum uel Camillā
quandā uel Pātasileā despōsasse putauerint: ubi calceos ꝓiecerit et
uestem undiq; bōbice lanaq; tumentē exuent: Simia lybica / traceq;
Pygmea uix paulo maiorē iueniāt: quæ neq; fœtifica esse: neq; labo
ribus ꝓlis queat sufficere? Igitur ne tanta patiamini incōmoda Ci
ues: seruate legem: cōprimite uxorum quetelas. fortunis. saluti. tēpo
ri. fraudibusq; cōsulite. Nec uos auocent malorū consilia: quæ: ut
uitus / et communem ciuitatis pestem a uestris moribus abdicate / pro
fligate propellite: ut apud bonos de uobis incorrupta semꝑ mane
at fama. Nec arbitremini legē secuantes auariuæ posse criminari:
ut se aduersarius acute disputasse putauit. Nemo est si sapiat: si ra/
tione fruatur: q non dicat ita itemperantē esse / qui superfluis idul
get: q̄ qui necessariis demit. Virtus. n. omnium philosophorū sen
tentia semꝑ mediū tenet: et ne quid nimis obseruat. Verū ne diuti
us ab tuis argumētationibus nostra deuiet oratio: cōgessisti ꝑterea
inumeras pene fœminas: quæ priscis tēporibus et hac nostra tēpesta
te pudicicia / fide / prudentia / fortitudine / cōstantia / liberalitate /
pietate: litterarū peritia / et uariis uirtutū generibus claruere: et exin
de tantū fœmineū sexum dicis ꝓmereri: ut nouo sub iugo mitti non
debeāt. Verum suarū uirtutū insignia retinere. Latus qdē respon
sioni patet cāpus / et facilis aditus. Nam si ego a prima fœmina repe
tens: uoluero recensere: quot clades: quot bella: quot euersiones ex

fœminis emanarunt . Si earum spurce / perfide / stulte / ignauiter /
timide / crudeliter / rabide / uenefice gesta denudare: non ne uidebor
lugubrem texere tragœdiam ? Non ne audiētes aures obturabunt ?
Quod ni satis exploratum haberetur: nunq̄ Catonē illum Vticen / Vete Tu Cato.
sem dictitare solitū accepissemus . Si absq; fœminis posset esse mū
dus: nostra conuersatio non esset absq; diis: quem non nisi uera lo /
cutum testatus est Hieronymus dicens: nec qsq̄ fœminarum exe /
cratur ludibria nisi lusus / et expertus / et conscius pœnæ. Nunq̄ il / Solomon.
lud ad nos Solomonis emanasset: qui a cedro libani usq; ad Isopum
disputasse narratur : Longe fac a fœmina uiam tuam / et ne appro
pinques fontibus domus eius , Qui applicabitur illi: descendet ad in
feros / et qui recesserit ab ea saluabitur . Neq; illud legeremus etiā
melior est iniquitas uiri: q̄ benefaciens mulier . Quibus sententiis :
et si fœminæ pro instauratione labentis mundi: ut late abs te suscep
tum est: omnino necessariæ sint: nihilominus o beatiores : si extare
sine ipsis res humana potuisset . Taceo earum amores \ insidias /
conspirationes / uenena . Taceo originem peccati . Orbis mersio /
nem et summam omnium pene malorum ex illis fluxisse . Nō sum
in eo occupatus ut uelim inuehi in muliebrem naturā: quam neces
sariam condere uoluit deus hominum generi : Sed aduersus decep
tricem ornamentorum luxuriem nostra sunt arma. in hoc cuneus .
in hoc aries noster immittitur . Vos igitur cōmonefacio nobilissimæ
Matronæ et castæ puellæ: ne arbitremini uirtutū uestrarū : et præser
tim pudiciciæ: præmiū posse esse uarios ornamentorū cultus : qbus
atrociorem pudicicia non sustinet hostem: nec animorū corruptori
bus contraria differentibus aures accōmodate . Eos declinate: ut Sy
renū cantus Vlixē uitasse ferunt . Perniciosa sunt hæc Quis.n. p
uictoriæ p̄mio scorpionē: aut Cadmi serpentē accipiet ? Sapiētī qui
dē et experto credite . Alligabimus inqt ignē in sinu et uestimenta
non cōburent? aut ambulabit qs super carbones ignis et pedes non
cōburet ? Aucupiū animarū proculdubio et letalis arūdo est mulierū
cultus. Virtus.n. alia habeat p̄mia alios triūphos. pprīū et peculiare
uirtutis sit gloriosa imortalitas. hæc suū munus. hæc sua merces: quā
statuit a principio deus sanctis et ipollutis mētibus: quæ se ab iis ter /
renis uoluptatibus icorruptas / imaculatasq; cōseruant. Extranea q

dē et prepostera res est : cultus corporis insignia uirtutū appellare :
cum perditissimis quibusq; / et deiecti animi hominibus possit esse
cōmunis cumq; illum uirtutibus ꝑditi magis fugitent omnes: q̄ ap /
petant . Quod si eas probas dūtaxat iudicaueris: quas abundantius
aurum / et lautior cultus ornauerit: ni ꝓrsus demens: saltem iniustus
rerum æstimator appellabere . Sic illæ: quæ paupertate laborāt / aut
nullo pacto uirtute pollebunt : aut omnino uirtutū suarum ꝑmiti
sunt cariturę . Virtus sui ipsius testimonio cōtenta est . Omnibus
patet . Omnes īuitat. non spernit regiā. non alta tecta. non exigua
tuguria non fori frequentiā. non uastā solitudinē: et ut omnia bre
ui sermone cōplectar iuxta Comicū illud uirtus omnibus rebus āteit.
Omnia adsunt bona: quē penes est uirtus. non cæteras ciuitates: nō
finitimos populos: quibus clarior sit Bononia: his legibus / his reti /
naculis subiectos esse: pergis affirmare . Debuisses prius: si callidus
urbium explorator: tibi ante oculos ponere inclytam illam Veneto
rum rempublicam latitudine iperii diuturnitate libertatis: numero
sitate ciuium / togatorum maiestate / naualium uictoriarum glo /
ria / magnis rebus gestis amplissimisq; fortunis toto orbe celeberri /
mam: cui modo: uix ulla Italiæ dignitas possit comparari : his legi /
bus: his frenis pro sua singulari / eximiaq; uirtute: pro christianæ re
ligionis decore circa muliebres cultus usam fuisse: hisq; decretis in /
uiolabiliter / integreq; paruisse. Nec illas Matronas : quæ uel eque /
stris ordinis uiros: uel iurepertitos sortitæ sunt: maritorum gratia a le
ge solutas: ut tu postremo perstrinxisti esse debere. Periculosum fa
ne: nec absq; multa ignominia reliquarum fœminarum: nec parum
a communi bono seiunctum : ut quod cæteris omnibus est prohibi
tum: perpaucis concederetur . Sat est inter nobilissimas et humilio /
ri loco natas competens quædam / et ordinata distinctio. Alia ex la
ta lege est patriciarum conditio . Alia plebeiarum : Alia diuitum.
Alia pauperum . Quid uis ? Quid ulterius optas ? Nam licet legi
astrictæ sint: indulgens adeo / et spaciosa est: ut habenæ laxatæ uide /
antur ad aures: quæ utinam rigidiores essent: ne pro superfluis or /
namentis: quod sine dolore dicere nequeo: tot doli: tot quæstus: tot
fraudes : tot rapinæ parentum / ac uirorum animis inhererent : ne
humanus deniq; sanguis uiolentissime emungeretur . Quæ mala

præcauens Lycurgus ille:cuius antea mentionē fecimus:ſpartanorū Lycurgus.
legibus monuit matrimonia ſumma ſemp̄ ſeueritate coercēda : nec
pecuniā:ſed mulieres eligēdas:ne unq̄ dotis cōfidentia abundātiora
Puellæ ornamēta requirerent:quæ non poſſent aliquādo ſine dete/
ſtabili ſcelere uti compare . Non ceſſas adhuc magis ineptire . Le
gatū nitens adhortari:ut legis abrogatiōe honori / et ſaluti cōſulat.
auctoritatē ſibi uēdicet.Proh imortalis Deus:quis honor tuus iſte:
quo putaſti auctoritatē turpitudine cōparari ? Sic apud te erit lau Dianæ ephe
dibus efferendus:q ne inglorius eſſet:ſuperbū illud Epheſiæ Dianæ ſiæ tēplum.
tēplum redegit in cineres . Sic tuo iudicio Reginæ Semiramidis co/ Semiramis.
eundē lex erit ſuſcitāda:ſic Meſſalina laudāda . Nam ſi Scipio Mi. Scipio mi.
in eo bello: quod cōtra Numantiā geſſit nihil æque militū animos
corrūpere / et uires eneruare exiſtimans:q̄ laſciuiā:fractamq; molli
cie: ſimul ac caſtra ex urbe rediens igreſſus ē:omnia:quæ ad uolup/
tatē inuenta erant e caſtris eiecit . Si eum ſecutus Metellus bello Iu Metellus.
gurtino nō minori ſeueritate uſus eſt i milites: quid agendū erit ec
cleſiæ Dei Cardinali:ut pudiciciæ:ut honeſtati:ut cōmodis:ut chri
ſtianæ religioni cōſulat:cui p̄ſit ? Turpiſſimū ꝓfecto eſſet pace illi
us dixerim / ac grauiſſima nota dignū:ſi ille ſegnius:quæ ad chriſti
anæ fidei ornamentū attinent:q̄ olim romani Imperatores:quæ ad
reipu.āplitudinē:ſuſciperet / et tuerẽ:ac ſi cæteras ſuas diuinas/inu
meraſq; uirtutes: quæ antea nunq̄ uel minimā perpeſſæ ſunt caligi
nē:modo tuo hortatu denigraret. Cur non magis prudētiſſimo illi
ac Sacratiſſimo dicentē Eſaiam ꝓponis:decaluabit dominus uerti/
cem filiarum ſion / et crinē earum nudabit / et auferet in die illa or
namentum calciamentorū / et lunulas / et torques / monilia / armil
las / et mitras / paliola / et ſindones:et erit pro ſuaui odore fetor / ꝓ
zona funiculus / pro criſpanti crine caluicium / et pro faſcia pecto/
rali cilicium . Quid uero ornamēta iam poſſint ad ſcelus exemplo Thamar
nobis eſt Thamar quæ cum ſoceri æſtuaret icendio:et horreret pe/
tere facinus : nil ſibi ornamentis aptius rata / exuit fuſcis uiduitatis
ſe ueſtibus / et meretricio cultu cōpoſuit:quo turpiſſimum coitum Iudith
eſt aſſecuta . exemplo et clariſſima Iudith:quæ de Olopherne im/
peratore potentiſſimo triumphatura non ſibi exercitum numeroſiſ
ſimū:non fortia tela:nō finitimorū opē cenſuit eſſe neceſſariā:uerū

tantum ornamentis tribuendum putauit: ut formosissime compra
atrocissimi hostis sit anima capiteq; potita: quæ summa incompara
bilisq; uictoria q̃tum ornamentis sit concedenda: testis fuit cunctus
Bethuliæ populus: qui hebræis laudibus decantauit. Vnxit faciem
suam unguento: colligauit crines suos mitra ad decipiendum Olo-
phernem. Sandalia eius rapuerunt oculos eius: et pulchritudo illius
captiuam fecit animam suam: quasi primum luxuriæ aucupium et
irritamentum sint ornamenta: cum prius raptis oculis: mens uolute
Hester. tur in crimē. Non prætermittam reginam Hester quæ pendicantē
populum apparatu regio et lautissimo cultu potuit liberare: et cru-
cē Mardocheo paratā mutara Regis sententia in Amam: quē sum-
mo studio rex prius amabat: transferre. Tantum.n. cultui: qui hu
manos animos nouit illaqueare: cōfixa est: ut capitalē pœnam: quā
si quis irrequisitus regem adiret: incurrebat: nullo modo sit uerita.
Alexander Ma. Hinc illa summis laudibus efferenda Alexandri Macedonis confrā
tia: qui deuicto Dario Persarum rege: cum eius captiuas haberet fi
lias: uidere omnino contempsit: inquiens turpe esse: qui uiros uicis
sent a mulieribus superari. Non proinde meo arbitratu: q̃ fœmi-
nas nunquam uideret ille: magis uero non ignorans q̃ molli dulciq;
aculeo ferire animum regius et Persicus cultus facile potuisset. Ve-
rum quid diutius exemplis insisto: cum hæc ornandi putrida tabes
palam totum orbem uideatur inficere? Quamobrem: et si plurima
nobis: ut spernantur ornamenta incitamento esse uideantur: duo
tantum ex omnibus ne longa nimis texatur oratio: memorasse sat
erit. Sanctorum Monita.s. et præclara quæpiam: cum superiorum
temporum: tum nostræ ætatis matronarū exempla. Non ignorās:
ut a primo sumamus initiū: sanctus ille clauiger Petrus: cui omnis
Petrus. ligandi atq; soluēdi potestas a domino credita est: q̃tum pudicitiæ
et bonis moribus noceret uenenatus mulierum cultus. Non sit ex-
trinsecus iubet capillatura: aut circundatio auri et argenti aut indu
mentorū uestimentorumq; cultus. Et Paulus gentium dux: cuius
Paulus. singula uerba diuina lex est: ad Timotheum scribēs: Volo inquit
uiros orare i omni loco: similiter et mulieres in habitu ornato cum
uerecundia et sobrietate: ornantes se non in tortis crinibus: aut au-
ro aut margaritis: uel ueste preciosa: sedquod decet mulieres: ꝓmit

tentes pietatē per bona opera. Quæ cū ita sint licet Roma suas fœ/minas ut ātea concessimus: libertate donarit: non inuenio ego tamen quo pacto: qua ratione: qua fiducia nos: qui purissima fide credimus cuncta nostra opera siue bona siue mala ante magni dei tribunal manifestanda: illos imitari debeamus: nec uereamur Apo/stolorum ante ire mandatis. Suas igitur habeat Roma lasciuias: habeant et quæ non sperant criminū pœnas/et præmia futura uirtutum. Ex sibi uerticem ornent conem e fronte demittant crispantis/aut uento actas manicas portent. stridentesq; calceolos pedibus terant. purpurisso et cerussa ora peningant: facies gypso et niueo cādore depingant: omnia iuuenum flāmæ/et fomenta libidinum: ac corruptæ mentis indicia. Nostrarum autem matronarū insigne decus et ornamentum sint mores et uirtutum studia: ne si fuerint extra cōpositæ et circumornatæ: ut similitudo templi: euāgelicam illā imprecationem illis audire contingat. Ve uobis quæ similes estis sepulchris dealbatis quæ extrisecus auro et pictura relucēt: interius autem sunt plena cadaueribus putridis et ossibus mortuorum. Nec deiectiores animos: q̄ illa Cornelia magni Scipiōis filia: Ti. Sēpronii optimi ciuis uxor: Gracchorumq; mater: præseferant: quæ cum capanā fœminam apud se hospitem sua corporis gestientem ornamenta uidere: in longam uano sermone moram protraxisset: tandē domū e schola redeuntibus libens Et hæc inquit ornamenta sunt mea: Sicq; muliebris ornatus curiositas fuit urbāo sermone delusa. Putauit nobilissima mater ita suscipienda matrimonia ut non i il/lis quæratur uestimentorum luxus: sed generosa soboles: et benemoratorum liberorum corona: quorom causa inuenta ipsa res ē. Ma/turum iam arbitror: ut nostra pudiciciæ uexilla soluamus: quo grā/diore animo Bononienses Matronæ iustissimā uobis impositam legem debeatis amplecti: agansq;: ut aliquando aduersarius itelligat quātum pudicicia Bononia et moribus præstet: cui nihil fuerit pulchrius nihil antiquius: q̄ sui sacratissimi Præsulis: uiri quidem in omni genere laudis excellētissimi obtēperare mādatis. Vobis in primis Illustremiac sanctissimā Paulam pudiciciæ simul et fecūditatis exemplar imitandam propoonte: quā etsi clarissimā teddat: tum

No.

Cornelia Sciplomaior Tiber sem ꝓnius Gracchi

Paula romana

Gracchorum :tum Scipionum familia Per tot ducta uiros ãtiquæ
ab origine gentis :non minorē tamen illi gloriã ſingularis eius pu
dicicia et admirabilis ſãctitas cõparauit:cui mortuo uiro nihil fuit
potius:q̃ ſe ita humili:ita contẽpto habitu deiicere: ut in auditum
illi ſæculo fuerit humilitatis exẽplum : cuius uirtutibus nulla laus

Bleſilla
Euſtochium

digna poſſit inueniri. Illã Bleſilla et Euſtochium Inclyta ſua proles
ſubſecuntur:quatum alteri tantus fuit:non corporis:ſed colẽdi ani
mi ardor:ut adhuc tenera ætate tantum ſtudiis ĩpartita ſit operæ: ut
nedum græcam latinamq́ linguã didicerit: uerum etiã quod ĩ Ori
gene tota mirata eſt græcia:breui quidem tẽpore hebraicæ linguæ
difficultates uicerit et crepitantia cõfractaq́ uerba ita concinne ꝓ
ferre didicerit ut q eã audiret:nil aliud p̃ter hebræã liguã ſcire puta
ret. Viginti annorum adoleſcentula uiro defuncto ornamenta re
liquit. Pulla ſemp tunica:dũ uita fuit:corpuſtulũ texit. Laneo uſa
cingulo:et capitis cõpoſitionẽ aſpernata ſolũ inter ancillatũ et uir
ginum choros dignoſcebatur : ꝙ omnibus deiectior et ſqualidior

Hierõymus.

eſſet. Tantũ apud diuũ Hieronymũ potuit mira eius uirtus:et ne
ræ humilitatis ſplendor:ut dũ in eius funere Paulã parentẽ conſo
laret:his uerbis ſit uſus Dũ ſpiritus hos reget artus illã mea lingua
reſonabit. Illi mei dedicabuntur labores. Illi ſudabit ingeniũ . Nul
la erit pagina quæ non Bleſillam reſonet . Hanc mea mente defi
xam legent uirgines uiduæ. Monachi. Sacerdotes:et breue uitæ ſpa
tium æterna memoria compenſabit. Altera uero ſuauiſſimus uirgi
nitatis flos ab illis nihil degeneraſſe uidetur:quin omnibus earum
uirtutibus uirginitatẽ adiecit. Cuius tantum deo placuit incompta
uirginitas :ut cum Hemetii eius patrui imperio uirgunculæ in cur
am non æquo animo ferentis : Proteſtata uxor horridum cultum
et neglectum caput mundano more mutaſſet:illi nocte per uiſum
apparuerit ãgelus terribili aſpectu infrendens hæc dentibus uerba.

Hemetius
proteſtata.

Nefariæ execrabiles manus tibi nũc exareſcẽt:ut tuo exẽplo et p̃ſẽtes
et poſteræ cautiores euadant fœminæ et facile perpendere queãt q̃
abominabilis Deo ſit ornamẽtorũ libido:et uelut nõ ſatis tuo cru
ciatu expiatũ ſcelus et maritũ et liberos repentino itentu pdes. Ceſ
ſandũ ẽ hoc loco:quãdo in extollẽdis huius uirginis uirtutibus Ci
ceronis illa:aut Demoſtenis ieiuna et exilis ꝓ magnitudine rei ẽẽt

oratio. Tot .n.ac tantæ sunt:ut a me ne dixerim exornati:sed enu
merari uix queant . Quid dicam de sanctissima Mellania : quæ ad Mellania.
huc inhumato mariti cadauere/ geminos miræ expectationis et fu
turæ probitatis filios amisit et siccis oculis solam crucem astringẽs:
omnia mundanæ stoliditatis ornamenta calcauit? Quid de Deme
triade uirgine : quæ cum legisset Heliam et Ioannem Baptistam : Demetrias
quocum alter igneo curru in cælum rapitur: Alter gloriosissima ad Vir .
ueniente Maria in utero matris exultat·camellorum pellibus cinxis
se hispida membra:inter lautissimas mẽsas:inter Eunuchorum an/
cillarumq; cateruas / inter strepentem / densamq; familiam purpu
reas et preciosas uestes in asperitatem humilis cultus murauit : et
nuptiarum thalamum dedignata secum ĩ uirginitatis propositum
plurimas traxit? Quid de Liberata et Faustina sororibus : quibus Liberata:
ueluti intonuisset de cælo dominus Egredimini de cognatione ue/ Faustina .
stra / et quiescite in terra : quam monstrauero uobis relicta urbe /
et patre sui propositi hoste: suauissimum fuit mira ornamenta/ma
gnasq; diuitias spernere / et constanti animo pauperes pauperem
crucifixum sequi? Quid de Marcella clarissima: quæ de pingui pa Marcella .
trimonio / amplissimisq; fortunis nunq̃ sibi indulserit:nisi quantũ
ab intemperie corpusculũ tutari posset?Nec reticebo Thaidem no Thais.
bile scortum:quæ cum omis suas curas/ cogitationes mentem deni
q; omnẽ ad corporis cultũ cõtulisset : et summã fœlicitatem in uo/
luptate corporis collocasset : demũ Abbatis Panutii monitis reuo Panutius .
cata:omẽs fucos multiplices / ac præciosos ornatus in locum eminẽ
tem urbi in unum cõgessit: clamansq; Ecce uiri ægyptii merces me
as / animarũ uestrarum deceptrices.Pereant ne cũ illis pereamus :
subiectis flammis omnia optima fide concremauit . Nõ omittã no
bilissimã Fabiolã : quæ usq;adeo ornamentis corporis spretis : ani Fabiola .
mũ humilitate cæterisq; uirtutibus decorauit: ut non facile consti/
tuerim plus illa iculta:an. Q. Maximus toga: Fabiocũ familiæ or/
namenti p̃stiterit. Hunc unũ cũtando restituisse rempu.plenis buc
cis subsellia et celsa capitolia resonant. Quãtum uero iuuentis Fa/
biolæ baberet Roma miraculi : Hieronymi testimonio in mortua Hieronymus
demonstrauit . Ait enim illius mirandas·describens exequias. Hic
iuuentum chorus : illinc senum ; qui carmine laudes fœmineas / et

facta fetebāt. Non sic Furius de Gallis. Nō Papirius de Sānitibus. Non Scipio de Numātia. Non Pompeius de ponti gentibus trium phauit. Illi corpora uicerant: hæc spirituales neqtias subiugauit. Nō Plateæ. nō porticus. non immentia desup tecta capere poterant ,p spectantes. Tunc suos ī unum Roma conspexit. Pergerem huic lo co innumeras prisce sanctitatis matronas cōglutinare sūmis laudi bus/ sūmisq; admirationibus dignas: quæ nobis acutissimū ad abū dantioris cultus contemptum calcar icuterēt. Verum ne arduū uo bis fortasse appareat cū antiquitate certare: ex eis nonnullas: quas nostra hæc tempora nobis attulere potius adducēdas censui: quarū exemplis earū animi: quæ ad uirtutem natæ sunt: excitati: uirtutis

Paula Gon. decore lasciuiā floccifaciant/ atq; reiiciant. Habuit Mantua Paulā Gonzagā Illustrem fœminā uniuersa Italia celeberrimā: quā si dixe ro corporis cultū contēpsisse omnem suā rem in ædificādis istaurā disq; delubris: i paupum christi necessitatibus: i locandis nuptuiq; tradendis uirginibus: quæ quidē maxia sunt: erogasse: si nihil unq̄ illā omisisse: quod ad uerā humilitatē/ culmēq; uirtutis cōducat: si oīs deniq; ingenioli mei uires ī eius laudibus expendā: parū dixis se me profecto semp agnoscā. Primā Paulā: cuius modo mentionē fecimus: imitata Cæciliam uirginem suā filiam litteratū peritissimā

Cæcilia Gō. suo educatu: suaq; imitatione ad tātam sæculatium ornamentorū: ut ita dixerim: nauseam perduxit/ et ad religionem inflammauit: ut apud patrem primum Mātuæ Marchionem / uincere eius pro positum cupientem: causam cōstantissime agere non sit uerita. Ba

Baptista ptistam insignem Ariminēse solum habuit singulari humilitate/ pa riter et litterarum studiis præditam: quæ adeo animi ornamēta cor poralibus prætulit: ut nihil unquam prætermisisse uisa sit: quod ad pricipis aut præsentis / aut futuræ decus / et ornamentum ullo pac to potuerit attinere. At cæteris suis rebus gestis omissis: inuenio illam etiam uiuente uiro nedum humili habitu incessisse: uerum cæteras conciues et populares hortatu suo ipsoque temperatissi mis ornamentis: breuissimisq; uestium caudis usas fuisse. His fra

Margarita Ioannis Feruffini grantis uirginitatis parentem ad nectam nobilem Magaritam Ioannis Feruffini iureperiti / et æquestris ordinis coniugem: quæ hac nostra tempestate Mediolani claruit: Illam si abiectam

et inculta duntaxat edixero: uidebor dum rei noſtræ conſulo: mini
mam uirtutum eius partem attingere: quæ tametſi illi populoſiſſi
mæ Ciuitati honeſtatis prodigiū pene fuerit : nō minorem tamē ī
pignoribus ſibi famā uendicauit. Sic eni ꝑter naturā reliquarū pa
rentum filiarum monilia/et ꝑcioſa ornamenta litteras putauit : ut
plurimas : quas matrimonio adepta fuerat gnaras ita latia et græ
ca lingua dotauerit: ut uirguncularum ingenia /epiſtolas/ interpræ
tationes/ et elegantiam omnes laudarent: mirarenturq; inſubrium
et liguriæ populi. Operepretium erat: ſpectare puellas humili habi
tu uirginaliq; uerecundia rubentes oculis ī cælum tentis: tum græ/
co: tum latino ſermōe pſalmos chriſto Ieſu: et uirgini Matri decan
tare . horis ſtatutis ſilentio uti. ſuum quamq; oraculū diſtinctum
habere. inter ſe acutiſſime de interpretationibus peregrinæ linguæ
contēdere. Pythagoricas ac Socraticas in teneris pectoribus uerſari
ſententias: quas omnes uernantes paradiſi roſas: ne peſtilens aura
corrumperet cum clariſſimis parentibus paruuola quidē interiecta
mora: ſūmus rerū Spectator ad ſe glorioſa morte cōtraxit. Nequeo
omiſſas facere Corneliam Turrenſem/et Iſotam Nogarolam /con Cornelia
terraneas meas : quarū cū reminiſcor plurimū lætor . Sic et Apollo/ Tur.
dorū erithreū de Sibylla conciue ſua plurimū gloriatū fecerunt. Ha/ Iſota No.
rū prima cū fuiſſet diutius matronarū ueronenſiū corona/et ſingu
lare decus: ad extremū maiore aīo impetrato diuortio adhuc uiuē/
te uiro: diuino ſe cultui ꝑpetuo mācipauit. Altera uero uirginitatis
liliū et eloquētiæ flumē: quā merito ipſi Hortenſiæ poſſim cōpara
re: ſpretis caltranſq; terrenis illecebris humillima ueſte cōtenta: totū
litteris ſacris dedicauit ingeniū: Illis ſeſe oſtētat: Illius cōtinue ſacra
uolumina terunt genua : nunq̄ de manibus exeunt Aurelii diui /
aut Hieronymi libri. Difficilia fortaſſe iſta et laborioſa quis dicet :
quæ rariſſimæ mō uideātur attigere. Nolite animo labi optimæ Ma
tronæ. Eas præclariſſimas fœminas omni ex parte perfectas: ſi non
æquare: ſaltē imitari ne pigeat. et ita imitari: ut uideamini pudiciciā
omnibus rebus anteponere. Diuinam legem obſeruare. et potentis
dei ultionem uereri. Sic uos rogant ſacrarum uirginum chori/et oīs
Matrōarum cæleſtiū ordo. Sic ueſter præſul. Sic ciuitas tota. Date
hoc illis: quæ ſedulo ꝓ uobis orāt. Date Præſuli. date patriæ: ne ue

ſtrorum criminum pœneas luat: et aliquando ad uos conuerſa mœ
ſtiſſimas uoces emittat. diuinis cæſa: et attrita flagellis? Tu uero ſa
pientiſſime Præſul religioſorum decus et gloria: ad quem ueluti ex
longa peregrinatione lubens tandem: lætuſq; reuertor: ſi iuſtiſſimã
hanc legem: quam tuliſti: curaueris integram ſemper inuiolatamq;
ſeruari: tantam tibi gratiam apud Bononienſes comparabis: q̃tam
antea nunq̃: quæ et ſi nunc grauis quibuſdam ſit atq; moleſta: bre
ui tamen cum tuam in ſe charitatem intuebuntur: mollis: dulciſq;
reddetur. Morbo laborantes medicum ſæpenumero deteſtamur: cõ
uiciis probriſq; laceſſimus: quem eundem conualeſcentes non par
uo honore proſequimur. Nullũ eni de benemeritis tuis erga illos:
licet multa ſint: uel maius charitate: uel utilius correctione: Poſte
ri: ad quos tua fama deuenerit: cum uiderint ciuitatem pudicicia
boniſq; moribus florere: nec quicq̃ unq̃ ubi tantæ curæ fuiſſe: quã
tæ fuerit Dei optimi honos: et illius augendi uoluntas: geminas ten
dentes ad ſydera palmas tibi gratias agent: et futuri temporis eris ſẽ
per cõmendatiõe uicturus: nec tuis laudibus ulla unq̃ ætas finem i
ponet. Tanta eſt egregia tua et apud omnes laudata conſtantia.
Tanta eſt religio. Tanta animi rectitudo: atq; modeſtia: ut q̃ diu
tius tecum immorer: maiorem eo in me diffidentiæ notam legen
tes interpretari queant. Quare mihi modum imponens tuã domi
nationem exoratam cupio: ut pro ſingulari ſua: ingentiq; uirtute
honeſtiſſimam hanc honoris pudiciciæq; defenſionem læta ſuſcipi
at et ſanctam ſuam legem curet fore perpetuam.

Matthæi Boſſi ueronenſis Canonici Regularis:
ne fœminea ornamenta Bononienſibus.
reſtituantur: ad Beſarionem
Cardinalem
atq; legatum cohortatio
FINIT.

EIVSDEM MATTHAEI ORATIO IN AZIMO RVM DIE DE BEATA DOMINI COENA .

m Ecum ipse cogitãs quibus ingenii uiribus : qua sententiarum grauitate: quo eloquentiæ flumie opus sit apud uos Patres reuerendi mihi/ Ciuesq; ornatissimi de re magna/ diuinaq; dicturo : plane ab huiusmodi dicendi munere abduci magis:q̃ ullo quidem modo excitari me sẹntio . Neq; eni is sũ:q aut aliqua egregia dicẽdi gratia/aut ulla ea apud uos tales/tãtosq; uiros fungar auctoritate:aut certe præstem uel ætate/uel meritis:ut uestros iure animos de re tanta dicendo possim in me conuertere . Cæterum cum apud Ciceronem me legisse contra meminerim Malle se indisertam orationem:q̃ morosam/stultamq; prudentiã . No. Sanctæ illius quoq; cum reminiscor Sententiæ Melior est obedientia:q̃ uictimæ/et uir obediens loquetur uictorias . Deniq; cũ ita iã quidem primum omnium uestrum oculos intueor benigne/ intentosq; in me esse coniectos : quod Oratori plurimũ solet afferre præsidii:mihi ipsi futuram a uobis ueniam utiq; spero :si quid minus inuentum argute/delimatumq; studiosiore cura protulero. Hic tãtũ q̃ reuiuiscens uires sumo/animum labentem reficio . me ipsum adhortor:ut demandatum hoc pulcherrimũ mihi negotium minus iã timide obeam mirabili obediẽnæ fretus uirtute /et uestro lætissimo Patres aspectu. Conabor itaq; ne de me ipso plura superflue prosequar:ut quidem potero:de inclyta ista/et sacrosancta domini cœna complexe aliquid atq; breuissime dicere quod eo prudentius / atq; consultius uideor mihi facere/q; te hodie prius Timothee pater ea maxima dignitate. copia. eloquẽnæq; fulgore: quibus omnis Superas : populari tua in concione mysteria ista tractantem audiuimus tanta plane intentione /et mente : ut nunc etiam prope lachrymantes tuam diuinam uocem uideamur audire . Festinat quoq; hora rei sacræ in ecclesia persoluendæ:quæ nos teneat ad umbras usque serotinas : Quare me ut expediam Patres: uiriq; clarissimi. Proponitur nobis hac cœna præcipue diuinum epulum/sanctaq; libamina uiuentis Agni in salutem /et uitam eorum omnium comperta : qui in ecclesia dei sancta membra sunt uiua. In quo plane cõuiuio

Saluatoris /et magni dei nostri claret immensa illa benignitas : qua
ut nos extinctos/sepultosq; peccatis ab origine mundi prima uiui /
ficaret /ad cælumq; erigeret:descendit ipse a paterno sinu / Sublimi
q; celorũ gloria i similitudinẽ hominũ factus / et habitu iuẽtus ut
homo : non dei formam :sed serui agens:quo subducto maiestatis
splendore per crucis oprobrium :eam necem subiret : quæ contrari
um tanq̃ antidotum totius mundi interitum aboleret. Qui consur
gens deinde ab hac tanta indignitate / passionisq; ignominia de
mortis triumpho gloriosus/cælestiaq; repetens / ne hominem tan/
to præcio cõquisitum /et sanguine partum desolatum/ pupillumq;
dimitteret :nobiscum ad finem sæculorum usq; dignatus est agere
hoc in sacramento salutari /atq; mirabili:Quam tantam fœlicitatẽ
æuo huic nostro postremo tã benigne collatã quæ uoces:quæ ora:
quæ linguæ poterunt personare satis abunde unq̃ / aut digna cum
laude/Retrospiciamus parumper:si lubet:anteacta tẽpora reliqua:
conferamusq; illa cum fortunatissimo/christianoq; Sæculo nostro.
Habuit prior illa ætas tam cito ferme collapsa:q̃ genita in terrestri
Sæcula Not,
Paradiso de pomiferis lignis magnæ suauitatis alimenta /nulla cu/
ra/nulloq; labore quæsita:cui iuidẽte Diabolo oĩum malorũ aucto
re factum est ut ide magni propulsi Parentes/extores miserabiliter
egerint cum successo hactenus /successuroq; in omne posterum tẽ/
pus hominum genere . Altera:quæ naturæ nomen accepit: q; cum
nullæ adhuc essent leges/sola hominibus prælucente natura degere
tur:consecuta est ætas:et ea quippe cum laboris sudore/ æstuq; diei
agrestibus bacchis/duroq; aruorum partu curato/sibi uitam suppe
ditauit:quam tandem omnem insignem/præposteramq; libidinem
sine frõte/ruboreq; exercentem iratus deus cathaclysmo demersit .
Ab Noe uero/suisq; liberis insequens reparata Progenies et uini /
et pecoris esum idulgenter accepit. At postea israel exeuntre de Egy
pto/et Moise illum ductante rubro Mari sicco pede tranato/per de
sertũ errantibus omnisapidum manna cæli depluuerunt:quo.XL.
per annos saturati fuere. Habuerunt deinde sub lege fumãtes in sã
guine et tostos igni hircos et uitulos:aliaq; holocausta similia tum
pecorũ rũ aliũs:quæ mũda dixerunt/et propositionis panes/futuro
rum ut iquit Apostolus umbræ atque figuræ : quibus tum delicta

piatē diuināq; rem agerent . Vbi tandē hoc nostrum aduenit / ple
nitudinis gratiæ tempus Angelorū pane esse cœpit homo / fierenq; di
uinus diuino de cibo . O stupor . O gaudium . O et fœlicitas : ut
maiestas illa dei tanta : quæ cuncta creauit / et creata æterno tuetur /
et moderatur imperio / quā nulla uasta terrarum spacia / aut cælo /
rum imensitas capit ad huc inefabilis bonitatis / pietatisq; descende
rit ut per hoc substantiale uiaticum conuiuiumq; beatum esurienti
beatam homini uitam se cōmunicare nec sit dedignata : ut hac cum
participatione mirabili unum fieret seruus et dominus / mortalis et
deus / creatum atq; Creator . O stupor iterum inextricabileq; mira
culum : quod ab aliquo nunq̄ potuit / poteritq; deprehendi Et.n.
quis enodabit / ut stare accidentia possunt sine ea : quæ illis necessi /
tate semper est comes : dico substantia ? ut infringi eadem / atq; cō
minui diuina integra / atq; humana permanente natura ? atq; idē
numero corpus diuersis aris / sacrisq; abditis simul haberi / atq; se
uari ? attolli conspicuum / summitti ocultum / ire / redire / motariq;
simul ? et pleraq; alia similia : aut certe maiora : quæ sensum omnem /
ingeniiq; uirtutem effugiunt ? Tanta ista / tanq; inextricabilia so
lam deus : quæ taperet / atq; perdisceret : esse uoluit fidem : quam Fides.
qui non habet : nec hacterus didicit a sermone Christi hauriat : qui
contestatur / et inquit Ego sum panis uiuus : qui de cælo descendi :
de quo quisquis ediderit : uiuet in æternū . Si itaq; mentiri deum nō No.
putauerimus : quod tantum nefas nemo prorsus · nisi insanus suspi
cari quidem potest : ut arcanum teneamus / profiteamurq; constan /
ter / necesse utiq; fiet . Quamobrem ad tanti / tanq; abditi mysterii
sacramentum non solertia / exploratioq; humana : sed alma et ful /
gida fides euocanda est : quæ nos tantisper erudiat : quoad euacuata Nu.
fide / per se se ueritas homini flauescat in cælo / et in nobis illud de
psalmo compleatur oraculum Sicut audiuimus / sic uidimus in ciui
tate domini uirtutum / in ciuitate dei nostri / deus fundauit eam in
æternum . Suscepimus deus misericordiam tuam i medio tēpli tui .
Quæ alia misericordia suscepta maior / ac gloriosior in medio tē /
plo dei : q̄ ista / quæ animas sacerdotū / cæterorumq; deinde fidelium
impinguat atq; inæbriat : quæ nos beatos / et certe diuinos efficit : si
ꝑparati / splendidiq; uirtutibus ad beatam hanc mensam accesseri

mus? Ad quam aliter ire quisq; sibi caueat:ne cum proditore disci
pulo a domino audit Qui intingit manū mecū in catino : hic me
tradit . Vt .n. cælestis iste cibus / et nectar bonis est odor uitæ in ui
No.Symposium tam / malis æque est odor mortis in mortem . Illud optauerim imi
taremur:quod scriptū reliquit i Symposio septē sapientum Plutar
chus:ubi ex sodalibus unum ita loquentē inducit : An non putas:
ut eorū:qui ad cœnā quosdā uocant cōuiuas / apparatū quempiam
esse oportere:ita et eorum: qui uocati sunt ? Seuaricenses recte (ut
opinor) uno ante anno mulieres ad cœnas iuitant / ut magno ocio
uestimentis et auro ornatæ tandem ad cōuiuium uadant . Ego eti
am longiore tēpore opus esse puto iis: qui recte / et decenter in cōui
uio futuri sunt: quoniā difficilius est moribus condecent: q̄ corpori
amplū et superuacuum ornatū inuenire . Quamobrē optime etiā
Apostolus . et scire noster Apostolus admonet explorare se quēq; et longe ante
præparare / et sic de pane illo edere / et de calice bibere : quod qui
non facit iudicium sibi manducat et bibit . Sic et istis carminibus
Dauid. Dauid de fide mysterii: quam diximus deq; præparanda conscientia
recta Confitebor tibi inquit in toto corde meo in consilio iustorū
et congregatione . Magna opera domini exquisita in omnes uolū/
tates eius Confessio et magnificentia opus eius / et iustitia eius ma/
net in sæculum sæculi . Memoriam fecit mirabilium suorū miseri
cors et miserator dominus : escam dedit timentibus se . Quid est (
uestram oro fidem) patres . Quid egregii / eruditiq; uiri hæc in to
to corde bis repetita confessio de magnificentia operis dei: nisi ani
mosa / securaq; exultantis ecclesiæ de tanto fides mysterio: expresso
quidem mirabilium misericordis / et miseratoris dei nūcupatione ?
Et dare diuinam escam timentibus se: nisi innoxiis / ipollutisq; cri/
minibus nutrimentum de cælo porrigere: qui quanta omnino fide/
pietate / innocentia / pauoreq; possunt hanc suauem escam / uitalē
q; delibant ? Oportet igitur / ut iam paucis: quod concepi: conclu/
dam / uosq; anteq̄ tedeat lætos dimittam: uniuersos qui sapientes :
qui christiani / qui deniq; homines / non uero pecudes esse / diciq;
desyderant: hanc beatam / cælestemq; cœnam ardenter appetere / In
ea diuinam / humanamq; naturā intrepide profiteri / et pia animi
adoratione uenerari. Ad eam deinde tanq̄ preciosis indumentis: et

nuptialibus uestibus sic cōscientia nitida / eximiaq; uirtute ornatos
intrare. Quod ut imbecilles ipsi possimus Patres / Viriq; dignissi
mi: nostram crudelitatem / deuotionem / mentes et opera illustret /
et fulciat imolatus pro nobis/in cibumq; ellargitus pius Iesus et op /
timus maximus: cui hymnus et gloria æternis Sæculis Amen Dixi.

MATTHAEI EIVSDEM ORATIO IN BEATA DOMINI COENA.

Odiernus hic dies Reuerēdi patres / Viriq; Clarissimi prisca
h et sacrosancta Saluatoris gesta: quæ pridiæ: q̄ pateretur æter/
næ memoriæ cōmendauit: solēni / nobis reuocat ritu: et pios
ante oculos ponit: quæ etsi / tam numero effundere: q̄ magnitudi /
ne ac dignitate obtuere meū facile possint igenium Imbecillū sane
ac rei tātæ pexiguū: nō est tamē cur ab eo me subtrahā munere: qd̄
a me uos optimi Patres / Viriq; clarissimi dudū expectastis. Eqdē
teor ab omni Adæ principio / posteritateq; / neq; repertū queq̄ / neq;
reperiendum idum humanæ res stabunt: q̄ præsenti dominicæ cœnæ
mysterio / a nobis modo suscipiēdo / merā enarrationē possit affet
te. Quod n. super humanū ingeniū est / ac rationē: ut super affa/
tū sit necesse utiq; est. q̄ si non diuinæ laudis amor: fructusq;: q̄ ma
ximus ex re ista colligitur: me p̄moueret: nihil ꝓfecto maioris teme
ritatis: q̄ hoc aggredi tantū / tanq; diuinū facinus mihi ꝓrsus uide
retur. Quoniā uero animus prōptus: et eo: qui omnia uincit amo/
re deflagrans: nequit cohiberi: quin quantā sane potest pscrutatio/
nē et studiū ad diuina rimanda suppeditet / et infantiū more quod
fari nequit / sæpe balbunat. Ita nunc ego ide p̄motus auspicio / af /
flatuq; iuorato diuino quātula potero orationis luce / ingeniiq; co/
natu: si non alta / at uero summa leuioraq; tamē uix tangā / ac deli
babo: ea. s. quæ passutus dominus hodierno die: quē azimorū pri /
mum hebræi nuncupant: cum discipulis palā dignatus est agere mi
rabilia quidem: et dū peregrinabimur a cælesti domicilio: nobis cū /
ctis suauia / ac salutaria certe futura. In quibus pertractandis: si irē
tam dabitis mihi operam: ut iam dare uos uideo: haud fructu care /
bitis egregiæ deuotionis: atq; etiam non parui: ut spero: meum: In

quo Deus ita me adiuuet: ut ita fieri magnopere opto/precorq; sup
pliciter. Itaq; ne uos suspensos diutius teneam : et immensum cam
pum peragrando molestior fiam: ab eo: quod Lucas refert: auspica/
bor initiũ. Etenim isto Iouis die: qui: ut diximus: erat inter azimos
primus. Petrus atq; Ioãnes Vbi parari tibi Pasca Praeceptor iubes
Cœnæ locus. interrogant : Quibus ille in Ciuitatẽ inquit abite et occurret uobis
homo lagenã aquæ portans: quẽ sequimini in domũ: in quam itrat:
et dicite patri familias domus. Magister dicit ubi est diuersorium :
ubi meis/cũ discipulis pasca manducẽ ? et ostendet uobis cœnaculũ
magnom stratum: et parate ibi. Quæ omnia impigre illi effecere.
Porro pater ipse familias nunciata accipiens ingẽti lætitia: comiter /
benigneq; retulit En triclinium insigni stratũ cultu exedræq; mollis
simæ. En quæ ad cœnam euntibus cõgruunt: recte / splendideq; in
structa. Vasa egregia, Opiparæ epulæ odoramenta. Sapores. Vos
Apparatus loco / ordineq; discumbite. Vos pasca celebrate. Vos patrios ritus
mirus. explete. Ipsa iam tota uestra sit domus. Sunt q dicant apparatũ
hunc regalem fuisse: et Herodi dicatũ a Gallilea Hierosolimã ad Iu
deorum solẽne uenturo. Sed Regem diuina prouidentia mutato
cõsilio ide alio diuertisse qbus sunt argumẽto ea strata magnifica /
No. Catinũ. Toreumata. Catinusq; ille: quo nullus preciosior lapis. nulla gem
ma nobilior. nulla Species Vasis admirabilior: quo Genuenses se se
clariores / ac fœliciores esse gloriantur omnibus populis. His ita ac
tis / atq; dispositis cũ reliquis Discipulis Vesperi Dominos affuit: q
subsistens / ac ingemiscens. Ego inquit o filii desyderio desyderaui
hoc pasca manducare uobiscũ anteq̃ patiar Discũbite omnes: Qui
bus sane discũbenobus / ac conuiuãtibus cœna ipsa ꝓditoris patefac
to cõsilio/tristis reddita ẽ: fœlix tamẽ diuino epulo/cælesoq; nectare
Institutum ueri corporis / ac sanguinis christi: cuius sacramentũ tunc cœpit in /
Sacramentũ stitui / fideliũ animarũ uitale robur : ac suaue uiaticũ (si uita non
magis) mansutũ nobiscũ q̃ certe diu Sacrosancta terris manebit ec
clesia. Quæ pia cunctorũ mater /ac beatissima ꝓpinat illud /atq; i
partit omnibus iis: q fide / pietate / ĩnocentia / cæterisq; uirtutibus
culti ad hanc insignẽ uiuificantemq; nuptiarum agni cœnam nitũ
tur accedere : Cœnam inq̃: quæ alioqin nec nutrit / nec uegetat :
sed intermit : nisi fidei luce magis: q̃ palato gustetur. Nullum .n.

altius:quod credi oporteat: ſacramentum accepimus : et in quo ſe
uinci humana ſic fateatur ſapientia omnis / atq; cognitio . Panis
iſte / panis uiuus : qui de cælo deſcendit : eſt : Quomodo uiuus ?
Quomodo de cælo delabens ? niſi q; in eo uerus / et ſpirans deus de No.
deo / homoq; de homine continetur ſubſtantialiter / ac ineffabili /
ter Chriſtus ? Quod ſi carnem / ſanguinem : et animam : et cum his
pariter glorioſam / et ſempiternam diuinitatẽ hoſtia contineri non
prompte fateremur: aut calicis Sanguinem cum omni diuina ſub /
ſtantia uigere in corpore ſi hæſitaremus: quomodo piaculum / et re
demptio mundi in beato Sanguine Chriſti ? Idem ergo : unumq;
Hoſtia / ſacraq; libatio : quod profiteri potiſſimum / et credere in /
dubie conuenit omnibus : qui ſub chriſti uexillo conueniunt: et in
baptiſmatis fonte nomina dant . Sed deus immortalis q̃ eſt profun
dum arcanum hoc / et perdifficile captu : ut ſub forma paululi pa /
nis / uiniq; / integer chriſtus ui ſacramenti ſe ſe recipiat ? At ubi ca / No.difficilia
put? At ubi pectus ? At ubi manus ? At ubi crura ? Quibus lineis ?
Quibus coloribus ? Quibus ponderibus ? qua quidem facie maie
ſtas regitur / et oculitur tanta ? quonam pacto in inteſtina demitti /
tur: digeritur / egeriturq; ? Taceo qua uirtute: qua ue natura non No.
impreſſa ſubſtantiæ Ipſa accidentia uigere queant / atq; ſubſiſtere .
Quis locus / ac ſitus glorioſum illud definit et conterminat corpus.
quo agitur motu. Idem ut etiam numero una opera innumeris aris/
innumerisq; piſcidibus / atq; calicibus indiuiduum capitur. nec au
getur conſecrando / nec ſumendo minuitur. nec diſſecta hoſtia diſ
rumpitur: nec trita conteritur. Dum in humanis agit Chriſtus: dũ
cruci ſuffixus emoritur. dũ ſepulchro / atraq; umbra tenetur: igno
ta orbi latet ipſa diuinitas: Quod humanum eſt / et infirmũ : quia
inſpici / tractari / agnoſciq; poteſt: facile creditur. Verum enimuero
hoc in ſacramento / atq; myſterio ſic omnia latent et deliteſcunt: ut
nullum plane acumen uſq; mortalis ingenii horum quicquam aſ /
ſequi poſſit: neſcio ne immortales fortaſſe Angeli / fœlicesq; in cæ /
lo animæ superni luminis dono illud attingunt. Cur uero eſt ut de No.
ſacramento huiuſmodi tantũ nihil niſi per fidem percipi poſſit : ſi
recte uideo: ſanſq; ſapio: hæc plane ratio compertiſſima eſt : Quia
fieri non poteſt ut intellectus humanus aliquid noſcat : quod ſub

ſenſu ante non cadat: Sed horum penitus: quæ diximus: omnium:
nihil uiſibile oculis eſt: nihil tractabile manu: nihil odorabile nari
bus: nihil et ſonorum auditu / ac ſapidum guſtu. Panis / atq; Vini
formas inſpicio / et eſſe Saluatoris corpus et ſanguinem animoſe cō
teſtor: atq; etiam pronus adoro. Nihil conſpicor ex eo carneum.
nihil ſentio ponderoſum. nihil humectum. nihil et ſolidum: et exp̄ſ
ſam tamen corporis Chriſti / meamq; ſubſtantiam eſſe profiteor.
Quod cum ita utiq; ſit: ut archanum hoc / omnem uſq; adeo ſen
ſum effugiat / ut intellectu capi non poſſit: quoniam abdita dei my
ſteria / uirtutemq; ſummam illius Maieſtatis æternæ incomprehen
ſibilem eſſe neceſſe eſt: quemadmodum deus incomprehenſibilis ē:
quod meditatum iſtis carminibus Dauid mihi plane uidetur In ma
ri uiæ tuæ / et ſemitæ tuæ in aquis multis / et ueſtigia tua non cogno
ſcentur: Idcirco diuina nos miſerata benignitas / tum ſacris pro
phetarum uocibus: tum figuris q̄plurimis: conſpicuiſq; deinde mi
raculis / ut intrepidi aſſentiremur ueritati / et ultro mitteremus col
la ſub iugo: mentes noſtras ſtabiliuit in fide: et hæſitantia corda fir
mauit: ſuumq; ad hæc teſtimonium: quo nihil eſt maius: adiecit: cū
ſe ſumendū apoſtolis tradens Accipite et comedite inquit. Hoc eſt
corpus meum: quod pro uobis tradetur: atq; alio iterum loco: Qui
manducat meam carnem / et bibit meum ſanguinem in me manet /
No. et ego in eo. Propriũ enim erat tanto huic Sacramento non eſſe
uulgare: Sed neq; tam abditũ / ut credi omnino non poſſet. Qui
Apoſtolus. deo credit / et hoc nō credere ꝓfecto non poteſt. Recte igitur Pau
lus de re iſta ſubtilius cum loqueretur. Ego enim inquit accepi a
domino: quod et tradidi uobis: Qui idē Corinthias inſtituens Vir
gines: De uirginibus aūt præceptum domini non habeo: conſilium
autem do tanq̄ miſericordiam conſecutus a deo: Et circunciſionē
quaſi ad interitum ductam explodens etiam intulit Ego Paulus di
co uobis quia ſi circuncidimini: chriſtus nihil uobis proderit. De
iſto uero Eucharistiæ ſanctæ myſterio nihil audet amplius loqui. ni
hilq; p̄cipere: q̄ quod accepit Saluatore Chriſto tradente. Ad hāc
Quanta igitur cœnam euntes quotidie uiri Patres: quibus eſt propenſius re
p̄paratio. ligioſa res curæ: uoſq; reliqui generoſi / ac deuotiſſimi in chriſto fi
deles: quibus nō tam frequens quæritur menſa: tanq̄ Sodales uobis

assiscire tantum fidei primum: ut animo nihil relinquatur ambigu/ um. Tantam pariter Vim Charitatis: q̃tam exigit magnitudo / ac liberalitas inuitantis. Postremo tantum humilitatis atq; tremoris: quantum postulat eminens super omne creatum Sublimitas rei: de qua tanq̃ de summo uertice ut iam ad ima Saluatoris nostri patien/ tiæ et humilitatis exempla descendā me tempus ortatur. Postq̃ exē pta fames epulis: mensæq; remotæ: p̃cinctus linteo / et aqua ifusa la bro / Apostolorum pedes procumbens lauat / a Proditore: ut non nulli putant: incipiens nulla uel conscientia / uel rubore suffuso: uel deniq; officio / atq; humanitate / illecto: quod effecisse creditur: ut suo nos imitatu edoceret etiam inimicos a nobis diligendos. Deni que eo quidem ordine: quem cum euangelium legeretur: audistis: omnibus lotis / tersisq;: sermonem sic orsus adiecit. Scitis quid fe / cerim uobis. Vos me uocatis Magister et domine: et benedicitis. Sum etenim. Si ergo laui pedes uestros dominus / et magister: et uos debetis alter alterius pedes lauare. Exemplum enim dedi uobis / ut quemadmodum ego feci / et uos faciatis. O nouum apud homi nes / inauditumq; miraculum. O uesperum semper recordatione dignissimum. Quis rem tantam hanc crederet: anteq̃ factam? ut rerū omnium potentissimus / et inefabilis genitor: cui uniuersa ob/ temperant soli: et in cuius manu omnis superior / inferiorq; natu / ra / ceu gleba in manu figuli posita est: cuius Sanctum / et terribile nomen tartara pauent: quem hymnidici Angelorum Chori æternis concelebrant laudibus / et in perpetuis Sanctorum splendoribus an te luciferum genitum adorat Terra. pontus. et æther: se se ita de / presserit non modo infra seipsum: qui deus est: aut infra uirtutes cæ lorum: quæ fœlices plane sunt: Sed infra mortales ipsos: quorum et labor / et dolor est omne: quod uiuunt: ut tam dire uexatus / con / tempteque habitus gemat apud prophetam Ego enim sum uermis et non homo / obrobrium hominum / et abiecto plebis? de quo et uaticinetur Esaias Et reputauimus eum quasi leprosum / et percus sum / et humiliatum a deo. Et magnus gentium doctor Aposto / lus exinaniuit semetipsum serui formam accipiēs? Quid est o uos deuotissimi per pietatis uiscera / aut leprosum esse ac uermem: aut exinanitum etiam: nisi ad illum humilitatis / et abiectionis gradum

Christi exem plum ad hu. militatem. No.

g.iiii.

descendisse: quo nullus inferior. nullus contemptibilior. nullus et
Imitare Tu Homo. despicacior audiri potest? Hic tecum cogita fidelis anima / deoq;
deuota quid ipsa debeas. quid de te præstes: cui tam memorabilem
deus ipse formam humilitatis expresserit / oculisq; subiecerit. Eru/
besce. Erubesce. immo potius paue / teq; ipsum pene exanima qui
cunq; etiam cum bene egeris turges / et insolescis: qui contendis: et
exudas studio laudis: qui tentas et peragis omnia ut uideare / digi/
No. toq; monstrere. Non enim uir bonus eris unq̃: si cum recte agis et
honeste: oculos hominum quæris / nisi quatenus forsitan ii in hoc
deo laudent: utq; aliis æmulandæ uirtutis exempla suppedites. Ha/
beamus itaq; nihil humilitate præstãtius. nihil antiquius. nihil ama
bilius. Per hanc enim perditum redemit hominem Christus. Per
hanc intacta puellula euasit genitrix dei. Per hanc cæli municipa/
tum Angeli tenuere: Vnde clarus Lucifer pellitur. Per hanc Son
tes diluunt inquinamenta facinorum: et gratiarum Sancti dona cu/
stodiunt. Quid plura? Tu tandem immensæ teatrum es Trinita/
No. tis. Talamus dei et hominis Christi. Angelorum diuersorium.
Mortalium quies. omnibus grata. omnibus iucunda. omnibus ami
ca / planeq;: et salutaris: de qua si quantum tua postulat dignitas di
cere uelim: erit equidem mihi anteq̃ desim / nox ipsa iungẽda cum
die: Sed est nobis ad ea: quæ supersunt: pergere deo benefauente
propositum. Ad hæc igitur: quæ fiebant: cum omnes attoniti sta/
rent / et miraculo tanq̃ extra se facti: in Petrum se se dominus uer/
tens: Sic illum affatur. Ecce te Simon ut cribraret / Sathanas expe
tiuit: Sed pro te ego rogaui / ut non deficiat fides tua: et tu aliquã
do cõuersus confirma fratres tuos. Pius docet / et admonet filios pa
ter / et oblitus eorum: quæ passurus ipse mox erat: cogitat propensi
No. Petrũ. ore cura de filiis. Tu cõtra o Petre ardens / et magistro obsequen
tissime tuo quid inquis? Domine paratus sum tecum et in carcerẽ
et in mortem ire. Sed Heu nescia mens hominum fati / sortisq; fu
turæ: et rebus seruare modum sublata secundis: tanta audentem
in fugam uertit: et trepidum cogit peierare per sancta nescire se
hominem: neq; hominis unquam fuisse discipulum puella hostii
custos. Iesus uero: ne ab instituto discedam: firmatis discipulorum

animis: postremum hunc habuit de dilectione Sermonem. Filioli mandatum nouum ego do uobis/ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. In hoc cognoscent homines: quia discipuli mei eritis: si dilexeritis inuicem. O insigne/æternumq; legatum. O uox melle Suauior. Tu tuis filiis Christe Saluator non Arua. non pecora. nõ tecta. non aurũ. non uestes ac gemmas. Sed quæ rebus omnibus potior est: Charitatem mutuam legas: quæ illa est: Illa inquam: quæ te dei filium/ hominem fieri: et cum hominibus uersari. algere. esurire. sitire. et tandem horridæ crucis supplicium ferre compulit sola: quemadmodum tu te prophetico ore testaris/ Charitate perpetua dilexi te/et attraxi te miserans tui. Hæc uera est Sanctorum hæreditas. hæc certa filiorum adoptio. hæc beata et sẽpiterna possessio. Qui sunt de Libera nati. Qui christi signaculum in frontibus gestant: Qui in domo domini crucem dominicam baiulant: qui alioquin quanta ui possunt/atque sudore elaborant erecti Spe uitæ beatæ: hãc hæreditatem adeant. hãc seruent. hanc colãt. Neq; q; neque at quisq̃ ullo mõ dissimulet. Nihil est. n. tam natura insitũ homini: q̃ q; homo hominẽ amet/mutuũq; recipiat/et p̃stet auxiliũ. Sed neq; q lædunt/et prouocãt honeste possũt ab officio/istaq; dilectiõe secerni. Vtrũq; ab imortali Christo iubemur ut aicos/ et inimicos æque. s. diligamus: quod q nõ facit/et nefarius/et paricida/ atq; ipa ẽt uita indignus est iudicandus: q neq; deo obtẽperet/ neq; naturæ. Potest ne quicquam esse malignius/ teeriusq;: q̃ dissensiones/ et odia ad mensam domini sanctã epulaturi/mox non deponere/quã ideo petimus: ut ipsi gratiam/ueniamque assequamur? Hoc non hominum quidem: sed beluarum truculentissimarum est/ad pabula/prædasq; rixari. Conuiuium si iis: qui etiam antea nunquam se uiderunt gratiam/amoremque conciliat: quanto uel magis proximos: qui inimicicias exercuerunt: in beniuolentiam reuocabit? In hoc christiani ipsi ab Africano superiore: et Ti. Gracco deducamus (si non pudet) exemplum: qui ambo rerum gestarum magnitudine/et honorum/ac uitæ dignitate inclyti uiri/cum dissensissent sæpe/et inimicicia ac simultate se uicissim prouocassent: Eo die celebri: quo Senatus in Capitolium ad solẽne Iouis sacrafitium epu

Dilectio legatur

No. et facito

latum conuenisset: iunctimq; ambo una mensa locarentur: repente ambo mutuo conuersi alter alteri dextram sponte porrexit: charissimi ad rē sacrā ita facti: ut Scipio filiā uirginē/et uiro inaturā Graeco eo i loco despōderit. Sed ad cœptū euāgelii ordinē redeamus lā/ q; finē quærat oratio. His actis demū cū suis noctu Saluator in hortū secessit: Vbi intentius orans procliuis in terrā: factus in agonia tanto est horrore correptus: ut de omni corpore sanguinis guttas horror excussent / atrox passionis exordium: quam acerbam / atq; funestam commemorabit nobis insequens dies. Quare iam hacte/nus ista: quæ: ut potui: de Cœna. de Viatico. de Dilotis pedibus. de Confirmato discipulo. deque Charitate disserui. Quæ omnibus utinam nobis usui sint / ac sempiternæ Saluti. Dixi.

SALVATORI DEO DECVS ET LAVS.

EIVSDEM MATTHAEI BOSSI VERONENSIS IN MAGNI AVRELII PATRIS NATALEM FESTVMq; DIEM ORAtio.

VOtiens reuerendi Patres, uirique clarissimi/ hæc alma lux nobis anniuersariaque celebritas redit: sic eam cætus sacer hic noster fortunatissimus/ atque

pulcherrimus concelebrare merito debet: sic nouis coornare laudibus: sic solénibus præconiis/hymnisq; attollere: ne diui Aurelii fœlicissimæ huius religionis nostræ fundatoris atq; parétis uel adoptionem uel nomen frustra accepisse uideamur/siccis si labiis splédidissimum hunc/faustúque diem digna gratulatione carentem/aut hebescere/aut omnino uacuum sua luce emigrare sinamus. Et quamquam indoctior ego/et impuro ét forsitan ore non te dignam satis magne/ac diue Parens possim orationem præstare: sintq; tua erga nos omnes immortalia merita longe profecto maiora: q̃ mortalis ulla facundia/ardore tamen nescio quo mentis impulsus: neq; ꝓrsus desiete tuis a laudibus posse: neq; certe debere me uideo. Quid enim tam arduum/magnumq; susceptu: quod beatissima/ac feruentissima Charitas/et de sanctis dei fiducia eximia aliqua non assequi possit/et semper assecuta non fuerit? Quid æque tam quoquo modo laudabile/tam ue conueniens: q̃ q; pro uirili quisq; eum in cælum sustollat spectabili cultu/summoq; bonore: ꝑ quem in cælum ipse dirigitur? Tuo nanq; auspicio: tuoq; numine pater Aureli regularé hanc uiuendi formam adorsi sumus. Te magistro in ea recte/beateq; uiuimus. Te duce fœlici cursu ad incorruptibilem et gloriosissimam cæli palmam anhelamus/atque contendimus. Nam si Ceres/ q; in athica pro glandibus: quibus prior illa uescebat̃ ætas: rei frumentariæ usum/et molendi/conficiendiq; negotium reperisse credita est. Si carmenta litterarum miraculo: quarum nõ modo characteres: Sed cõiunctiones et sonos intulisse ferunt: Si ob primú lanificium Minerua, ob præcipuam uirginitatem Vesta i dearum numerum relatæ súť: si conditores urbium. Si liberatores rerũ pub. Si datores legũ. Si et reliquos multos de rebus humáis quoquo modo optie meritos diuinis honoribus decorauit antiquitas: an ipsi nõ igratissimi nati: degeneresq; discipuli: si hodiernú búc dié tumulatú laudibus: hymnis/Sacrisq; carminibus tibi diue Augustine pater nõ cõsecramus? Si ad te genua nõ flectimus? Si tuas aras: tuasq; imagies fœlici lauro/floribusq; nõ cígimus? thura suauesq; uapores nõ icendimus? qppe cui uni ois ætas. ois Sexus. ois status/oisq; códicionatirũ equidé debeat: ut qui iá te non ueneratur/aut nõ syncero cor

Ceres.

Carmenta.

Minerua.

dis affectu/cultuq; ꝑsequitur:is uel excors sit / uel prorsus iniquus:
qui nec mereatur amplius Solem inspicere: quando tuum fulgorẽ \
tuæq; doctrinæ lumen nequeat intueri. Sed neq; satis ipsis ut fruat
dignus appareat elementis: cum tuis tot/tantisq; uitæ pabulis se aut
pigeat aut uesciat saginare: cum denique nõ obstupescat te cogitãs
non in unius gentis/uel ætatis utilitatem concessum: Sed in publi/
cam omnium salutem et uitam/sempiterno diuinæ prouidẽtiæ mu/
nere de cælo delapsum: in quo nesciat quid primum admiretur/an
uitæ sanctimoniam/an magnitudinem animi/an ubertatem inge/
nii: an facundiam/et nitorem eloquii/an doctrinam auream et salu/
tarem: cum lingua: tum infinitis pene uoluminibus in orbis terræ
totius fœlicitatem atque salutem disseminatam et sparsam: dum sæ
cula steterint/ quottidianos et admirabiles pietatis fructus allaturã.

Augustini Ingenii.

De cuius ingenii sublimitate/atq; fulgore: ut ad uos Patres Sermo
iam redeat: si cum reliquis/uel sanctissimis uel doctissimis: quos aut
usq̃ uidimus: aut unq̃ legimus uiris comparatio fiat: quid aliud de
beato/pletioq; hoc domicilio sapientiæ/et scientiæ dei: quid aliud in
q̃: q̃ quod diuus/eruditissimusq; Hieronymus noster pulchre/inge
nueq; testatur: erit mihi dicendum? cuius ad unguem uerba sunt
ista Augustinus Episcopus uolans per montium cacumia quasi aq
la: et ea: quæ in montium radicibus sunt non considerãs: multa cæ
lorum spatia metitur / terrarumque situs et aquarum circulum cla
ro sermone pronunciat. Qui enim in lignum fructuosum ascẽde
re uult paulatim superiora et maiora poma carpere festiat. Nos au
tem paruuli sumus: infirmiq; et minores: si inferiora cogitare uo
luerimus: nobiscum bene agitur. De quo etiam pulcherrime Isido
rus beatissimus ait Licet M. Terrentius uaro apud latinos innume
rabiles libros scripserit: apud græcos quoq; Calcitus miris attollat
laudibus/ꝙ tantos libros ediderit: quantos quisq; nostrum alienos
scribere propria manu uix possit. De nostris quoq; apud græcos
Origenes in Scripturarum labore tam græcos: quam latinos operũ
suorum numero superauit de quo Hierõymus sexmilia librorũ se le
gisse fatet: horũ tamen oium studia Augustinus ingenio/uel scien
tia superauit sua. Nam tanta scripsit: ut diebus/ac noctibus non
solum scribere libros eius quisq̃: sed nec legere quidem occurrat.

Neque alio ſenſu in eius laudem.ſingulareq; præconium exultans
grata ac benigna mater eccleſia Solemne illud quaque perſonan/
dum inſtituit Quaſi Srella matutina in medio nebulæ:et quaſi lu/
na plena in diebus ſuis lucet. quaſi Sol refulgens: ſic iſte refulſit
in templo dei. Si de modo ſapientiæ eius/ et ſtilo etiam cogite/ Stilus mo
mus: ſtilum ad omnia accomodatiſſimum habuit. Latine maxi/ dus
me. Græce non modice. Hebraice quatenus cenſuit eruditus.
Grammaticus. Rhetor. hiſtoricus. Inque diſciplinis liberali/
bus omnibus ita ſummus: ut comparari ei hactenus nõ poſſit alius.
quas nullo pene tradente ſic per ſe puer arripuit: ut artium illarum No.mira
profeſſores/ atq; magiſtros tum etiam facillime ſuperaret: Quod culũ
poſt conuerſionẽ ad fidẽ acceptum referens deo ſuis in Confeſſio
nibus ſcribit. Quicquid de arte loquẽdi/et differendi eſt/quicquid
de dimenſiõibus figuratum/et de muſicis/ numeriſque ſine magna
difficultate nullo hominum tradẽte intellexi. Sis tu deus meus quia
et celeritas intelligendi/ et diſputandi acumen donum tuum eſt.
Sed non inde ſacrificabam tibi. itaque mihi non ad uſum· ſedad
perniciem magis ualebat. Iam uero ut de tanto ingenii pelago ad
illius Sanctitatem uela flectamus: ſine qua ſcientia magis animum
inflat: q̃ ædificet ut íquit Apoſtolus. Se enim putauit fruſtra ſape/
re quicquid ad uirtutem/ ſanctitatemque: non ſaperet: Quam De ſancti
obrem perſcrutationem omnem ſuam/ curam: diligentiam ſtu monia
dium ad eam comparandam ardentiſſimus retulit. Etenim
cum chriſtianæ militiæ primis iniciatus inſignibus ſub fidei iu
go ueniſſet/ ſeque ueluti Leonem deuictum/ atque captiuum
ad chriſti uexillũ proſtrauiſſet: quale Patres contriti cordis/et effer
ueſcentis pœnitentiæ ſignum dedit?qui delicta Iuuentutis/ignoran
tiæque ſuæ publico piaculo/ publicaq; confeſſione diluerit?et trede
cim libris: quos Confeſſionum inſcripſit: fecerit omnibus nota?ubi Confeſſio
non aliter deflet minima· q̃ alii ſolent immania flagitia/ idelebilia pu.
que facinora? et dum uirgilium paruulus legeret tanquam ſe ſto/
lidũ/ et peſſimũ culpat meẽ igemuiſſe Didonis. Hectorẽ ẽt raptatũ
bigis circa pgama/ et ab Achylle auro uenũdatũ uana/ atq; imodi/
ca animi conſternatione fleuiſſe. Deuotionẽ uero/ et charitatis ar/ Deuotio
dorẽ/ primum. S. poſt mœrorẽ et lachrymas purgatæ/ ac uiuificatæ

mentis indiciū: quis enarrare iam poterit? nisi dulcedinem illam:
quam uir iste sāctissimus præclaro illo/et suauissimo Soliloquiorū
opusculo expressit: primum nō degustauerit? nisi supputationum.
Meditationum. deprecationumq; libellos non tam manu: q̄ cale/
sti: ut ita dixerim mente tractant? nisi denicq; sublime illud Trini
tatis uolumen oculis fidei non penetrauerit? An poterat quicquā
ei ad sanctitatem deesse: qui mortalibus omnibus altius subuolans/
uagatur liber per omne supernum: et diuinorum omnium atque
cælestium ineffabili modo explorat/et scrutatur arcana? Non hoc lo
co modestiam/non temperantiam. non humanitatem erga omnes
præcipuam/ non perpessionem laborum/ perpetuamque aduersus

No. et exulta Augustinia ne

hæreticos dimicationem et luctam extollam: quæ omnia præclara/
summaque facinora late sunt nota. Quod uero magis ad rem atti/
net nostram: exclamare grato iam animo libet candidissimi Patres
O nos beatos O nos fœlices: qui uitæ instituta/ et morum formā
immortali dono ab Augustino deducimus. Sit mihi fas iactanter
loqui/ac prosilire præ gaudio/dentque ueniam cæteri. Gloriari pos

Regulas iiii. No.

se uidemur ante alios Principe optimo. Regula optima/ legibus
optimis. Nam cum quadruplicem Regularis uitæ normam probet/
et consectetur ecclesia. Primam quidem: quæ a magno Basilio or
tum ducit: originis uetustate penes Graios nobilitatam. Alteram
Augustinianam: quam sequimur. Tertiam Benedicti/monastica
disciplina claram/ac uenerabilem. Postremam Francisci/ asperita
te uitæ/numeroq; pollentem: inter has omnis: ut mihi uidetur: tan
tum nostra hæc eminet: quantum super mortales cæteros sapientia/
atq; uirtute: inque reliquo omni genere laudis se omniū maximus
tollit Aurelius. Quis potest dubitare ulla omnino potiora esse præ
cepta uiuēdi: q̄ quæ tulerit in primis optimus: deinde peritissimus/
sapientissimusq; Institutor/atque Magister? Hunc sapienter igit̃:
qui religiosam rem coluit: maiore ex parte institutorem suscipiunt.
profitent̃. sectātur/ac renēt: nec sic mortalibus usui aurora ēē uidet̃:
nec suū Sidus iis: q æquora nauigant: q̄ pclara et sancta ista: quam
diximus: Regula: quibus ꝓpositū/ et cura ē de religiosa uita/atq; sā
ctissima. Hæc imprimis ad se uenientibus portū tutissimum aperit:
et iter in cælum directissimū struit: nihil alligans. nihil præcipiens

nihil uetans non prorsus recte atq; sanctissime! Nec eadē mollior: nec horridior: Sed plane singulis congruens: ab discipulorum christi exemplo: uitaq; detracta: mediocritatem illam tenens: quæ inter nimium et parum posita iure laudatur. Contēplationi deseruiēs/ actionem nec deserens: et quod legis est proprium non disputans: sed breuiter sane precipiens: admonēsq; quod quisq; sequatur quod agat. qua in patres ueneratione. charitate in fratres mansuetudine in Subditos. quo modo uestibus. quo modo cibis. quo cultu. quo ritu. quo ordine singulis uel fruendum/uel utendū sit rebus. Qui discendi cupiditate trahūtur: ueros/gnarosq; rerum: quas cupiunt: sibi eruditores/magistrosq; assiscunt: quibus formandos se tradāt. Philosophi Pythagoram. Socratem Platonem Zenonem/Aristotelem. Medici Hypocratem. Auicēam. Galienum. Pictores Apellem Zeusim. Lisippum. Phidiam. Praxitelem: Et ut de nostris etiam cogitemus: Sic Paulum primam hæremi lucem Antonius sibi proposuisse narratur. Sic Antonium magnus Hilarion. Sic Hilariona monachorū reliqua/cœnobitarumq; frequentia magno studio ē imitata. Nos autem quicquid est sanctimoniæ. religionis. doctrinæ. uirtutu. decoris. et laudis quo admirabiliore uel Magistro/uel duce auspicari iam possumus? Aliis nihil hoc loco detraxerim. Aurelio diuo attamen nostro sic omnia sine controuersia affatim etiam concesserim: ut ei ad cumulum addi nihil mihi posse uideatur. Cōfertote nunc cum hoc uiro omnis omnium insequentium postea tēporum sanctos admirabilesq; in ecclesia christi Patres et proceres. Confertote ingenia omnia. omniumq; actiōes et ocia: An hunc unquam tam in ocio: q̄ in negotio aut superiorem/aut similem dabitis uel auditu/uel uisu? Ceteras eius et animi/et corporis dotes: quas Oratores prætererire non solent: ratio rei sacræ perficiundæ: quam expectare omnes iam mihi uidemini: intermittere/finemque dicendi maturare me plane cogit. Quare quæ de summis illius diuinisque præconiis: deque nostra sub illo uel fœlicitate/uel gloria dici copiosius possent missa reliquens: id potissimum unum hortor/atq; commoneo: ut erectiore iam animo ad propositam palmā curramus alacres/perq; sūmi nostri huius uestigia Patris cælestia petētes: nūq̄ uel trāsuerso q̄dem crine ab eius īstitutis/p̄ceptisq; aberremus.

No. et æmulare.

.No.

Sic Augustino duce uere dignissimi. Sic humanorum contemptores fortissimi. Sic hostium uictores gloriosissimi. Sic postremo uitæ beatæ municipes cum Angelis in æternitate futuri. Quod quia præstare ipsi non facile possumus. (Est enim ad hæc tanta tanq; gloriosa facinora imbecillis/et effracta omnis humana condicio) tu passim tuos adiuua milites/tua signa sequentes diue Parens / et auguste regularis huius nostri ordinis fundator /ac Seruator Aureli. Dixi. Deo. Patriq; laus.

ORATIO EIVSDEM MATTHAEI IN LAVDEM SANGVINIS DOMINI IESV CHRISTI : QVI PIE. RELIGIOSEQVE MANTVAE COLITVR.

q Vingentis/ et eo amplius annis hunc lætissimũ : et splendidissimum diem/diuinis/ac panegyricis ueluti laudibus concelebrare non destitisti hoc in Templo peruetusto / et urbe media posito Mantua fœlix: in quo diuinæ prouidentiæ gratia munereq; inuenta est ea pars sacrosancti Sanguinis Christi: quæ quot annis hoc ex pulpito porrigi uisenda et ueneranda omni promiscue populo solet/Supinis manibus/et magnis cum lachrymis uocibus pacem/ueniãq; precanti. Et sane quid aliis: quibus ad dicendum hic maximus/et sacratissimus cõcessus est aditus: egerint: atq; iisdem illis contigerit ego non dixerim. Mihi uero (ut uerum fatear) tantus: tanq; insitatus iam pauor insurgit/ut dicturo pene uox desit: et se animus sentiat tanq̃ fluctibus obrui: q; non intelligo ubi mea altius ascendere possit oratio: cum de qua dicturus sum tanta res sit: ut ei non dicam alter Nestor: alter Demosthenes alter Tullius: aut certe de nostris siue Hieronymus/siue Lactãnus: Sed neq; ullum aliud redundans humani flumen ingenii facundiã satis dignam possit afferre: uideaturq; mihi: noua aliqua de cælo lingua: si qua haberi posset: expetenda: quoniam quantum distat ortus ab occidente: tantum longe deus fecit a nobis misericordias suas atq; diuitias: qui cinis umbraq; fumus/aut inanis et futilis uapor. Quare nisi illud mihi succurreret: hortareturq; magnopere: quod i ecclesia sancta tua domine Propheta quottidie precari nos

iobet Domine labia mea aperies / et os meũ anunciabit laudẽ tuã :
et ea Charitas / atq; deuotio ícitaret: quæ foras pellit timorẽ : nisi et
simul benignitas tua inclyte Princeps / uestraq; ídulgentia / atq; fa
cilitas Patres et Ciues animaret: qui ea satis oera esse: quæ dixi: co /
gnoscitis: nunq̃ hoc pulpitũ conscendissem. nunq̃ hoc otandi mu/
nus persuaden mihi potuisset : Sed pauorẽ illum : quẽ maximum
ipsius tei magnitudo / dignitas quoq; / ac reuerentia omniũ uestrũ
Oratori afferre possunt: mea ípnmis de uestra humanitate opinio.
Meus etiã quantulus est í laudes dei nostri animi ardor. deuotio.pie
tas cohibet / et superat: atq; etiã efficit / ut si quantum res postulat
haud præstare sufficio: uel saltẽ balbutiens utcũq; possum de p̃cio.
de salutari effectu. deq; fiducia purissimi / ac sacrosancti Sanguinis
Christi: quẽ mox adoraturi estis: aggrediar: ut possum: aliquid elo /
qui . Atq; id : quod primum partiti sumus prosequentes: tanti æsti
mandam putamus uel q̃minimam Christi et Saluatoris magni no/ Precium Sar
stri dei sanguinis gutulam: ut et nulla auri talenta. nulli precicsissi / guinis Xp̃i.
mi lapides. nullæ opes. nulli thesauri / nullaq; res alia a sæculis con /
dita uel cælo / uel terris possit comparari: nisi ex Christo sit maior :
cuius quanti est corpus: tanti æque esse necesse est sanguis: qui ex il
lo profluxit : Verumenimuero sanguis iste : quem dicimus : cum
pars sit hominis dei : ex quo deus factus est homo / et homo factus
est inefabiliter deus: consequens est: ut eo maius nihil / aut preciosi
us possit iueniri . Est quidem deo ipsi inseperabiliter cõiugata hu/
manitas: humanitati uero corpus et sanguis: ut perinde atq; in no /
bis anima rationalis et caro unus est homo: ita quidẽ in Christo de/
us / et homo unus sit Christus . Nec iam i eo alter sit homo. alterq; No.
sit deus : Sed unus / idemq; deus / et homo cõiunctus : non diuina
euacuata / aut cõfusa oatura : Sed oero homine a deo clemẽter as /
sumpto: de cuius sanguinis tanto equidẽ p̃cio Apostolorũ Primus
Sciẽtes iquit q̃ nõ corruptibilibus auro et argẽto redẽpti estis de ua
na uestra cõuersatione paternæ traditionis : Sed p̃cioso sanguine q̃
si agni incõtaminati / et ímaculati Iesu christi . De qoo et Paulus
Empti. o. estis p̃cio magno . glorificate / et portate deum i corpore
uestro . Hinc quottidiana quoq; illa ab ecclesia ardens nascitur de
p̃catio . Te ergo quæsumus tuis famulis subueni: quos p̃cioso san

guine redemisti: et quidẽ precioso super omnia p̃ciosa: quia preciũ
est sine p̃cio / cum dignitate et merito sui omnia excedat incõpara/
biliter p̃cia. Nã si de humanitate cogitas: Sãguis purissimus ẽ. san
guis innoxius. sanguis regius. sanguis uirgineus. Sin uero / ut est
assumptus a uerbo: quis est: q ullo sermone quãtæ sublimitatis sit as
sequi possit? Misteriũ ienarrabile est. Mirabile cõmertiũ. inscruta
bile Sacramentũ. Admirari qdem possumus: loqui nõ possumus:
Tanq̃ noctuæ sumus ad solis iubar donec nobis soluat̃ ille liber: q
obsignatus septẽis i Apocalipsi signaculis adhuc patuit mortaliũ ne
mini / atq; nox: quæ i æternitate sicut dies illuminãda est: flauescat
et rutilet. Quãobrem huiusmodi ista: quæ app̃hendi humano sen
su non possunt. omittentes. Id meditemur: id oculis subiiciamus:
quod facilius queat itelligi / piaq; mẽte gustari. q̃ uidelicet diues / et
No. gloriosissima sit hoc tam iextimabili / diuinoq; thesauro hæc Ciui/
tas Marchio tua. Aliæ se urbes iactent: regia Aula: quæ neq; tibi ru
stica est. Aliæ multo auro / multisq; opibus. Aliæ ubertate soli / et
clemẽtia cæli. Aliæ situ / Aliæ mœnibus, ãphiteatris. collosis. Po/
meriis. emporiis. sinibus / cæterisq; uel ornamẽtis / uel cõmodis. Nul
Genua. la est / aut certe rara iter omnes: quæ possit cũ hac tua Inclyte Prin/
ceps una hac i re de fœlicitate / gloriaq; cõtendere. Genuẽses catino
eo / q in Azimorũ cœna cũ discipulis domino appositus est: nihil ha
bẽt charius: nihil p̃ciosius: quẽ et ipse his oculis cõspexisse gaudebo
Sabaudia. dũ uixero. Lætatur omis Sabaudia Sindone illa: qua i monumento
Bononia. Saluator iacuit iuolutus. Bononiæ Imago Virginis Vetere / et an
nosa tabella icredibili ueneratur religiõe / et colit̃ fide: eaq; si iplo/
randũ aliquid est: urbẽ suppliciter lustrant. Ipsa quoq; nobilissima
Florentia. Florentinorũ Ciuitas simili exultat Imagine: et pari eã derorat ho/
Pratum. nore. Pratũ insigne / et speciosum Tusciæ oppidũ claret Virginis
Zona. Sic apud quos cuiuspiã Martyris ossa recubãt: aut qbus sa/
cratius aliquid cõtigit: i quo finitimos et exteros superẽt: lætissimi
ostentãt: et eo se fœliciores putãt: quo cæteris p̃eminent. Sed hoc
uno beatior omnibus is nostra hæc Ciuitas est: quæ uel sola gloriosis
simo Christi sanguine dignat̃ / beatur / extollit̃: quẽ qdem ut anna
lium monumẽta / et incisum ære epigrãma declarãt: ac quisq; iam
Longinus. credit ppetua ex fama. Lõginus Mantuã detulit: Is / q in cruce pu/

pugit domini latus: de quo Vulnere ferunt sanguinē istū defluxisse p hastā: et eum oculis captū insum recepisse miraculo. Quare quis qs indicare de rebus æquissimo animo pōt: fateatur necesse utiqꝫ ē: te hac in re Mātua cæteros facile antecedere populos / faustissimāqꝫ ide / ac gloriosissimā esse. Quod sane nobis quoniā compertū iri / atqꝫ cōstare assensione / multuqꝫ agnosco: ad huiusmodi beatissimi Sāguinis salutares effectus nostra iam pgat oratio: quibus porādis sic aspiret / sicannuat mihi deus: ut eos satis degustare / explicareqꝫ mea paruitas possit: ingetē pſertim / ac memorabilē Chantatē illā / et pietatē: quā hoīum parens / et dilector deus humano genen nata li labe pdito / atqꝫ cōmortuo declarauit: coæternū sibi filiū faciēs pu blica ꝓ mundi salute ad humana delabi: q peccatū nesciens omniū nostrū suo sanguine peccata dilueret. q et morte sua nos mortuos exuscitaret / psimilis Pellicano solitudinis factus: quæ auis: ut memi nerunt: q de naturis animaliū scribunt: ægyptia est: et pullos pnmū exanimes ꝓcreat: subinde fonet. demū rostro pectus cōtundēs / pqꝫ fistulas cordis sanguinē ettuens / atqꝫ istillans / hos madefacit / et li / nit: qua aspersione calefacti / et mollescentes mox agitari icipiunt / uitāqꝫ et spiritū ducere / Ita noster hic Pellicanus ægyptius: idest an gustatus et tenebrosus (Sic .n. spiritualiter īterpretatꝛ ægyptius) ꝑ ꝑceras manus / et terebratos pedes ꝑ fossum latus. ꝑ coronatū feni tibus caput. pqꝫ lacerata omnia corporis mēbra nos uniuersos emor tuos aspsit / et ꝑlnit: quo beato sui Sāguinis lauacro / undaqꝫ uita li salus publica mūdi / et uita nostra reparatꝛ: atqꝫ ita magnifice: ut mortalis nō modo / ac infirma nostra cōdicio inde exugat ad uitā: Sed supra cuncta supna / uniuersamqꝫ creaturā sustollatur ad glo/ riā Cælestes nobis iā cædite Troni. Cædite Potestates / uirtutesqꝫ be atæ. cædite Cherubim. cædite uos Seraphim: qꝫ tāeti natura excelsi ores / et fuistis / et semp futuri estis: immortali tamē assumpti hoīs gra tia nos homunculi sic abieti / sic fragiles uestrā gloriā omnē / uestrūqꝫ fulgorē ꝑcellimus. Nunq Angelos dominū aphēdisse pleno oret et exultabūdo noster ubiqꝫ psonat Paulus: sed semē Abrææ / hoc ē carnē nostrā / et sanguinē: quo ipsimis sacratissimo Sāguine fide/ lē sibi / dulcē / atqꝫ legitimā despōdit / et copulauit ecclesiā: de cu / ius casto cōiugio Sācrorū omnis illa Soboles nascit: quos cohæredes ac municipes recipit Mater supna Hierusalē / domiciliū gloriæ / san

Effectus Sanguinis.

Pellicanus.

Parta digni tas Homini.

b.ii.

ctaq; Ciuitas dei . Per carnẽ itaq; nostrã assumptã / pq; sanguinẽ factus est unus:q uerus ẽ deus et homo/non cõfusione naturæ/sed unitate psonæ/assimilatus nobis p omnia absq; delicto: Quod Angelis fœlicissimis nobis (cædite et date ueniã) continget nunq̃ sæculis ullis:quoniã noster homo:ut ad Apostolũ redeã:sedet ad dexterã maiestatis ĩ excelsis tanto melior angelis effectus:q̃ differentius p illis nomẽ hæreditauit. Cui.n. Angelorũ dixit ũq̃ filius meus es tu: ego odie genui te / et rursum ero illi in patrẽ / et ipse erit mihi in filiũ . Et cum iterũ introducit Primogenitũ in orbem terræ dicit / et adorent eum omnes Angeli dei / et cætera illa ferme notissima:quæ lõga serie i aurea ad hæbreos epistola Paulus ipse cõmemorat . Humana igitur natura iscæ/non angelica suscepta est:et ea qdem resurrectionis gloria / et imortalitatis stolla circũamicta:ac super astra/superq; omniũ angelorũ choros euecta:quã illi adorant / et tremunt/ et laudibus sine fine cõcelebrant . Est itaq; in ipso deo /ac domino/ et Rege nostro Iesu christo cuiusq; nostrum:ut ita dixerim: portio aliqua et carnis / et sanguinis; atq; in eo caro nostra / et sanguis noster dominatur / regnat / colitur / adoratur / extollitur:ut inde lætissimus ppheta canat in psalmis Ego autẽ in domino gaudebo/et exultabo i deo Iesu meo . Hoc loco cum ecclesia sancta ardor / et spiritus exclamare me cogit O fœlix culpa: quæ talẽ / ac tantũ meruit Redẽptorem . O certe necessariũ Adæ peccatũ:quod christi morte deletũ / ac sanguine:nobis pepecit tãtum fastigiũ dignitatis / et gloriæ . Et.n.ubi mea caro / meusq; sanguis dominatur / et regnat:ibi dominari / ac reguare plane me sentio . Vbi Substantia animæ / et corporis mei afficitur gloria: et ipse inglorius ẽẽ nec debeo . Si noster es Iesu domine / et Christe Saluator / nosq; tui:hoc naturæ uinculum . hic pietatis nodus. hæc necessitudo mirabilis utiq; dissolui nullo modo iam potest:sic est nostra i æternitate tecũ absorta / et unificata fragilitas. Tu decorũ caput:nos mẽbra /nosq; uisceca tua . In te mortui sumus . In te cõsurreximus . In te cælũ ascendimus . In te corona gloriæ / et honoris redimiti ad dexterã Maiestatis recũbimus. Quo circa qsquis homo iã est et se hẽt ut hõ:de cãca hac cõmunione cũ deo / gloriaq; nullo prsus modo diffidat . Neq;.n. tã ingratus tamq; uel imitis / uel rigidus Dominus est: ut carnẽ et ossa negligat sua. Hoc non Homines faciũt.non imanes beluæ.nõ crea

tura utriq; ulla . Mysteriũ hoc magnũ est: ego dico in christo / et in ecclesia ait Apostolus . et nos ad se ꝓuocans / atq; alliciens ipse Saluator / Nũquid potest mulier iquit obliuisci Infantẽ suum / ut non misereatur filio uteri sui ? Et si illa oblita fuerit: ego non obliuiscar tui . Ecce . n . in manibus meis descripsi te . At uero potest ne quicq̃ aut tutius / aut ualidius / aut etiã maioris fiduciæ plenius : q̃ diuinis iscribi manibus ꝓcioso attramento sanguinis sui ? de quibus nemo excutit . nemo perit . nemo interit: nisi q a se ipso degenerat ab humanitate ad brutalitatẽ sponte cõuersus / ut pecus iprudens . Qui uero se nouerit / statuq; suo : quẽ tam sublimẽ / tanq; diuinũ sortitus est per ingratissima flagitia / nefariaq; cõmissa non imeritũ fecerit : hic ꝓfecto cum deo suo futurus est æuo sempiterno beatus : et quã diximus / amplissimã gloriã assecuturus . Quod tibi Princeps / nobisq; reliquis: q huc cõuenimus: cælesubus cõtingat auspiciis / et eius meritis: q crucẽ ferens / nos ita dilexit: ut et lauerit a peccatis nostris beatissimo sanguine suo: quo cum nihil sit preciosius . nihil salutarius . nihil deniq;: in quo æquius omniũ spes locari possit / ac deceat: nunc uestris exhibendũ oculis / deuotis animis colitote / fœlici prece / lachrymaq; iploeantes / ut per eius aspersionẽ Mantuã seruet Deus optimus maximus / et Rem christianã omnẽ undiq; firmet / ac tueat / itestinis odiis discidentẽ / et armorũ tumultibus æstuantẽ . formidolosoq; Turcorũ bello attritam diu: et postremũ inopia / pesteq; quassatã . Dixi . GLORIA TIBI CHRISTE . No.

EIVSDEM MATTHAEI IN SOLEMNI OMNIVM CAELITVM DIE ORATIO.

Efulget hodie nobis Viri patres / et cõmilitões deu sacrati atq; deuoti anniuersarius ille triũphus: diesq; lætissimus: q cælos gloria: et orbẽ terrarũ uniuersum gaudio cõplet: cuius inclyta / cõmemorataq; fœlicitas magnos ad palmã / ac generosos animos excitet . Nam cũ iis: qui ꝓ regno cælesti flagrant / atq; suspirant: quod uiribus nisi maximis / ifractisq; lacertis acqri potest: eo / rũ ꝓferuntur exẽpla: qui dimicando fortissime uictores euasere : et eius deuicti / triũphatiq; regni municipatũ tenuere: ãbigendũ nullo qdem modo est eorũ animos icendi ꝓtinus ad digladiandũ tan /

r

ta pro gloria . Sed neq; est umnino difficile: ut q Segniores ẽt tor/
pent: cum fortissimos aliqoos præuadẽtes in preliũ / et primos spaui
uide se ubiectauttes periculis inspexerint: surgentes illos sobsequãtur
quãta mi possnut : Quod uon solũ est ꝓpuum bellicæ artis / et ho/
minũ: qoi ratiuoe aguntur / atq; cõsiliu: sed cæteris quoq; in animã
tibus prodentiæ expertibus animaduertitur sæpe / sic est i cunctis ef
ficax et ꝓuocatrix Imitatio . Ita qndẽ: qui fœlicibus coalescentis ec
clesiæ tẽporibus primi extitere Christiani . Immu et Christianorũ
ipsorum Tortores tauta inspectantes magnæ / et admirandæ uirtu/
tis opera: si quã charitatis siutillã habuere: statim efferbuerunt: Siu
nullam uero prius habebant : inde aliquam cõpararunt . Atq; nũc
sane pia nostra / et sacrosancta Mater Ecclesia siogulorum beatissi/
morũ Ciuiũ: quos a nubis Curia cælestis excepit: ãnuu ritu / ac spec
tabili põpa decorat . Sed qdem hodie longe splendidius Sanctorũ
Sanctarũq; dei omniũ omnis simul uictorias / atq; triũphos lætissi/
ma terris ostendit: uexilloq; sub unu de cælesti Ciuitate tota cẽsum
integrũ habet: ubi medio ueluti cãpo nostræ magnæ fidei Heroes/
et christianæ / sanctæq; militiæ duces spectantur insignes: quos cum
cernimus uictores tam illustres / et gloriosos: suscipiamus imitãdos.
Oblatis igitur nobis in omni geuere uirtutis et laudis tam isignibus
utriusq; sexus exemplis / uideamus iam singuli: uideamus uro quos
eruditores obseruemus: quos magistros / docesq; sequamur: nec con
Imitatio sanctorum.
sequi pigeat / ac imitari: quos tantopere iuuat extollere. Quem præ
uii illi cum uita inter homines uiuerent: cucurrere stadium: cur et ip
si non decurramus ? At inquiet forsitan aliquis paucorum est: et eo
rum maximorum / grande hoc muous: Immo uero omniũ est: quia
infinitum est : Nam cuius natura immensa est: dum a plunbus pos
sidetur communione multorum / ac nomero: augeri / concrescere /
fieriq; splendidius / ac mirabilius semper / uecesse utiq; est : Etenim
No. neq; diffide.
qoantum prioribus illis Sanctissimis Viris: tantum et nobis faculta
tis suppeditat una omnium / æqualisq; coodicio . Nam oihil a na/
tura diuersum / alienumq; sortita est ipsa Adæ / Euæq; posteritas .
Hisdem progeneramur seminibus cuncti . Eandem progeniti lu/
cem ingredimur . Eodem sub cælo diem agimus . Pariter elemen/
tis alimur . æque uita fungimur : æque defungimur / et si fortuna
nos uariat: natura non uariat / quæ singulos habet uno ritu deduc

tos / truncoq; uno decerptos . Non opes itaq; .non honores . non
potentia .non dignitas. non cultus ac uictus/cæteraq; id genus sunt
homo: Sed neq; ullæ quidẽ minuciæ hominis : sed ad uitam/usũq;
sic pertinẽt / ut bonis salutaria : Malis motufera fore noscantur .
Quisquis primum nascitur : rationale animal nascitur mente. arbi
trio. memoria. sensu .uirtuteq; proximus deo: Qui extra proceram
quoq; corporis formã/effigiẽq; cælestemq; sortitur: In quo Sermo
distinctus. uultus sublimis. Status rectus. Manus opifices .discretus — Aptitudo ad bonum.
sensus. dispositio/armoniaq; mẽbrorũ igentia sacramẽta declarant/
participiũq; cũ cælo: q̃do nullũ præter hominẽ animal cælestia aspi
cit aut usũ habet/familiaritatẽq; diuinã: aut ullã postremo de sup
nis cogitationẽ. Consequenter hinc nascitur Vitium bonũ regnãtis
i se diuinitatis tractũ appellari : Vt Trimegistus et Plato pegregie: — .No.
et his assentiens Cicero sæpe: ac Senera censuit : Quod et inter no
stros prima facundia Lactantius late disseruit tam in diuinis insti /
tutionibus aduersus gentes: q̃ eo libello: quem de opificio hominis
scripsit . Sed neq; aliter euangelicæ gloriæ princeps sanctus Aposto
lus :cuius apud nos est auctoritas et reuerentia maxima : An nesci
tis inquit quia templum dei estis uos /et spiritus sanctus habitat in
nobis ? Et si quis uiolauerit Templũ dei : disperdat illum deus ? et
christus est capur ecclesiæ :nosq; membra eius?rursumq; : Tollam
membrum dei sanctum / et membrum faciam meretricis ?Præter
uero laudem hanc tantam/ ac dignitatem :qua sublimius / ac uene
rabilius nihil potest existimari: præclarissimum hoc / maximumq;
mysterium / et adiumentum nobis adiũgitur: q; cælestis huius Ima
ginis / humanique fastigii finis / et terminus fœlicissima et sempi / — Finis beatitudo
terna cum deo perennitas est :quam: quoniam proprium/ac supre
mum est hominis bonum/eiusq; omnino naturæ conueniens/neq;
causa neq; uis ulla detrahere homini potest/nisi sponte idem ipse:
qui liber conditus est : spoliauerit dignitate se tanta / maluerit que
quadrupedem extitisse : q̃ hominem . Nostrum est igitur ut
uelimus. nostrum ut satagamus .nostrum denique gratia duce / au
spicioque diuino uit ad deum proxime accedamus : nosq; beatos
effecturũ icoinquinato sãctoq; hospicio excipiamus. Quod si minus
esset/ ne se uniq; posse cælesti ope cõmuncta quisq; beatũ efficere :et
cum peccauerit ẽt: ad sanitatem redire/uitãq; mereri: quomõ prædi

.No. catet tam clare in euangelio dominus .Regnum dei intra uos est ⁊
et tā confidenter moneret ac se solatetur hoc carmine Dauid:Ani
ma mea in manibus meis semper/et legem tuam non sum oblitus:
Et ab eodem ipso citaretur alio uersiculo in hæc uerba ad hoiem
dem:Intellectum tibi dabo/et instruam te in uia hac:qua gradieris.
firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulus.qi
bus nō est itellectus :quæ uerba nō alio sensu explicata mihi plane
uidēt:q̄ ꝙ ingenio ⁊ et ratione decorauit hominē deus firmauitq;
custodia /ne preceps ageretur ꝑ desyderia et uolutabra carnis uelut
.No. equus et mulus intellectu/menteq; uacantes. Municipes ergo ⁊colo
niq; cælestes putādi sumus: quod qui nescit:neq; se quidem hoiem
scit:cum ab humanitate ad brutalitatem omnio defecerit /illectus⁊
ut pecus ad sui obliuionē/meraq; stulticiā. Hinc colligēs ꝓphetarū
nobilissimus quanta hoīū sit turpitudo⁊atq; amētia : q cæci nescio
ne/an maligni⁊sui ipsorū Paticidæ /a tam beato fine/et a qua otiū
di sīt patria decrauit/ suāq; produnt dignitatem ⁊ et gradum ⁊ hoc
eos probro⁊cōuicioq; ludificat. Homo cū in honore eēt:contēpsit:
cōparatus ē iumentis insipiētibus/et similis factus ē illis. Sed ut ēt
hi remeare ad beatam eam semitā:unde gressus detorsere:facillime
Præsidia ad possent:et cū Sanctis dei tenere consortiū: uitalia nobis sacramēta
uitam beatā perfectionisq; cōsilia tanq̄ ātidota :certaq; remedia nobis dei soler
tia mox conquesiuit.et tribuit : quod inter diuina quidem opera
habendum mihi sane uidetur stupore dignissimū ⁊ ut neq; se fugiē
tes deserat:nec hostes intetimat : Sed q̄diu uitam agunt peccantes
toleranter expectet ⁊cæcatosq; et illuminet . Denique quo ore Ma
ximi Patres : Fratresque charissimi personanda mihi est domini
Crux . Corona. Claui . Hastile. et quini illi beati sanguinis fontes:
quibus diluitur pumum Adæ Euæque peccatum :nosq; in illis cō
mortui excitamur ad uitam⁊et obligati supplicio. attolimur ad triū
phum:cū superis perennitatem habituri gloriosam: Cū itaq; tā cla
ris⁊et intimis præcordiis semper habendis⁊Sanctissimorum hoīum:
qui nos ꝑcessere: ad beatam certe uitam ducamur exēplis : cū idē
oibus christianæ addictis militiæ premium proferatur :ut immen ⁊
sum⁊ ita et æquabile⁊ac sempiternum:cum natura ipsa nos diuinos
quodammodo ⁊ et cælesti ueluti semine ⁊ massaque compactos edi
derit: et ad fictorē suum potentissimum deū tanq̄ ad postremū

finem/metamq; direxerit . Deniq; cum tot /tantaq; faueant et opi tulentur nobis Auxilia /Præcepta. Sacramenta. Consilia . et quod omnia superat patibuli/diræq; mortis magni Dei /et Saluatoris nostri unica Spes/atq; omnium salus :quid tandem est supreme Deus in nobis tantum/uel desperationis:uel amentiæ : ut sursum uix unquã aspiciamus : et rẽ nostram haoc primã / maximãq; quanti est faciamus? Semper magne iterum Deus sic cæci erimus. sic deméta / ti.sic præpostere/atq; maligne de tota re propria curantes :ut aliud nihil:q̃ præsens est oculis:uenitq; sub sensibus /curæ nobis penitus sit? Quam deflendi hoc loco nostri sæculi turpes/ac perditi mores: et uirorum præstaotissimorum iopia? Quos hodie quæso reperias de omni tanto fidelium numero/et spacio christianæ Religionis tã lato/atque immenso:qui comparari possint ulla i laude eximiæ bonitatis atq; uirtutis /cum prisca illa sanctitate/ac fide: quæ floruit in fundatoribus Apostolis primum . In Martyribus / hoc est testibus ueritatis deinde (Nam martyr apud nos testis) in uirginibus quoq;. Confessoribus. Pontificibus .beatissimisq; Pastoribus : qui omnifaria sanctitate. Sapientia. Modestia. Doctrina. Signis simul / egregiisq; miraculis clari/admirandiq; fuere. Qui sui ipsorum opes /uel ab aliis delatas non arca oculebant :Sed in Christi panperes/i Ministros egentis ecclesiæ.in pupilos/et uiduas/oppressosque fortuna mox quidem erogabant/præuenientes afflictos /ac miserandos etiã anteq̃ rogari paruo ipsi cultu / uictuq; contenti :Qui suas inocentes atq; castissimas ieiunio/atq; inedia animas mortifitabant . Qui orationibus lachrymis. psalteriis nocturnas uigilas obibãt. Qui momenta omnia reliqui temporis: tum legendo/et meditãdo: tũ docendo/aut optimũ aliquid sãctis manibus operãdo ét idefesse terebãt : ut nullũ apud eos tẽpus/aut a re salutari/aut a laude diuia uacaret . Quocirca relati oẽs annorũ longo successu in Sãctorũ cathalogo religiose colendi iure fuerunt. Qui tantus honor /orbisq; terrarum fœlicitas (pereant :si id licet :pessimi dies nostri) a catholica iam penitus migrauit ecclesia/collapsis nullo retinẽte ruinam ab radicibus ipsis Mõtibus altis: q̃bus oĩ ex ãbitu tota fulciebatᷣ quæ militat : Ciuitas dei: ut cũ Hieremia deplorare q̃sq; iã optimus possit. Quõ obscuratũ ẽ aurũ? mutatus ẽ color optimus? dispsi sũt lapides sanctuarii i capite oĩum platearũ? Filii Siõ iclyti/et amicti auro primo :quõ

.No.

Infœlicia Sæcula .

Hieremias.

No. luxuriē Temporū.

reputati sunt iis uasa testea opus manuū figuli? Nō ne pro uetere Patres Sanctitate/atque uirtute nunc manet genus omne flagicii? Illi pietati elemosinis. Ieiuniisq; intenti. A nobis diuitiæ ad ambicio sam omnem prodigalitatem undiq; conquiruntur. Et qui apostoli cum nunc sibi gradum/ primasq; dignitates uendicant: non ut chri sto seruiant: sed per christum luxurient: eorum mensæ non modo ieiunia/frugalitatemq; ignorant: Sed instructæ lautissimis ex omni terra/ mariq; cibariis/et potiōibus exquisitissimis affluunt: quæ nō famē extinguant: Sed libidinem acuant. His assistunt calamistrato rū greges. Alii ferūt. alii auferūt. alii pocula plena plibant. alii esculēta demordent. Alii aquas manibus fundunt. Alii mantilia tersui ex plicant. Alii uapores incendunt. Alii flabella ducunt: Vt unius ambitiōi ingens populus seruiat: Si nō magis suarum cupiditatum effrenatarū primus Seruus est ille: qui ita ābitiose seruit. si cultū ex plores. pro biris/et sagis ardens nunc purpura in epulone damnata. Capillus compositus. preciosum sericum. Mollis et discolor pellis. pluma tenuissima. Fulcra. Thori. Aulex pictæ: quæ non corpora modo: quæ uiuunt: sed mortuos parietes pendulæ tegant. Pro ca sulis/ sanctisq; cœnobiis nunc palatia sublimia. aurata tigna. era. marmora. Quid insanam impensam argenti. auri. Signorum gem marumque commemorem: quibus per gradus mensæ/abaciq; one rantur? Quid multarum equorum que greges/ faleras et strata pre/ tiosa trahentes? Quid ad cursum pernices Barbaros? et canum ag/ mina ad uenandum edocta? Quid ad omnem luxum scurras. Lēo nes. Camillos. parascitos? Quid tandem uoluptates indulgentissi mas aurium/ excitatas lasciuis et mollibus hominum uoculis/ ac Tibiarum/et fidium demulcentibus numeris: non ad diuinam lau dem temperatis: ut Dauid carmina hymnique Sanctorum: Sed ad læticiam excogitatis/ atque compertis: quibus si forte etiam pu rissimus quisque/ ac constantissimus assuescat: capiatur ad mor/ tem: ita incautum animum percutit mollis ista/ suauisque uolu/ ptas. Taceo rubore. quæ patrantur ocultius/ et ab his transeo longe dolentius ad nos Patres: quos humilis habitus/ et uestis religiosa decorat: si forte compunctos in melius erexerit deus: Quibus magna si uicia/ atque facinora uel displiceant: non sic tamen uirtutis perfectio placet: ut surgamus: cum oportet: in

uicia christi causa / et Zelo latrantes . Quin a potentibus gratiā .
ab infamibus laudē .a turpibus precium / a diuitibus quæstū expetē
tes:eorum moribus : ut affecti sūt singuli : obsequimur . adulamur/
applaudimus:non tam uerentes exploratorem tacitum : cōscientiæ
deū: q̄ præsentē hominū īdignationē: et superciliū. Quo fit ī malis
concrescat mala uoluntas: et eorū dum palpatur: insanabilis reddat
iniqtas. Bonis cōtra excitetur fomes ad uicia: et hi cupere . ambire .
lasciuiæ. Spei . timoriq; seruire cum malis incipiant. Quis hoc loco .No.
sine lachrymis cominisci iam potest o Patres/ et Iesu christi cōmili
tones quantū de uetere sanctitate et religiosis amissimus moribus :
a maioribusq; distamus/nunc ubi uisiones/ ubi raptus / ubi mentis
excessus/ Vbi signa/atq; miracula/Nihil detraxerim iis:qui cādide /
impolluteq; uiuūt :quos diuinæ misericordiæ dono etiā nō paucos
habemus:quibus magis iuiderim q̄ eorū uirtutes assequi nequeo .
Distringor uero/atq; collachrymor propter eos: q̄ laxati sunt: qui
carnaliter sapiunt / et carnaliter uiuūt:qui secretū non amant:qui
pietan/ obediētiæ/ humilitatiq; se subtrahūt. q̄ uagi / et circūforani
cellulas odiunt:uiduarū colloqa . mercationes . lites . lucraq; frequen
tāt:quos Petrus nō āplius seruos dei: Sed cāes reuersos ad uomitū :
et sues lotas ad uolutabrū luti merito nominat :Qui sub pallio ha
bituq; uirtutis hypocritæ/ueneficiq; histriōes eo periculosius fallūt:
quo integerrimi esse credunt:quorum et demq; finis sempiternus
erit interitus. Quare si qui sese inter nos sentiunt mūdi huius ille
cebris illici/et retrorsū improuidos a districtiōe uitæ meare paulati:
ii pedē mox referant :seq; ab his uenenis mortiferis q̄ta possunt fu
ga præripiant. Quibus autem res sua adhuc integra est:hisq; sunt
exempti contagiis:uigiles sibi præcaueant . proculq; ꝓspiciant : et
magis q̄ subitā mortem errores omnis illos metuāt : q̄ incautos de
flectūt a semita:quæ una et constans/et recta ꝑ sudorē/et sanguinē
durantes firmo uestigio/ducit ad uitā. Non retentet itaq; desyderiū
laboris:neq; auertat a recto corda uoluptas. Victoria sine pertinaci /
ac rubiginoso Marte constare/non potest .neque ardua sine uirtu
te ingens se gloria tollere . Quando ad molles / et desides :quan /
do ad oscitantes et pauidos inspecta est palma deferri/ Atqui Athle
tæ / agonistæque fortissimi:quos lacessita fortitudo / et callus mi

litatis exercuit legitime coronatur. Hinc porro illud: quod ante prælusimus: ad nos manasse putandum est diuini oris oraculū Regnum cælorum uim patitᷣ et uiolenti rapiunt illud: quod ut omnes qui astamus: desyderio quærere: opereq; attingere dei nutu ac miseratione possimus: Ipsi eius regni conditori maximo semper atq; benefico genua flecto: et quæ cum eo triumphum agit, et regnat: omni beatissimæ cælitum Turbæ. Dixi.

DEO ET CAELESTIBVS GLORIA

MATTHAEI EIVSDEM ORATIO IN BEATA COENA DOMINI.

q Vod tentare iādudum desieram: immo quod omittere prorsus ipse decreueram Reuerendi patres Viriq; clarissimi: hodie ut suscipiam mihi uideo conngisse: cum multorū uestrū precibus: tum superiorum meorum hortatu: qui præcipere mihi et possunt adiutato atq; obstricto. In quo uehementer tamē suspitor: quod quidem ego neq; uirtute, neq; gratia ulla tanta p̄ditus sum, quo rei huic quæ maxima omniū quæ excogitari possūt habēda ē: nequeam parem ullo mō orationem afferre: Sed neq; digne hunc pulcherrimum dicēdi aditū occupare: i hoc presertī tam clarissimorum hoium, i omni genere laudis atq; doctrinæ excellentium consessu atq; frequentia. Et quāq̄ populari illo genere dicendi quod liberū est et uarium et maternis uerbis collectum exercitati simus: ut et nobis neq; multū ea iam res difficilis uideatur: nescio tamen quo quidē mō orationē de uerbo ad uerbum latine, examussimq; cōplexam semper expauerim, atq; ita: ut ab adolescentulis plerūq; quos ipse īstitui atq; formaui me tamen uictū securitate animi senserim, illis fortasse quæ ipse non præcogitantibus satis. Vidimus superiore anno Seraphinū nostro de numero filium concanonicūq; dulcissimum, nondū uirū, puerili uocula agentem, mea ordinatiōe atq; īstinctu ipsa hæc pulpita mediocri cum laude nō modo tenuisse: sed ut exactum etiam oratorem decorasse. Qui uoce, uultu, gestu, gratiaq; usq;quaq; perpetua quotquot aderāt (Aderāt uero et togati non pauci) ad se ita rapuit, ut ab eo nunq̄ ora deflexerint

Non est mihi hoc in genere ea uis: ea suauitas/ea deniq; idoles quæ facilius dignoscit: q̄ describatur: quāq; natura qdem ipsa cuiq; nō igenium atq; cōicat. Dabitis itaq; mihi ueniā: si expectationē ue/strā haud satis æquauero: quā cū intuear ex oculis uultuq; benigne a uobis mihi concedi: aperiā et ipse iā quoq; de quo futura sit no bis oratio. Quod ē ut īprimis de causa rationeq; Eucharistiæ bea/tæ admirandæq; dicamus: tū de mō ordineq; sumendi. Quæ duu si pio fideliq; pceperitis aīo: erit id quidē uobis adiumento q̄maxi/mo/ uel ad agnoscendū diuinum mysteriū: uel ad sācte sobrieq; ui uendū. Quorū alterū ingeniū pficit atq; nobilitat: alterum aīum beat. Et quoniā natura mortalibus īsitum est: causas i rebus ratiu nesq; scrutari/operepreciū ducimus id ante oia psequi: cur Eucha/ristiæ sacramentū: et salutare uiaticū Christus instituit. Equidē et uos existimo hac uehementer moueri cura. Cui.n. admirationi nō est atq; prodigio: cū in ecclesia legit: Nisi manducaueritis carnē fi/lii hoīs/ et biberitis eius sanguinē: nō habebitis uitā i uobis? Atq; iterū illud. Qui manducat meā carnē/ et bibit meū sanguinē in me manet/et ego in illo? An alia causa iter se litigasse iudeos/ Qūo posset eis carnē suā Christus ad manducandū dare Ioannis euan geliū habet? Et discipulos ipsos permotos aīo: et usq; adeo stupore correptos ut a magistro plane discesserint? quæ prima fuit/ut Au/relius noster beatissimus phibet: Discipulorum hæresis ex christi uerbi duritia? De quibus ita meminit idem ipse Ioānes: Is qui uidit testimoniūq; phibuit? Illi uerbū nō intelligentes dixerunt adinui cē: Durus est hic sermo. Quis.n. potest eū manducare? Et dicentes durus est hic sermo: sepauerūt se ab illo/et mansit cū duodecim: di scedentibusq; illis instruxit eos q remanserant. Atq; hæc quidē con tentio non Iudeorū duntaxat: sed cōis est hæreticis infidelibusq;: qbus uidet/ contrariū prsus esse naturæ/nedū absurdū: ut homo hominē edat: et mortalis iā imortali: ac uiua carne uescat. Quod quia tātopere ē ab oī animi cōceptione disiunctū: magnis sane uiri bus/ pugnaciq; cōgressu defendendū nobis est/ut arcanū dei sacra mentū doceamus nō consentaneū nō esse naturæ/neq; maximis ua care mysteriis. Multiplex itaq; se nobis dandi in cibum et potū dei consilium fuisse ac rationē mihi uidet. Imprimis ut uegetatus ide

aiits uitā et spiritū duceret \ queādmodum luce clarius expressere illa domini uerba. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita: et qui manducat me/ uiuet propter me. Primum enim ut quisq; uenit in lucem per baptismum tanquam principium christianæ uitæ ac fundamentū renascitur deo: Tenellus subinde imbecillusq; ne corruat chrismate sancto fulcitur. Denique ut perpetua uita uiuat uiuace isto pane alitur/ ac uegetatur. Vt ergo mortali cibo/ ut sustētetur corpus indiget/ quod ē materia cōcretum ac resolubile: pinde animus: qui est imortalis et sacer uacansq; materia alendus ē icorruptibili esca/ spiritaliq;/ ut uigeat nectare: quod est uerum Christi corpus et sanguis inefabiliter consecratus: de quo est pia illa et memorabilis et compertissima et sempiterna dei ueritas. Ego sum panis uiuus qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum. Et de quo diuinus olim Vates in psalmorum carminibus cecinit. Panē cæli dedit eis: panē angelorū māducauit homo. Qui et illud de calice intulit. Calicem salutaris accipiam / et nomen domini inuocabo. Et alio quoq; carmine. Vnxisti oleo caput meum: et calix meus inebrians q̄ præclarus est? Quod enim populo Dei deserta peragranti / ut ad beatas promissionis glebas mel cū lacte ferentes permearet: præstitit manna: hoc nimirum per tot uitæ uarietates atque discrimina ad cælum gradientibus nobis æque præstat æternus hic cibus et uiaticū / cum suaue / tum salutare: quā q̄ inter manna et domini cœnam hoc maxime refert: q illud momētaneam uitam et perituram patribus tribuebat: hæc beatam nobis confert et imortalem sic. n. scriptum legimus. Patres comedetūt manna i deserto / et mortui sunt: qui manducat meam carnē / uiuet in æternū. Atq; idcirco quicunq; in ecclesia nasci cœperunt / discūt a primis uitæ rudimentis illud quotidiana oratione precari. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quod si quis reclamet animum uegetari non sentio. Vegetatum refocilari. Refocilatum uiribus exaugeri. Non sentio miram illam dulcedinem et cælestē suauitatem: de qua ad nos sapientiæ uox illa manauit. Panem de cælo præstitisti eis omne delectamentum in se habentem: et omnē sapo-
.No. ris suauitatem. Huic respondemus. Si nihil uides aut cogitas nisi quod ab oculis trāsfertur ad animum: aliisque corporeis sensibus

capitur:dicis plane quod est. Sic neq; teipsum comprehendis:neq;
uim cælestium spirituū:neq; aliud quippiā quod diuinū sit et æter
num:taleq; erit loqui tibi ista de re:quale si cū dormiēte loquamur/
aut certe cum bælua. nō nisi i purgatū labibus pectus /exercitatūq;
uirtutibus aium:qui diuinæ contēplationi sese totū accōmodat/hæc
diuinorum notio penetrat. Qui carnaliter sapiunt: et quæ carnis
sunt/ diligunt (detur mihi cum uenia hoc loco Horatii uersiculis
uti) hos res ista sic iuuat .

Vt lyppum pictæ tabulæ/ fomenta podagram .
Auriculas cytharæ collecta sorde dolentes
Sincerum nisi uas /quodcunq; infundis acessit .

Accedit ad ea/quæ diximus /altera:et ea quidem optima ac certissi/
ma ratio / cur dominus Iesus hoc sacramentum instituit: quæ ad propter fidei meritum
fidem /primum humani generis bonum /meritumq; amplissimum
spectat. Maximas quippe ad res maxima opus est fide. Vim siqui
dem mortalis excedunt ingenii. Quomodo sub panis et uini for /
ma Christus delitescat: quomodo in parua adeo hostia paruoque
calice angustetur: unicus in tam multis excipiatur altaribus: mādu/
catusq; nec oio depereat. et plurima huiusmōi naturæ repugnātia /
oīa fide duntaxat colliguntur. Hæc Dei donum est: quo nullū uel
maius/ uel certe beatius. Hæc cæterarum uirtutum oium fundamē
tum: quo certius atq; imobilius poni nō pōt aliud. Hæc nobis uelut
per ignota errantibus noctu/dum expectata elucescat aurora: iter
illuminans semitam pandit: quam qui patefactā non aspicit/semp
excuciat/semper tumultuet/semp fluitet casurus tandē necesse est.
Statuit igitur Deus/nostram miseratus inopiā/ut hac illustrati luce
se tuti atq; intrepidi sequeremur. Sequamur ergo: sequamur: atq;
humili creditu et reuerentia / fidei colla subdamus: qui homines
sequimur humana præcipientes nulla sæpe ratione quæsita. Mino
ris nobis non sit auctoritas Dei /q̄ inter philosophos fuerit sua tē /
pestate Pythagoræ: cuius dicta atq; decreta nulla ratione adhibita
recepta fuere uelut oracula cum effinxent/atq; docuerit Deus ipse
Pythagoram. Si.n. quicquid uult Deus/si qcquid sapit / si quicqd
pōt / si quicquid ꝓhibet / mandatq; humano assequeremur inge No.
nio: quæso quid inter eum hominemq; distaret? Fatemur quidem

inter omnes articulos hanc esse uel perdificilem uel prorsus inextri
cabilem : quæ excogitare potest humana ratio / argumenta effugiē
tem . Quod si in credendo uexaris / atque desudas / non tam de re
ipsa q̄ de rei factore tum cogita : qui Deus est. Deus inquam : quē
agentem humana non piguit publicis et æternis uocibus implere
hominum aures tanti tanque sublimis sacramenti promissione ac
ueritate: deinde hodierna cœna illud instituere: iosotutum discipu
lis propinare : utque ipsi omnibus sæculis id frequentarent solemni
ritu mandare . Taceo innumeras in ueteri testamento figuras . Ta
ceo Prophetarum oracula. Taceo certa conspicuaque miracula. Sa
tis nihil certe est : cui non satis uidetur q̄ Dominus dixerit : qui
neque fallere neq; falli potest omnino . Vnde prætetea Dominus
se se nobis in epulum concesserit / causa hæc et ratio alia mihi uide

Vt Charitas accendatur

tur : Vt incenderet præcipuum quendam in nobis amorem: uimq;
Charitatis ingentem : quæ ad se nos ita conuerteret : ut fieremus
maiore ex parte diuini . Filiorum idcirco atq; charorum est cibus
iste: quibus in Canticorum epithalamio inuitantis uox Domini be
nigna blanditur Comedite amici et inebriamini charissimi. Quod
si parentes aut nutrices / quos uberibus / primis naturæ fontibus t
aluerunt : sibi tanta charitate deuinciunt: quantus (uestram oro fi
dem) in his ardor conflabitur : qui inuisibili Christi corpore et sā
guine uiuunt ineffabiliter pasci? Hæc sane res non paucis ꝓsequen
da est: sed exigit suscepti muneris ratio : ut suas partes dicendis re
liquis demus. Quare illud aggrediar/quod maxime suo ore expres

In memoriā passionis

sit Dominus inter discipulos. Hæc quotiescunque feceritis in mei
memoriam facietis : quod est in recordationem mortis et Crucis :
qua sane re nihil est quod immemores iacentesq; animos magis ex
uscitet / atq; incendat : cum ad deuotionem et cultum / tum ad la
chrymas atq; singultus . Quid q̄ sumētium aīas interdū sic inebri
at/abstrahit/rapit: ut ubi sint/nesciant/attonitiq; cū Psalmista illud
ebulliant . Altaria tua domine uirtutum Rex meus et deus meus :
Beati q̄ habitant in ecclesia sancta tua / in sæcula sæculorum lauda /
būt te? Quid porro maius/quid benignius: quid etiā/quod tam ue
hementer amorē incendat / et pietatis uiscera quatiat : precordiaq;

ipsa diuellat:q̃ cogitare ne serui digni supplicio moreremur : Christum dominum necem tulisse per Crucis obrobrium ? Sic est apud Esaiam : Vere lãgores nostros ipse tulit / et dolores nostros ipse portauit . Ipse enim uulneratos est propter iniquitates nostras et attritus propter scelera nostra . Et i Apocalipsi Dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo . Hæc hostia postremo / ne cæterã deseramus / imolata quotidie / quotidiana peccata uiuentium diluit : et eorum uincula soluit / qui in Christi fide quiescunt . Primum se christus sempiternus sacerdos et pontifex hostiam nos mũdantem semel obtulit patri : Nos illum quotidie offerimus uel ad gratiam / uel ad ueniam / uel pro publica mundi salute Viderunt iam satis:qui paulo ante alienum arbitrabantur : Christum se se mãducandum hoc in sacramento dedisse: quantis res ista abundet mysteriis: quantaq; bonitate / et q̃ solerti clementia Dei curata sit / et constituta / Cadauera autem cruorem / hominemq; laniari atq; discerpi:quod Tigndum est atq; Luporũ:et inhorrescant et irrideãt. Sed horũ nihil est in cælesti hoc sacramento:in quo non interimitur/ non teritur / non fedatur / non læditur Christi corpus:quoniã non carnaliter / sed spiritualiter sumit . Audistis cæteris abeuntibus.xii. tantum dominũ confirmasse discipulos Spiritus inquientẽ est: qui uiuificat : Caro nihil ꝓdest : Verba quæ locutus sum ad uos / spiritus et uita sunt . Percepere spiritualẽ ueritatis sensum / qui carnalis intelligẽtiæ errore ante nutauerant : et Petrus unus ex omnibus Verba uitæ æternæ habes inquit o Domine quomodo a te recedã ? Seclusa igitur ab hoc sacramento carne:quæ nihil prodest: uiuificãtem quippe spiritũ attẽdamus:quod qa peculiari gratiæ dono uos satis assecutos esse haud ignoro sacratissimi patres et deuotissimi ac clarissimi uiri : illustrata iã causa ac ratione huius sacramẽti : ad ordinem: quo sumendum est / nostra se uertat oratio:qui mystico sẽsu ab Azimorum ritu et esu Agni deducendus est ut mihi uidetur: In exodo nanq; Azimus panis et Agnus edendus precipitur cũ lactucis agrestibus.Qui sane agimus qd põt aliud esse q̃ Typus / hostiaeq; figura quam de azimis confectura erat ecclesia:q̃ renouatio mentis eorum / qui de sinagoga iam uetere erant ad hanc cœnam

In remissionem peccatorum

Diuisionis altera pars

uentuiri noua ac nuptiali cum ueste? quibus Apostolus Expurga i
te uetus fermentum, ut sitis noua conspersio? Atq iterum Non
epulemur in fermento ueteris maliciæ et nequitiæ, sed i azimis syn
ceritatis et ueritatis? quod qui non faciunt ista indigni sunt omni
no et immeriti cœna dantes impudenter Sanctum canibus et porcis
margaritas: in quos ex Apocalipsi horrendum illud inclamitat Fo
ris Canes et uenefici, et impudici, et homicidæ, et Idolis seruien
tes, et omnis qui amat, et facit mendacium. Hinc recte ac miseri
corditer Paulus Probet inquit seipsum homo, et sic de pane illo
No. edat et de calice bibat: quoniam qui manducat et bibit indigne, in
teritum sibi manducat, et bibit. Quid est per Deum tam detesta
bile, q̃ quod ad salutem nobis est datum, ad perniciem damnatio
nemq conuertere? Quid tam inuerecundum ac indecorum, q̃
Regem Regum et gloriæ Dominum fœdo hospicio subducere ad
se uenientem? q̃ superbia turgidos, odio liuentes, libidinibus æstu
antes, reliquisq uitiis delinitos, et contagionibus infectos Solemne
domini pasca rũ piis celebrare? De agno uero ita præcipitur: Nõ
commedetis crudum quid, nec coctũ aqua: sed assum tantum igni.
Rapaces, prædones, iracundi, blasphemi, paricidæ, hi mea sententia
sunt: quos cruenta et cruda delectant. Debilitatis, ægrotis, indigen
tibus, paruulisq lixa conueniunt: et hos esse existimo: qui sunt me
ritis uacui, et in non credendo pertinaces, uel in credendo debiles.
quibus uero, quæ igni torrentur appetibilia sunt, hos iure accipi di
xerim: q sano palato huius beati nectaris dulcedinem per q̃ sapide
gustant. Preciosiora quidẽ esse solent, quæ assatitur: plurimumq
in se uoluptatis habere: apponi Regibus, conuiuiis, et nuptiis: Isq
pro dignitate et cõdimento sapores associant agrestes et ponticos:
qui titillãtes gustum benigne acuant: quibus pro saporibus en quas
certe diximus latucas agrestes: quas aptissime interpretari nobis lice
at contriti Animi acerbitatem atq mœrorem: quo uacare nullo mo
do debet: quẽ pœnitet deliquisse: quiq ueniam efflagitans uerecun
dus illachrymat. Agno autẽ sic uesci p̃cipimur. Renes uestros ac
cingetis, et calciamẽta habebitis i pedibus, baculos tenẽtes in mani
bus: et cõmedetis festinãter. Quid uero iam ẽ Renes accingere, nisi

lubricos sensus et lasciuiens per luxuriam corpus cohibere ? Si enim
de Sina cum Dominus populo in nube se esset exhibiturus Moises
de monte descendit / populumque sanctificauit / et inquit Lauate ue
stimenta uestra / et estote parati in diem tertium / et ne appropin /
quetis uxoribus uestris . Si panes propositionis ab iis qui adhæsis
sent uxoribus coniungi non poterant . Si Ioseph ab Arimathia do/
mini corpus ignominia crucis interemptum / sputis fœdum / senti /
bus coronatum / flagellis tritum clauis terebratum / a planta pedis us
que ad uerticem infirmum ac lacerum : in quo neque decor neque for /
ma mansisset inuoluit sindone munda : et nouo uirgineoque sepul /
chro : in quo nundum quisquam positus fuerat / collocauit : et antrū
omne preciosis unguentis deliniuit et odoribus imbuit : quanta ipsi
et mentis et corporis mundicia cum maiestate et gloria ad nos ueni
entem debemus excipere ? quanto uirtutum apparatu ei accubitū
disponere ? quem non aurum in templis lapideis et manufactis / aut
uestes et gemmæ delectant : sed conscientia effulgens nitore / ani /
maque ornata uirtutibus : de qua scriptum est illud Anima iusti est se
des Dei : et de qua Apostolus An nescitis quia templum Dei estis
uos / et spiritus sanctus habitat in uobis ? Calciatis consequenter pe
dibus ad cœnam agni ire / discumbereque iubemur . Quæ pedum
munimenta sunt ista ? An coturnos ? An ocreas dixerimus ? Ab /
sit nostra a cogitatione ut ista quærantur . Maiore opus est allegor /
ia enodandæ ueritati . Qui offendit ad lapidem / aut uepribus pū
gitur / aut tritu pedum defatigatur / huic ne pro lapsu ruat : calcia /
menta sunt opus : quæ fidei præsidia sunt / uestigia credentium fir /
mantis : nos tutos et alacres per sentes et saxa / perque noctem et tene
bras deducentis : donec oculis nostris illucescat sempiternus ille ful /
gor / et carens nocte dies : de quo Dauid uaticinatur in psalmis .
Et nox sicut dies illuminabitur : et sicut tenebræ eius / ita et lumen
eius . Cæterum ut beatam hanc fidem deuotio consequatur ac piet
tas / et baculos tenentes in manibus continuo additur : hoc est cru /
cem amplexantes : passionem et mortem domini memori corde ge /
stare : cuius gratia / ut præfati iam sumus / institutū uel maxime fuit
hoc sacramentū . Nihil est enim (mihi crede) quod generosos gra

tosq; animos æque iceudat / et uerberet / q̃ meditatio Crucis. Hinc contritio/hinc lachrymæ/hinc gemitus hinc confessio: pœnitentiaq; uascuntur. Hinc conclamatio cum Paulo Absit mihi gloriari nisi in Cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mundus mihi cruci fixus et ego mundo: q̃ suaui summaq; de re in præsens non multa: cum crastinus totus passioni et cruci dicatus sit dies: acerbus humanæ non modo naturæ/sed sideribus etiam ipsis funestus et lugubris. Quod superest igitur / postremum illud absoluam Et comedetis festinanter: sicq; ad exitum ipsa pariter festinabit oratio. Quod usu uenire famelicis solet: audi hac in parte deuotiq; faciunt: ut exuriennum similes exardescant in hæc sacrosancta cibaria / epulasq; ut tales: quibus rite illud uidetur aptari Exurientes impleuit bonis / et diuites dimisit inanes. Festinanter illi quidem edunt / qui læti negotium agunt/qui amant/qui cupiunt/qui diuina in delitiis habēt. quibus autem carnalia/opes dico: honores/uoluptates fraudes/expilationes / immaniaq; facinora animo sunt / hi profecto et tarde uolunt: et cum uolunt / pigre atque ignauiter gustant: ut tabescant uel male pasti / uel prorsus inanes. Quamobrem de utrisq; aptissime dixisse mihi uidetur Apostolus Alius quidem esurit/alius uero ebrius est. In quo qui deficit: nedum meretur explodi conuiuio / sed dignus est morte cum uitam miserabiliter deserat. Quod crimen tametsi quanto quidem odio cogitari potest / fulminandum mihi uideatur: silentio tamen prætermittam/quandoquidem/ut finem dicendi faciam / mihi suadet tempus: quod effluxit: ex quo dicere cœpimus concionemq; tenere. Quare fœlices iam ibitis sacratissimi patres / uiriq; optimi ac colendissimi / cum uobis primum illud optauero / precatusq; fuero: ut quæ de huius sacramenti causa et ratione /deq; sumentium ordine ac institutis attigimus: sic a uobis accipiantur/sic defixa hæreant animo: sic opere deniq; compleantur: ut per tanta huius uitæ discrimina: iugem perq; sudorem uadentibus nobis ad beatas et sempiternas Agni nuptias / et iter expediat hoc cæleste uiaticum / et æstum tēperet uitalis hic comeatus. DIXI.

EI LAVS CVI OMNIA SERVIVNT.

MATTHAEI BOSSI VERONENSIS CANONICI RE/
GVLARIS DIVERSARVM RERVM EPISTOLAE
VARIETATE PONDERE COPIA
DEVOTIONE FRVCTV IV
CVNDITATEQ. RE
FERTAE.

AD Philippum Parmensem Phisicum de mundi fu
ga atq; contemptu. Epistola Prima.

VM Isticagerem Philippe in domino mihi cha
rissime et semper amande: de eorum mentis ino/
e pia: animiq; stupore: qui fluxa: et sordida huius
sæculi bona sectantes: de uirtute: per quã beati:
æternitq; fieri facile possunt: nihil omnino cogi/
tant: nihil pensi habent: nonunq̃ incidit ut admi
rantes colloqueremur: tuq; his cæcitatem hãc tãtã idolere plurimã
uideretis. Sed quo die a te discessi: aperuisti mihi quod occultum
mente gestabas: ipse quoq; tacitus uaticinabar: et iter extremos am
plexus / atq; oscula sancta a me prope flẽs enixe petisti: ut de sæcu/
li fuga et contemptu: deq; amore uitæ sanctissimæ aliquid ad te cõ
scriberem. Tuus huc omnis sermo descendit. additi gemitus. addi/
tæ preces ne te desererem: ne te negligerem: quod tibi cũ pollicerer:
mansisti ex uultu lætissimus et igentis solatii plenus. Ex quo tanto
solatio mihi uisus equidem sum huius rei debitor factus: tametsi
arduam susceptu uix satis aggredi audeam. Aduersus. n. mũdi ne
quiciã atq; naufragia inuehi. Ex aduerso quoq; maiestatem et lau
dem uitæ religiosæ atq; sanctissimæ exornare pro meritis neq; leuis
prouincia: neq; paucis agenda: mihi presertim parũ: ut dixi: ad rẽ
tantam idoneo: parum et ociosо. Sed ita es mihi charus: ita et in do
mino perdilectus: ut iperare mihi minus nihil equidem possim: q̃
tuo isti non obtemperare et salutari: et optimo uoto. Sic et curæ ti
bi fuit mea salus dum ægrotaui: ut nulli labori studioq; peperceris:
ut putem tuo uel beneficio uiuere: et si in lucro ducenda non sit

hæc uita miserrima:periculis semper naufragiisq; exposita .
Eia itaq; Charitas:quæ omnia uincis:ocium mihi / uiresq; suppe/
dita:q nō tā quærendā hoc loco mihi statui egregiam dicendi/ psu
adendiq; uim aliquā:q̄ per se nitidū. puruq; sermonē:ne laborata
pictaq; putetur dubia ueritas ipsa. Qui.n.mauult doceri:q̄ delu/
No. di rē quærit non uerba. Qui durus aūt:et indocilis est:moueri ne/
quit nisi uerborū illecebris. Hoc igitur ĩprimis unum mi Philippe:
si summæ uirtutis gloria flagras:si sempiternæ imortalitatis cupidi
tate moueris:si regno dei et cælestibus bonis studes aliquando po/
tiri. Hoc inq̄ unum tibi est omnino præstandum:ut de Babilonia
sæculi huius euadas:et quātū pedes ipsi possunt effugias:deq; abo
minabili illa fornicationum matre eam i arcem subito te recipias:
quæ nullos formidat incursus.nullas ueretur insidias.nullis uel ar/
mis uel uiribus capitur:ad quam deniq; cum perfugeris periclitari
non possis. Audi hic quæso expressam salutaris dei uocem. Fugite
Babilon. de medio Babilonis.fugite ut saluet quisq; animam suam:quoniā
facta est habitatio dæmoniorū. Et iterum exite de illa populus me
Noe cum filiis. us:et non participes sitis delictorum eius:et de plagis eius non acci
piatis:quoniam usq; ad cælum ascenderunt peccata eius. Sic arcā
Loth. igressi euasere diluuium. Sic Loth de Sodomis cedens comune ui
Moises. tauit incendium. Sic Moises se ab Egypto præripiens:ubi regna/
re etiam poterat:in Sina fit legifer:et inenarrabili intuitu fruitur
Abraam. deo. Sic Abraæ egredere dicitur de cognatione tua:et de domo pa
tris tui:et ueni in terram:quam monstrauero tibi. Et tu prudēs sa/
ne Medicus si grauis incanduerit pestis:et depopulari homines cœ
perit:non ocius fugam atq; eminus suadebis? Quāto uero satius:
quanto prudentius:si lues ea fuerit animorum? An aliter accipere
Ezechiel. possumus apud Ezechielē hec domini uerba. Ita.n.mea super uni
uersum populum. Gladius foris.pestis et fames intrinsecus. Qui
in agro est gladio morietur.et qui in ciuitate fame et pestilentia
uorabitur. et saluabūtur qui fugerint. Hæc in figura mi Phi.īdica
ta sint tibi. Duobus dominis seruire ut nemo iam potest:sic presen
tibus neq; uoluptatibus:et futuris pariter beatorum premiis pfrui.
Nō cōmiscētur ista:nec iter se habent ullo modo cōcordiā. Quis et
enim est:q possit pede uno aridā premere: altero astra cōscēdere ē

Qui non est mecum:contra me est dicit dominus:et qui mecum
non colligit:spargit.et si uis perfectus esse:uade et uende quæ pos
sides:et da pauperibus et sequere me.Et qui amat patrē:aut ma
trē plus:q̄ me nō ē me dignus:et qui nō tollit crucem suam et se
quitur me non est me dignus. Vides quantum inuicem aduersan/
tur amor dei et amor sæculi? quātum christiana et rara perfectio
a turba dissideat:et pfunctoria bona:quæ specie fallaci et pulchra
delectant:pro nihilo ducat? Si quis ergo est:qui animo uacare q̄/
maxime optet:q esse uelit uerus cognitor sui:quem denique splen/
dor uirtutis accendat:oportet aut religiosam uitam suscipiat: aut
eius:q suscæpit uirtutibus pxime accedat:aut pauper sit : aut itet
opes pauperi similis:ut solam consectari uirtutem facile queat ex/
peditus et leuis. Nam ut de me ipso quidem loquar.dum adhuc ĩ
fœlicem huius sæculi cathena constringeret:dum:quam diximus:
Babilon sua tyrannide possideret:nunq̄ ualui id anniti:id assequi
ut inocenter satis integreque uersarer (Me miserum) Recogitare
sine horrore et gemitu nequeo quoties aut ĩmatura æqualiū mor
te:aut inexpectato et repentino cuiuspiam funere exterritus: quo
ties conscientiæ morsibus laniatus mecum ipse dicebam. Exper/
giscere Matthæe. Expergiscere:et resipisce quandoque: in crastinū
forsitan moriture. Incertus quippe es an tibi mors immineat ca/
piti:an tua te nocte hac dies postrema comprehēdat:Quoties cla
rissimorum christi præconum uocibus commotus propria peccata
defleui:compressi inuicem palmas:pectusque cecidi? Quoties statui
cum pereunte mundo nolle perire? At nec dum ab oculis ista trā
sierant:aut de his cogitare mens pene desierat:cum stultam men/
tem et cæcam mundus iste nouis mulcebat illecebris:cum propria
se fallebat credulitas:et in iis:quæ diligebat:uolūtaria mentis obli
uio.Perspexi luce clarius:sæpeque didici nisi funem blandientis sæ/
culi euangelico mucrone preciderem : nisi cūctis posthabitis atque
calcatis unicum salutis portum religionē ingrederer:nostram cym
bam tantis et tam crebris agitatam procellis haudquaq̄ posse sal/
uari.Tandem secundis uentis:afflanteque salutari nobis deo portū
attigimus:et optata læti potimur harena:tanto dei munere:cuius
laudis est omne:quod sumus meliores effecti:quanto esse mortuū

distat a uita: tanto et de salute securiores: quanto de naufragio in
littus electi. Fallitur mi Ph. fallitur quisquis terrenis affixus: et in
ima procumbens: sibi in cælum putat iter posse patere: aut posse
Comperatio nes. credit se deo militare dũ uxori et liberis seruit. Militiis nemo existi
met domini militiam: q̃ terrenã: quæ ipsos quoq; terreni exercitus
cõmilitones: aut nulla coniugia suscipere: aut uero suscæpta relin-
quere: filios quoq; et parentes: agros: et patriam destituere cogit:
quo ingentioribus sarcinis proiectis publica liberius bella suscipiãt.
Ad philosophos honestius te ducere etiam possum: quos neglexis-
se coniugia. abiecisse diuitias. uicitasse secretos. honores / dignita-
tesq; spreuisse constat: ut solam sapientiam sequerentur exuti quã
tum natura hominis patitur cæteris rebus: quæ in uita quæcuntur.
Democri tus. Testis Democritus est: qui suarum rerũ parte admodum parua ser-
uata patrimonium omne dono rei pu. dedit: Athenasq; profectus
Philosophiæ ita se addixit: ut nõ turbam modo declinaret: sed ui-
Crates. ueret incognitus omnibus. Testis Crates ille Thebanus: qui cum
ditissimus esset: uolens ad philosophandum Athenas pergere: ma-
Antisthenes ximum auri pondus abiecit: ut liberior litteris foret. Testis et Anti-
sthenes ingentis animi uir: Socraticæq; disciplinæ sectator: qui cum
ad insignem eloquentiã euasisset: diuq; pulcherrime Rhetoricã do-
cuisset: dixisse deniq; discipulis fertur Me finite: alterum: si lubet:
præceptorem quæritote: statimq; cunctis uenditis: quæ habebat: et
publice distributis: præter palliolum: quo utebatur: sibi ipsi philoso-
phati etiã inglorius: maximis honoribus / et cõmodis corporis pre-
Diogenes. tulit. Testis Diogenes cognomento Cynicus uictor rerum omniũ
triumphatorq; naturæ: cui ad contẽnenda: quæ cæteri obstupescũt:
plus uirium: q̃ ulli prestitit animus. Testis Plato: cui quicquid po-
Plato. test: uidetur concessisse natura: quem Academiam uicum ab urbe
procul: sed et pestilentem / ac solitarium elegisse constat: ubi præter
eam: quam de litteris studium reddit: uoluptatem caperet nullam:
qui terrarũ tanta pedibus obiuit spacia: tot enauigauit maria: tra-
nauit flumina: ut uix possit tanta res de homine cogitari: ne q̃dem
credi. Quid referã Socratem uerum inter omnes beate uiuendi ma-
gistrum? Quid Zenonem Stoicorum prĩcipem? Quid Carneadẽ?
Quid Cleantem? Quid Euclidem? Quid reliquos: quorũ exemplis

et græci et latini referti sunt codices? Si ergo res militaris et castrensis disciplina. Si philosophia: et curiosa rerum uel inanium studia: tantam parsimoniam: tantam solitudinem: tantã et cæterorum omnium negligentiam indixerint ius: qui huiusmodi studiis se totos deuouere: quid.n. mirum: aut quid.n. grande: si sancta Religio: si excellens de omni uirtute professio a suis eadem cultoribus exigit? ut illi non bellica spolia: non humanam de philosophia laudẽ: sed gloriosam imortalitatem cum deo: finemq; beatum accipiant? At forsitan inquies. Quid est cur tantopere terrena hæc sunt aduersa uirtuti? Hoc loco Io. Euãgelista citetur: qui hoc ita disseruit. Omne: quod est in mundo: aut est concupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorum: aut superbia uitæ: quod tu quoq; ut plene percipias: a cæteris animum oro parumper auerte: teq; ueluti in sublimi specula pone/ atq; constitue: unde uno spectes et cernas intuitu: quæ deorsum hic inter homines miseranda et tetra gerũtur. Videbis: ut a concupiscentia carnis prius incipiam: cubicula abdita. Triclinia. diuersoria. uillas. ortos. fora. palatia. regias. templa. basilicas ardere libidine. flumina. maria igne succẽsa. mõtes. Saltus. siluas æstuare luxuria. Videbis de fumo incestæ carnis aerem propriam immutasse nitorem/ Solem et paluisse. Virgineum decus: et matronalem pudicitiam temeratam ac ubiq; prostitutam. Videbis reclamãte natura nascendi/ mares maribus admiscere. infirmam ætatem ante diem prophane et petulanter illudi: expugnari: substerni: Validam uero in alienam pudicitiam depopulandam irruere eo acrius: atq; scurrilius: quo antea propriam turpius illusioni concessit. Audies (proh nephas) ut hæc cõmittuntur impune: ita impune laudari. In his igitur ardentibus flãmis. In hoc æstu libidinis. In tanta petulantia irritamentisq; luxuriæ longe/ lateq; diffusis / et passim ante oculos positis: quis non rapietur ad mortem? Scriptum est.n. Ferreas mentes libido domat / et exurit montium fundamenta. Quis unq̃ a spectaculis talium: si non effugit: illæsus euasit: et cupidinis telo non periit? Tanta est huius rei necessitas: tantaq; uis: ut eam indolere: q̃ euitare sit multo facilius. non sordidos homines modo. non sapientissimos. non Reges. non Pontifices: sed ne deos quidem suos gentilium litteræ ab hac fœditate seruarunt imunes.

Nota tria malorum capita.

A.iii

Turpissimas referūt dearū scortationes. Bacchum. phœbum. Mercurium. Martem languentes in Venerem. Ioue ipsum mugientem effingunt: in Cygnumq; cōuertunt: et præter fœmineos: masculos quoq; exarsisse et peregisse concubitus. Venio ad concupiscentiā oculorum: per quam Euangelista auariciæ accipit crimen: quæ tantopere insedit atq; inueterauit mortalium animis: ut hoc tempore affirmare fas sit: quod lepidus Poeta deplorat.

Viuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus:
Nec socer a genero: fratrum quoq; gratia rara est.
Imminet exitio uir coniugis: illa mariti.
Lurida terribiles miscent achonita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Cernes si diligētius quæq; perspexeris: itinera occupata latronibus. Maria prædonum excursionibus ex omni aditu nauigantibus clausa. Forum litibus strepere. Atria principum: summorumq; Pontificum miserorum mugire clamoribus. Hinc insontem mulctari pecunia: inde pupillum et uiduam quoq; hæreditate priuari. Iudicia emi muneribus. uenales haberi leges: In dandis: mutuandis: emēdis: uēdēdisq; rebus plura genera fraudum: q̄ nomina. Cernes egenum suffocari usuris. inopem uiribus opprimi. immerentem damnari. Illum prudentiorē existimari: qui callidius fallere: qui argutius circūscribere nouit innoxium. Taceo clericorum improbos quæstus ac simonias. Taceo principū omniū: et Tyranorū auri inextinguibilē sitim: et diras exactiones subditorū: ardentissimūq; et execrabile emungēdi egeni sanguinis studium. Taceo furta/ rapinas/ sacrilegia/ mēdacia/ periuria/ proditiones/ paricidia/ uenena/ reliquaq; nefaria et detestanda facinora ex cupiditate manātia/ nota sunt omnia et ante oculos posita. Postremo ad superbientis sæculi uitia si uolueris ora conuertere: et per singula oculos ducere: infinitus se tibi offeret malorum numerus: infinita uarietas: sed ut multa clausula una complectar: illud sane complem in nobis mi Phi. uidebis: quod inquit apud Salustium Cato: Omia uirtutis præmia possidet ambitio: atq; ita quidē modo: ut si de dignitate. si de gloria. si de potentia. si de primatu. si de regno atq; imperio agendū fuerit: non iam probetur honestum atq; officium: sed eius nequi/

cia atq; temeritas:qui uel initiis / uel astu potuit ad altiora se tol /
lere. Hinc bellorum rabies.hĩc discordiæ ciuiũ.hĩc euersiones ciui /
tatũ.hinc et effusus sæpe tantus hoĩum cruor: ut hæbescat mens :
quæ aliquid in se sentit humani:uel iniuriam:uel infamiã tã indi /
gnam humanitate:per partes cõmemorare. Hæc sunt Ph.charissi
me tria illa malorũ ac scelerum capita orbe regnãtia:quæ certe ad
quam te inuitamus:Religio oppositis armis expugnat pene sola :
aduersus libidinem cælibatũ.aduersus cupiditatem rerũ abdicatio /
nem.aduersus turgentẽ erectamq; superbiam uiuam arbitrii:et li /
bertatis hostiam offerendo et profitẽdo perpetuam . Adde quẽ /
admodũ omnia a se propulsauit fomenta libidinũ: et singula irrita
menta malorũ:ita plane genera omnium est complexa uirtutum:
ut addi quid melius et absolutius uix utiq; possit . Quid tandem
merces? Quid tandem et meritũ Deus ? quando siue uigilet/siue
dormiat:edatq; / uel bibat:hanc professus uitam/totas horas cum
merito transigat? Elargiatur quisq̃ diuitias. Hospitalitate gaude
at.palrat maceratus inedia atq; ieiuniis . stratũ illi sit super humũ
paululum fœni. se flagris ẽt quotidie cædat:nihil tamen tale præsta
bit unq̃:quale religiosa professio.quæ propriã deo suo libertatem/
tem maximã/diuinamq; in homine uouet et mactat. Hic innocen
tius/sanctiusq; uita ĩprimis agitur.hic facilius male acta purgãtur .
hic rarius recidiuo lapsu corruitur.hic cautius ambulatur. hic secu
tius quiescitur.hic frequentius uirtus:cælestisq; dulcedo suo in fõ/
te gustatur.hic fidentius e uita migratur:et emigrantes corona po
tiore donãt. Iã uero ad spirituales delicias parũp se nostraquoq;
uertat oratio. Cum.n.se charitas dei diffundit in animam : eamq;
cælestium prægustatione demulcet:nuncq; cum deo orationibus lo
quitur:nũc cum illa deus:quid putas eam Phi.uoluptatis habere?
quid sentire dulcedinis? quo deliciarũ genere:qua fœlicitate cõple
ri? Porro cum desinit amare quod fuit:et optare incipit quod futu
ra est:humana continuo despicit:nullis tam honoribus:nullis lau/
dibus:nulla ambitõne mouetur:nihil appetere:nihil desyderare de
sæculo potest.Non illi onerosa ieiunia.non uigiliæ graues.non ꝓ /
positi patris ingrata præcepta.non a uoluptatibus continentia. nõ
mensæ frugalitas.non solitudo.nõ taciturnitas:et regularis reliqua

Deuotionis
uis .

Ezechiel. disciplina molesta: tanta est suauitas illa: quam apud Ezechielem
nobis dominus pollicetur. Cum sanctificatus in uobis fuero: tollã
uos de gentibus: et congregabo uos mihi: et effundam super uos a-
quam et mundabimini: et dabo uobis cor nouum: et spiritum no-
uum ponam in medio uestri: et auferam cor lapideũ: et dabo cor
Dauid. carneum. hoc uoluebat animo Dauid cũ cantaret in psalmis. Quã
dilecta tabernacula tua domine uirtutum: cõcupiscit et deficit ani
ma mea in atria domini. cor meum et caro mea exultauerunt ĩ de-
um uiuum. beati qui habitant ĩ domo tua in sæcula sæculorum lau
dabunt te. et his alio loco carminibus. Elegi abiectus esse in domo
dei magis: q̃ habitare in tabernaculis peccatorũ: quia melior est di
es una in atriis tuis super milia. Debet igitur tibi Philippe charis
sime grauis iam esse omnis in sæculo mora. Debes ægre ferre. aut
uix posse intueri quæ tibi sunt aliquando uisa magnifica: quæ so-
let turba laudare: quæ et obstupescit hominũ ludificata: cæcaq; cu
piditas. Habenas iam animo laxa: quẽ sentis discruciari: donec de
caliginoso hoc: et sordido sæculi carcere: quo tenetur: in clarã hãc:
et quietam lucem erumpat. Desine tam diu formidare quid agas:
Not. tãtisq; cogitationibus æstuare. Dũ nutabũdus sic pendes: dum tar
das ne præcipitasse pœniteat: nutris tibi ipsi tortores: et inquietos
mentis carnifices: qui intestinis te aculeis torqueant: qui animũ cru
ciatibus lanient: Erũpe itaq; et emerge. Partum quod cõceptũ tam
diu intra te foues. Te grandæuæ Matris et confectæ iam senio ne
teneant lachrymæ. non sororis maturæ uiro amor impediat: quæ si
ne te uiuere et cõmode: et honorifice possunt. An forte moraris ne
quid rationũ tuarũ ac rerum depereat? Stulta est ista prudẽtia: quæ
cum salutis discrimine consulit perituris. Atqui nulla potest ẽẽ res
tanta: quæ detestabili sine scelere dei seruicio: æternæq; saluti sit an
teferenda. Cogita dum teneris his uinculis: dum his tardaris amo-
ribus q̃ dies truditur die. q̃ mors concita properat. q̃ de te mũdus
exultat: sibiq; blanditur deceptor diabolus. Non uenit christus do
minus pacem mittere in terram. sed gladium. et filium separare ad
uersus patrem et matrem suã: et nurũ aduersus socrum suam: quo
niam inimici hominis domestici eius: qui et se consulenti de fune-
re patris respondit Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

Omnia nos admonent quãto diſcrimine recta acturi ſequimur mo Not.
ram torpentes et deſides. Sub alea eſt omne futurum: et inſipientis
et ſtupidi (mihi crede) animi eſt dicere uiuam. Dies domini ſi
cut fur ita ueniet fallens excubias. Sed beati uigilantes. Igitur ut fe
ſtines iterum: iterumq́ congemino. Venies quidem deo maximo
ac ſalutari tui itineris duce. Venies angelicis cõmitatus agminibus.
Venies noſtris excipiendus obuiis manibus: et ſacris deo inciẽdus
inſignibus, et nobiſcum fœlicibus militaturus auſpiciis: ubi tandem
emerita militia: et huius corporis depoſita ſarcina æuo beato ac
ſempiterno fruare. Vale.

Altera ad eundem Phi. Epiſtola .II.

q uando mihi Placentiæ tuis cum munuſculis redditæ quoq́
ſunt litteræ tuæ: accintus iam eram: ut Veronã facerẽ iter:
ex quo uenit: ut tardius: q̃ ego uoluerĩ: tuq́ optaueris reſpõ
ſum accipias. Tũ.n. anguſtia temporis: nataq́ in ipſo diſceſſu ex
plicanda negocia calamũ arripere ſane mihi non permiſere: quare
facilis mihi ſit de tarditate mi Phi. apud te uenia. Fuere q̃dem mi
hi tua munera admodũ grata: litteræ quoq́ nec iniucũdæ: Expec
tabam tamẽ abs te frater munera ampliora: litteraſq́ blandiores:
ut te ipſum uidelicet deo: non tua mihi donares: Sed eiuſmodi ni
hil litteræ adhuc pollicentur tuæ: quod quidem uehementer admi
ror. Quãdiu.n. pulſanti deo negare audes mentis hoſpitium? reluc
tari trahenti? recalcitrare pũgenti? et timide dicere Recede a me do
mine quia homo peccator ſum? An non potius uides quanto di
ſcrimine morã facis: iter mũdi huius ſcyllam enauigans atq́ chary
bdim? At difficillima forte tibi uidetur totius uitæ repentina inſue
taq́ mutatio. Importabile domini iugũ: ieiunia: et uigiliæ graues:
aut uereris ne ꝑpetuo oneri mollis delicataq́ ceruix ſuccũbat: ne
piguis i maciẽ eat aqualiculus. Quãdo.n. factũ ẽ modicæ fidei ut
iuſtis alimenta defuerint? aut ſeruos ſuos non ſit deus miſeratus?
Scriptũ eſt.n. Sperantem in domino miſericordia circundabit: et
iacta cogitatũ tuũ in domino: et ipſe te enutriet: et nõ dabit ĩ æter
nũ fluctuatõnẽ iuſto. Quod ſi minus fidei auctoritas capit: oculos

ad exempla conuerte:neq; ad ea modo:quæ priscæ historiæ:et sane
tæ litteræ referunt : Sed quæ nostra hæc tempora:hic dies uiua ex/
hibet atq; spirantia. Non ne ubicunq; christiana lux rutilat et de/
pdicato Iesu ecclesia gaudet : inumeras uirgunculas:ne uiros dicā:
conspicis consecratas delubris:diuinas laudes et cerimonias perēni
cultu tractantes? et quicquid arduum religiosa in uita positum est:
lætas obeuntes? Et tu uir robustis uiribus eam militiam formida/
bis:quam infirmior sexus : et mollior puellarum ætas apprehende/
re non ueretur? Non est tam horrida:neq; tantis uepribus:ac tri/
bulis obsita uia quæ ducit ad uitam:ut per eam quisq; non possit
incedere:et si æquior/ ac procliuior est quæ pergit ad mortem. Ne
q; est tantopere percuutandum crucem domini suscepturo:cui sua
ue promittitur futurum domini iugum : atq; onus etiam leue.
Vno hoc opus mi Phi tibi est ut in mentem inducas atq; deliberes
uelle te uincere . Siqdem uolenti (mihi crede)nihil est arduum :
sed cuncta uoto et pertinaciæ cædunt . Demosthenem natura pe/
ne fecit elinguem : quam sic expugnauit labore atq; industria : ut
Demosthenes. nulla uberior : nulla admirabilior : q̄ Demosthenis habeatur ora/
tio:cuius studium admiratus Cicero:Cui auditæ inquit non sunt
Demosthenis uigiliæ:qui dolere se aiebat si quando opificum an/
telucana uictus esset industria? Tam graui ingenii tarditate Cleā/
tem fuisse referūt:et litteris male aptum:ut ad se illum uix præcep
Cleans. tor admitteret : At studio atq; assiduitate expugnata illa naturæ
sterilitas tam cumulatos fructus protulit:ut nō modo philosophi :
sed secundi Herculis nomen sit assecutus. Charitas dei:et immor/
talitatis spes gloriosa uires ad omia suppeditat:et factu dificillima:
mollia atq; leuia reddit. Quam ob rem cesset superuacua ista for/
mido. Abeat tam longa stultaq; consultandi prudentia. Hora iam
plane est:ut de somno surgas:et in claram lucē emergas. Ecce nunc
tempus acceptabile. Ecce nunc dies salutis . Cogita quid futurorū
rationes postulent ; quid totties promissa et animo firmata depo/
scant:et inter inducias:quas tibi promittis uide ne pereas. Vale.

Ad Isotam Nogarolam uirginem Christi de parce
causteq; uersando. Epistola . .III.

Aetera tuæ dignitati atq; uirtuti debere me fateor sancta
c et uenerabilis in domino Soror:sermonem uero/et aspectũ
tantũ excipio:siquidẽ ego uir:tu autem fœmina es:quæ q̃
ro uinculo christi:et sanctis tuis moribus:quãto et singulari doctri
na et uetere gratia mihi et admirabilior et amicior es:tanto uti /
q; fragilior et ifirmior uideri mihi debet præsens tecum et affatus
et mutuus oculorum contuitus. Illud.n.adiutus a domino lego ti
midus semper Melior est iniquitas uiri:q benefaciens mulier:quẽ No.
locum sic accipio:ut mutus nociturus dicatur uir sane neq̃: q̃ mu
lier sancta:si utriq; sæpe cõmunices. Hæc quidem inter se ubi con/
spirant uirtus/ et forma. Stupor et sexus:appetendi irritamenta cõ
geminant:ac uehementius afficiũt q̃ simpliciter unum. Sed et spi
ritualis amor affectiones quãdoq; et sensuũ motus mollius rapit:
et tandem improuidos flectit ad nefas. Hoc paruulus non uerebar.
ad te e ludo scholaq; ibam.rerum quoq; et cum nobilissima ac sa
pientissima tua matre nugabar. Librariaq; in tua cella et assidebã:
ubi dulces hymnos/et psalmorum numeros te suaue canentẽ lætus
audiebam. Nunc autem ad religiosam uitam habitũq; conuersus
duxi mea quãtum fragilitas potest(atq; uinã me sic adiuuet deus)
de fœmina non cogitare: ne amice quidem uersari : a qua captos
inumeros: et eos ꝓfecto sapiẽtissimos atq; sanctissimos lego. Trac Obserua
tatur penculo manibus pomum:quod si momorderis:odoratusue Hierony
fueris:est capitale. Diuus Hieronymus:quem tu semper habes in mus.
manibus:uel propter eloquentiam:quæ te delectat:uel q; plura:q̃
cæteri nostri ad sanctas uirgines scripsit . Experto credite inquit
Nihil est periculosius uiro:q mulier.nihil mulieri: q̃ uir. Vterq;
pallea.uterq; ignis:et rursum Nõ credo uiro:qui a spectaculis mu
lierum illæsum se dicat euasisse:quando Dauid sanctissimus regũ
uisa Bersabee se lauante raptus sit ad libidinosum incendiũ. Qui
et fateri intestinos suos ignes medullariũq; calores:dum in heremo
ageret:neq; erubuit Eustochium instituens:cuius tu uerba Isota sæ
pe legisti. Queri itaq; desine et me rusticitatis culpare perdilecta et
prudentissima in domino Soror : q; ad te non diuerto : ut pleriq;
serui uenerabiles dei. Non omnes uno sensu ac spiritu uiuimus . No.
Diuersa sunt prælia.diuersi Agonistæ i una et sãcta christi militia.

Alii celeres Alii statarii. Alii Centuriones. Alii gregarii. Ego iuue
nis. Ego uas fictile. Ego de terra terrenus. Illi maturi. Illi colūnæ.
Illi et forsitā impassibilitatem adepti: et sensuū lora in potestate
tenentes. Et.n. Paulum intueor post raptum tam beatum in cælū
adhuc dimicantem: et in membris suis legem uoluntati contrariā
sentientem. Expectanda nobis fracta canicies: si et satis quoq; secu
ra ea est: ambobusq; contigerit: Quod si nos illa fefellerit: expectā
da denique uētura securitas ipa: gloriosaq; imortalitas: quādo quod
satū est in corruptione: surget in gloria: quando sexibus nostris ui
tia detrahentur natura seruata. quando a fœditate atq; rubore no
ua creatura fiet imunis. Interim uero ego te soror fiducia charita
tis hortari: cōmonereq; non uereor quantum ipsa potes imprimis
secretum ames: et non queri a uiris uel optimis molestius feras.
Tuum ego ingenium: Tuam doctrinam: decus splendoremq; in
tacti corporis tui: abstinentiam: frugalitatem: orationes: cæterasq;
uirtutes semper uenerabor tuas: et insculptas mente gestabo. Te in
his: et has in te ad magnam dei laudem: meiq; ædificationem per
petuum admirabor: in qua reuixisse mihi plane uidetur prisca illa
uirginum dignitas: quas illustres sempiterno præconio decorauit
antiquitas. Sic quoq; editiones et epistolas lego tuas: ut nihil profe
cto tum minus: q̄ de fœmina cogitem ita me tenet earum dignitas:
et cum lepore et eloquentia pondus. Atq; nuper altercationem illā
tuam cum Aluisio Foscareno patricio ueneto: et urbis nostræ præ
tore: uiro preterea optimo atq; grauissimo: et egregie litteris culto:
qua contenditur utrius peccatum grauius extiterit; patris Adæ: an
Euæ: et in qua tu Euam. Ille Adam tuetur: cum uoluptate sancta
perlegi: mihiq; illud admodum placuit: q recenti cum theologia:
quæ ornatu nunc caret: tu cultum eloquentiamq; iunxisti. In his ta
libus tecum sum: eroq; semper. Tu æque meis cum scriptis benigna
et sanctissima soror præsentiam compensa corpoream: ac pro me
orare non desine. Vale.

Ad Georgium Valagusam de Ritu Curiæ in
natali saluatoris die. Epistola. .IIII.

Ane ut lepidus est Dialogus tuus: q̄ quo principis Natos de
f ritu Cerimoniisq;: quas ad uesperum Natalis Iesu christi: et
Saluatoris nostri Regia celebrat: disputantes iducis: ita ma
gnum in se pondus habet: et est allegoriæ plenus ac mystici sensus:
in quo modo dignitatem. modo admirationem. modo risum lec-
tor inueniat. Quid elegantia? Nam tota oratio est tutidissima: et
in ea ut conuenit: expressa omnia: aruta: exacta: in qua nescio q̄d
potius admirer ingenium ne facultatemq; dicendi: an religionē: et
tuam ī res diuinas pietatem: ad quam singula: quæ attigisti: uel du
cis: uel rapis. Multa te uidisse. multa te sapere. multa re gustare de-
clarat tuus iste libellus: quo ita sum equidem delectatus: ut non mi
hi satis extiterit semel/bis ue legisse: Sed uiuerit etiam usq; morari.
Pauca pro dignitate et precio rei: sed cum dabitur sermo plura iu
cundius. Verum interim Vale. Mediolani. xi: klls. Febr.

Ad Timotheum patrem ut rescribat. De Seraphini expe
ctatione. deq; illius ad Alphōsum Regē libello. Epistola
.V.

Iffiteri non potes crebras a me recæpisse: me uero abs te iā
d diu nullas. Sed arbitror te maxime diuina curantem huma
na negligere Quoniam tamen læticia nunq̄ mi Tim. ma-
iore afficior: q̄ cum tuas accipio: oro interdum Apostoli more pa
tiare Anathema te fieri a christo pro fratribus tuis. hoc si abs te me
ritus fuero: et te charitatis ingentem fructum assecuturum puta: et
ipse lætus meis in laboribus uiuā. Noster Seraphin tanta uirtute
coalescit et surgit: ut laudem spemq; de iuuene mea oratio æqua-
re non possit. Libellus tuus ad Alphonsum est perurbanus et bel-
lus: ac plane rege dignissimus: sed præcipue ad id quod queris: ict
tamentum admodum efficax. Ciuitatem uitiis: quantum quidem
potes: curare tuis uocibus perge: et mundatam illam ad sanitatem
q; perductam: uirtutum amore succende: quam docilem et obse-
quentem ad ea: quæ per te suadentur: haberi tibi: qui istic ad nos
ueniunt omnes affirmant. Nos salui quidem sumus. Tu quoq; in
domino Vale ac fœlix uiue: et mutuum ora.
Bononiæ idibus Martiis.

Ad Guarinum ueronensem summum honestarum arti
um Antistitem. humanitatisq; parentem reprehensoria
in eo: q; minus laudabiliter scripsit pro ornatu fœmina
rum . Epistola. .VI.

Iennio cum iam exacto Timotheus conterraneus noster:
b uir ut religiosus: ita præco ardentissimus christi: et in omni
genere laudis insignis pro infatigabili sua in omnes pieta/
te: ut assolet: etiam inclytæ huic ciuitati Bononiæ una Quadrage
sima prophetasset: egissetq; ex pulpito quo publico decreto petulā
tior mulierum cultus et inundans uestimentorum luxuries com/
primeretur: exortus est ea tempestate Euangeliomastix quidam: q
si non honesta: attamen eleganti satis oratione quadam apud Be
sarionem Cardinalem Tusculanum: apostolicumq; legatum fœmi
nis cultum restitui debere ausus sit disputare: quantaq; potuit ui
psuadere. Tum quidem Timotheus in Hetruriam profectus abe/
rat: qui refelleret: et hominis deliramenta purgaret: et huiusmodi i
nre omnium et i manibus uersabatur oratio. Multis applaudebat:
iis q; maxime quibus sunt blādiores illecebræ: q̄ præcepta iusticiæ:
Alii uero: quorum auctoritas plurimum apud me ualet: dolebant
mecum ornamentorum licentiam iniuria continentiæ pudiciciæq;
discrimine litteris illustratam. Ab me cōtra horum rogatu una ora
tione suscepta est causa: atq; defensa ita: ut per omne id temporis:
quo Besarion præfuit urbi: lex atq; decretum manserit semper in/
uictum. Nuperrime uero Guarine ad Magnificum Santem Ben
tiuolium auratum equitem: primumq; in re pu. uirum Epistola
quædam emersit tua: quæ noua nobis inferat bella: immo hone/
stati: tuo Timotheo: sanctoq; pulpito calumnias incutiat: et
eo quidem periculosior: quo de mirifica illa tua officina manat:
quæ primam laudem: cum optimorum studiorum: tum morum
atq; uirtutum merito sustinet: ut tantum auctoritatis sit habitu
ra: ut qui eam legerint: iam seruire luxui putent impune lice/
re: eo periculosius capti: quo in dei Præcones incipis inuehi:
et eorum doctrinam mores utramq; depravare. Res quidē indigna
sed te auctore indignissima: qui clamantem in psalmis spiritū sanc

tum ſæpe legiſti. Nolite tangere chriſtos meos et i prophetis meis
nolite malignari. et ad ipſos loquentem Qui uos audit me audit:
et qui uos ſpernit me ſpernit. Ah Guarine grauiſſime ſapientiæ
humanitatisq; delicium ut potuiſti tam a te ipſo diſcedere: tam exi
miæ tuæ ſingularisq; uirtutis obliuiſci: ut Timotheum uirum ſan
ctum. religioſum. uirtute preſtantem. tui amantiſſimum. tuarū
q; uirtutum buccinatorem aſſiduum: qui contra hæc ornamenta
laſciuiæ non modeſte minus q̃ ſeuere: non uerbis magis: q̃ pieta
te diſſeruit: et iuſtiſſimam legem tulit: impetendum duxeris et im
merentem laniandum? Ais enim dura mihi ſane prouincia: præſer
tim contra eos ſuſcipienda: qui uitæ ſeueritate: et cenſorio quo/
dam ſupercilio nituntur: et quaſi Catones ſæui magis: q̃ ſeueri
humano generi uiam uerbo potius: q̃ re difficilem ſtruere conan/
tur. Deinde cum recenſuiſti: quæ tibi uiſa ſunt aduerſus fœminas
a præconibus ſumi: et mordacius etiam: q̃ illi ſoleant: id effeciſti:
addis continuo. Hæc ſunt: quæ contra fœminas uerbo potius: q̃
uero diſſerant. ne ueſtimentis adornentur. ne argento poliantur
et auro. Recognoſce hic paulo tua iſta uerba / iſtumq; cōgreſſum
Guarine mi preſtantiſſime: ipſeq; iudica quem religioſum chri/
ſtianūq; uirum. cui animarum zelus: et aliqua uiuendi modeſtia
ſit curæ non impellunt uel inuitum ad retundendum? præſertim
cum iubeamur famam quidem noſtram ita ſeruare. et opera ita
lucida habere: ut odore uitæ noſtræ omnis etiam malorum homi
num corda ad uitam meliorem: ſanctioraq; deſyderia moueātur?
Et quāq̃ nobis ſit quidem ſatis teſtimonium conſcientiæ noſtræ:
et obſeruare oporteat ut nos ipſos imprimis recte curemus: cæteris
nihilominus ut deo lucrifiant: famæ eſt neceſſarius odor: firmiſ/
ſimaq; de nobis integritatis opinio. Quod ſi tu præcones magis
uerbo: q̃ re laborare: et magis ſæuos: q̃ ſeueros eſſe: mendaceſq;
non dubitas atteſtari: quid erit amplius i Concionatoribus chri/
ſti frugi? quid ſanctum? quid laude aliqua dignum? quæ de iis fi
des? qui ignes? qui ſtimuli? qui aculei? Iam nihil deniq; ſupe/
reſt? niſi qui luxibus uoluptatibuſq; deſeruiunt et impunitatem
ſcelerum / licentiamq; deſyderant: cum ſua uitia fulminari audierīt
et euāgelica framea cædi: de tua ſibi auctoritate applaudētes: terga

auertant et inquiant. Amice cura te ipsum. dicis quæ nō facis. Modestius ante oculos Guar. mores eius et uitam tibi posuisses: q suis sermonibus beatoqꝫ labore ut hæc ornamenta moderata haberentur effecit: Sic eū inuenisses non sætium utiqꝫ: neqꝫ tam seuerū: q̄ poterat: sed idulgentiorem ēt paulo: q̄ hæc ornādi libido poposcerat: et grauiora proprio in corpore exercentem: q̄ cæteris precipientē: ueritati quoqꝫ magis: q̄ uerbis semꝑ initentem. Dices fortasse Timotheus uir oīum optimus: remqꝫ diuinā sancte et fideliter tractās nusq̄ a me est noiatus. Quæ sensi de cæteris scripsi. noli iter me et Timotheum discidium serere: quo dei uate nihil admirabilius: nihil perfectius: nihil diuinius semper existimaui. Verum sæpenumero precones uideo iperitos inepros ridiculos attrita frōte grādia trutinātes: leuiora quidē nec itelligentes: sui tantū admirationem apud imperitū uulgus captantes: uerbo magis: q̄ re docentes. seductores. inflatos rumusculis muliercularum. hypocrisi sanctos. ueritate perditissimos: in quos per Hieremiam dominus tonat. Ecce ego ad prophetas: qui assumunt līguas suas: et aiunt dicit dominus. ecce ego ad prophetas somniantes mendacium. et in euangelio de quibus nos premonet. Attendite uobis a pseudo prophetis: qui ueniunt ad uos in uestibus ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Hæccine Matthæe charissime nō explorata? non comperta? nō uisa? Non abnuo Gua. nec obsto: quin fateor ego quoqꝫ ministris nequissimis falsisqꝫ prophetis plenam nunc esse ecclesiam dei: qui se ipsos nō Christum predicent: qui fimbrias dilatent et primas in synagogis appetant cathedras inquinati. tumidi. inflati. auari. inimici crucis christi: quorū deus uēter est: sed adde quod ex euangelio sequitur. A fructibus eorum cognoscetis eos. Quāobrem: si quos conuersario sancta cōmendat: nihil iisdem ipsis preciosius ab īmortali deo datum habetur in terris. Vasa. n. sunt spiritus sancti et templa deo dicata basilesqꝫ ecclesiæ: de quibus est scriptum q̄ speciosi pedes euangelizantium bona. euangelizantium pacem: et de quibus uaticinans daniel Qui multos inquit erudierit ad iusticiam erunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. et uas electionis beatissimæ Paulus Presbiteri duplici honore digni sunt et maxime qui laborant in uerbo atqꝫ doctrina: Quos neqꝫ preclaris

simus Poeta tuus prætermisit inglorios cũ de uatibus cecinit.

Quiq; pii uates: et phœbo digna locuti:
Inuentas aut qui uitam excoluere per artes:
Omnibus his niuea cinguntur tempora uitta.

Quod nec imerito quidem: quando inter mortales eorum absq;
beneficio neq; charitas. neq; religio. neq; dei cultus aliquis possit
quoquo modo constare. Sui eos uero pseudo inuenerimus uates i
se aliud nihil habentes: nisi umbram simulacrumq; uirtutis: q Cu
rios simulent et bacchanalia uiuant: aut Mimis et histrionibus si
miles: qui in theatralibus scænis nunc Vlixem. nunc Herculem a
gint: cum ipsi perditissimi plerũq; scurræ sint: nulliusq; momenti
mancipia: tum quoq; quid agendum nobis porro sit: eodem ipso
præmonemur euangelio christi Omnia quæcunq; dixerint uobis
seruate et facite: secundum autem opera eorũ nolite facere. Qui
bus ex uerbis apertissime liquet: qui ueri sunt dei precones: eosdẽ
ipsos singulari pietate esse colendos: ac imitandos: si autem qui se
cus et si spernendi quidem maxime sunt: eorum tamen dogma dũ
rectum sit et consonet uero: non prorsus esse spernendum. Tu ue
eo una opera et sanctos percutis Euangelicos uiros: et tuum Timo
theum et si incautus fortasse: eorumq; præcepta salutaria contem
nis: quod impietatis et cõtumaciæ est: et si tu Gua. neq; ĩpius ullo
quidẽ modo neq; cõtumax es: sed maximis õnibus uirtutibus præ
ditus. Vbi uero insurgis magno supercilio et disputas eũdem ue
stimentorũ modũ fœminis minime deberi. gratis supflueq; contẽ
dis. inanisq; est tantus iste strepitus tuus. Et enim quis hoc non
uideat eundem habitũ corporis cõuenire minime singulis: immo:
quod non uidisti? hoc præsertim lex nostra iubet et cauet ut alia
sit patriciarũ cõdicio. alia plebeiarũ. alia diuitũ. alia pauperum.
Alius principi. Alius priuatæ matronæ debeatur ornatus. neq; se
cementarii. pistoris. fulonis ue coniunx iurepiti: et equitis audeat
coæquare. Hic omnis et sacratissimi legati et Timothei et legis
occupatio curaq; uersata. hoc consulares sexdecim uiri. hoc boni
omnes et prudentissimi Ciues flagrarunt et petierunt. Quæpiam
pariter attigisti nulli neganda: quin ultro etiam danda. Licere
mulieribus se ornare. se comere. se expolire. crinibus geminas in

texere. manicas acu pictas.trementi auri argentiq; squama iuario et colore isignitas gestare.longas trahere tunicas.ornare capita ser tis ac mitris auro gēmisq; micātibus.appēdere pectori preciosa mo nilia.hoc et Paulus idulget:Quæ nupta est inquit quærit quomo

Modus or nandi. do placeat uiro.Et ad Timotheū scribit Mulieres ī habitu ornato cū sobrietate et uerecūdia. Sed hic adde tu mi Gua.id nō nisi lice re tantū:quantū suis collibeant uiris:eoidēq; cōseruent cæteros nō pimendo. Ditari.n.aliena præda atq; iniuria nulli omnino licet.

No. Domi:ubi placere tantū iuro queant:ornamenta deponunt:squa/ lent et sæpe.In porticus.basilicasq; sanctorū exeūt ut cōmunes qui dē meretrices fucis:coloribusq; depictæ.Si abest cui placeāt:quid fa ces libidinis: irritamenta q; luxuriæ ante alienos oculos offeruntē quibus etiam cōtinentissimorū hoīum mentes ad libidinosū sæpe prouocātur incendium? Demens est:qui in aere remigio expiscari contendit:et ne ardeat ignis oleū superinfundit. Ridiculus quoq;: qui signum profert præ limine:atq; taberna ad uina uēdenda: cui omnino nullum sit uinum. Sed o utinam quidem illud Ezechielis

.Ezechiel. non impleretur in ipsis. Ad omne caput uiæ ædificasti signum

.Solomon. prostitutionis tuæ.aut Sapientis illud elogium Ecce mulier in ha/ bitu meretricio præparata ad capiendas animas. Neq; a Domino dictum ioco putare fas est. Ve illi per quem scandalum uenit: et si te oculus scandalizat tuus.erue.et proiice eum abs te. Neq; ullo uel modo assentior tibi Guarine cum dicis culpam non esse si hu manis oculis placere cupiat fœmina:quando reliquum omne mor/ talium genus magna aggreditur. litteris. militiæ. artibus insu/ dat ut placeat:ut laudem et popularem gratiam sibi conquirat. Aliud nēpe est uirorum prudētissime uirtute:et benegestis alterius sublata semper iniuria laudem nomēq; adipisci:aliud proximū an cupio diaboli ad mortem illicere.Sed neq; mos patrius:quem idu cis: suffragari ī hoc satis tibi posse mihi uidetur:ubi terminum:et moderationē:quæ i cunctis habenda est:trāsgrediatur.Grauius im/ mo turpiusq; delinquitur:quo temeraria quadam:maioreq; insolē tia certatim omnes peccare non desinunt. Communem idcirco et tum publicam humani generis impudentiam dominus olim dilu/ uio perdidit.Sodomam combussit. et in hebræos per Esaiam his

Esaias.

minis insurgit Pro eo q eleuatæ sunt filiæ Sion: et ambulauerunt collo extento: et nutibus oculorum ibant: et plaudebant: ambulabant: et pedibus suis composito gradu incedebãt: decaluabit dominus uerticem filiarum Sion et crinem earum nudabit. In die illa auferet dominus ornamẽtũ calciamentorũ: et lunulas. et torques . et monilia. et armillas. et mitras. et discriminalia. et piscelidas. et murenulas. et olfactoria . et inaures. et ãnulos. et gẽmas ĩ frõte pendẽtes. Et erit ꝓ suaui odore fetor . ꝓ zona funiculus. ꝓ crispanti crine caluiciũ. pulcherrimi quoq uiri tui gladio cadent: et fortes tui prælio. Quã multa grauiaq præterea detrimenta uiris afferat uxorius ornamentorũ luxus nescio quonã pacto tam manifeste dissimules. Præter ipsam quidem experientiam exemplis factisq summorum uirorum potuit id tibi notescere . Nam antiquissimus ille sapientissimusq Lycurgus æternis legibus ornamenta Spartanis uetuit. Hoc et apud Crotonienses ĩmortalis philosophus nominis Pythagoras fecit. Hoc Cornelia nobilissima superioris Aphricãi filia. et Tib. Sempronii gracchi coniunx exemplo memorabili docuit: quæ matronã cãpanam sua ei ornamẽta ostentãtẽ: et quibus uteretur Cornelia uicissim uidere gestientẽ ꝓlatis ĩ mediũ liberis Tiberio. et Gaio hæc porro ĩquit ornamẽta sũt corporis mei. Hoc Roma tota perspexit: cum Oppia lege. ornamenta restrinxit: quã q̃ graui tumultu ĩpetuq fœmineo Brutis obsessis: qui legẽ aboleri nõ sinebãt : Portius Cato ut tumultũ eiulatũq dissolueret legẽ abrogarit. An modo et florentissima adeo Venetorũ Res pu. nõ decretis/legibusq sanctissimis aurũ/et uestimentorũ usũ graui censura finiuit? An hoc nõ aliæ cõplures Ciuitates benecõpositæ effecere? exptæ auiditatẽ atq libidinẽ ornãdi sui sine legibus ĩexplebilem fieri? quin absumi patrimonia. exerceri fraudes atq rapinas. tardari nuptias sæpe ĩ seniũ usq: sed et puellas cõnubiis iã desperatis dotis inopia ꝓstitutiones : incestusq domesticos ĩpudẽter admittere: aut spõsalia clãdestina quærere: ex quibus mortifera odia: perpetuæ lites . iniuriæq cruentissimæ procreari solent. Ast Bonoiuẽses iã nostros quid ĩpulit tãdem ut de imoderato isto muliebri mundo cauerent legibus : nisi foeminei cultus tanta luxuries: quæ sic efferbuerat: sicq concreuerat: ut longe deteriora q̃ quæ attigimus: cum

Lycurgus.
Pytago.
Cornelia.
Lex oppia.
Veneti.

detrimenta:tũ ſcelera inde manarent/ Ad hanc tẽ undiq; plurima
ſe mihi offerũt:quæ cõſulto ipſe reliquo: ne lõga nimis texatur epi
ſtola:neu te acrius premere uidear:q̃ uel uirtus:uel dignitas poſtu
let tua:quẽ nõ maliuole quidẽ ſcripſiſſe unq̃ perſuaſi mihi:ſed ob/
ſequẽtius fortaſſe:ut ei applauderes:qui offẽſus lege cõdita:tuã cõ
tra refragationẽ optauerat/atq; popoſcerat:cuius tu gratiã/atq; po
tẽtiã:ut declaraſti tua ĩ epiſtola Emanueli filio ꝓfuturã arbitraba/
te:quẽ illi offers tãto amore fouẽdũ:q̃tum ſuo ſtudio/ac deſyderio
Pythagoras epiſtola attiſerit tua. Sentire et q̃doq; ſapiẽtiſſimos uiros aliq̃d aĩ/
Plato. maduerto: quod nullo mõ eſt cõe cum reliquis : Pythagoras:Pla
toq; mihi occurũt primi maximiq; nõ mõ philoſophi:ſed ipſius phi
No. loſophiæ(ſi hoc dictu fas ẽ)beatiſſima numĩa:quo altero icola no
ſtro gloriabitur ſẽp Italia(cõſtat.n.a Bruto illũ ad nos aduectũ fu
iſſe poſt reges exactos) Alterius uero mores et ſapiẽtia huiuſmodi
fuit:ut ætati ne dicã ſuæ:ſed ſæculis oibus nihil auditũ uſq̃ fuerit
Platone ſplẽdidius·ut ſemideũ Labeo:diuinũ cæteri hominẽ iure
Sapientum nũcuparint : cuiuſq; doctrinã caterua Sapientũ omnium ueterũ :
errata. cũ gentiliũ: tum noſtrorũ iprimis cõſecuta eſt:pueriliter etiam ita
deſipuere:ut animos hominũ:quos ſẽpiternos eſſe putabãt.primis
exutos corporibus ꝑ nouos partus i alia iterũ corpora/nec humana
ſolũ:ſed bæluarũ etiã quãdoq; ſe inſinuare docuerint. In Euphor/
boq; pantoide bello troiano·inq; Pauone ſemel Pythagoras ſe ex
titiſſe crediderit. Idẽq; Plato Rẽ peſſimã atq; fœdiſſimam : Matri/
monia fieri cõmunia cẽſuerit opepreciũ:et cælibẽ ſe uixiſſe extre/
ma uita doluerit:quæ nemo:niſi qui aut cerebro quidẽ careat aut
mẽte ſit captus uel cogitabit. De noſtris catholicis:qui ſũma doc/
trina admirãdiſq; uirtutibus claruere:quid illuſtius pleriſq; i hereſi
bus Origene atq; Lactãtio/ut mihi uideatur eſſe uetiſſimũ:quod
Ariſtoteles ſcriptũ reliquit: Ingeniis maximis imixtã eſſe ſæpe demẽ
tiã.et quod optime dauid enũciauit i pſalmo. Omnis homo men/
dax.ueluti iſingulo rerũ oium genere exactiſſimã notionẽ atq; pru
dẽtiã homini iuidiſſe uideatur naturæ modeſtia:quæ partes ꝓpriæ
diuinitatis ſũt:ꝑ quas diſtare ab homine dignoſcitur deus. Sic ho
die ego. Tu cras forte Gua.delinqmus.neſciẽtes ẽt quomõ. Qua
te nihil ego cæterarũ tuarũ uirtutũ et imortaliũ meritorũ et lau/

dum detrahens tibi:quibus ceu sol inter astra ita quidem inter re/
liquos fulges et p̄clarissimos et lautissimos uiros:abhorrui ab epi/
thetis et iaculis epistolæ tuæ:quæ itorques i sanctos xp̄i p̄cones:qui
bus labefactaŕ cādida simpliciū fides/et salutaris pulpiti dignitas.
Non me audacia.non leuitas.non plenus stomachus. nō iuuenilis
feruor:Sed quē dixi:zelus quidē prouocauit. Quāobrē ꝓ eximia
uirtute:et humanitate singulari tua oratū te cupio i charitate Iesu
christi quæ scripsi æquo aīo accipias:meq; monētē ut filiū et ami/
cū deditissimū tibi feras:quod plane efficies si memineris uerissime
scriptū. Meliora sunt uulnera diligentis:q̄ fraudulenta oscula blan
dientis.et si cū ꝓpheta statueris Corripiet me iustus i misericordia:
Oleū aūt peccatoris nō ipinguet caput meū. Nulla ē hæc iquit. M.
Cicero tuus amicicia:cū alter uerū audire nō uult:alter ad mentiē/
dum paratus est: a quibus seruilibus uitiis generosus et liberaliter
institutus animus tuus fuit semper innoxius: ut pertinaciter haud
possit errare. Vale. Bononiæ.kallēdis Sextilibus.Mccccl vi.

Ad eundem Guarinū altera eadem ex causa. Epistola. VII

Cribis te meas accepisse Guar.hominū decus:et eas ut fide
s les et amicas:ita gratas atq; amabiles:uerum superfluas:qa
contra Timotheum nihil sensisti unq̄: nec inuectus in eū
fuisti.qui uideri tibi uerissime soleat: ut speciosi nominis ethimo
logia testatur:uir plane diuinus et sanctus:in quo deū obstupescas
et colas. cuius sicut preciosa christi toga formosū corpus adornat:
sic egregium animum uitæ norma sanctitas atq; doctrina. Et post
multa concludens epistolam Vale inquis :et si quid in linguis con
trouersiarū cōcepisti:pace animorū istaura :et ꝓ me ac meis com
munē deū ac creatorē ora. Nō possum ego tibi satis declarare mi
Gua.quāti feceri tuā istā moderatā christianā:et sācto philosopho
dignā epistolā. Inueniri nō solet q possit ferre se cōmonētē:ita est Nota
odiosa hodie ueritas dū castigat et admonet: et grata:dū blandiť:
subdola ēt et falsa palpatio. Ego tamē qd istaurē tecū ad pacē mi
Gua.nō habeo:quoniā nullū qdē iter nos bellū:sed sobria et ami
ca de honestate cōtentio. Itaq; nō pacis fœdera:sed quantā pos/

ſum charitatem et ſeruitutem tibi offero atq; deuoueo: maiora lō/
ge de me nō modo: ſed de tota humanitate benemerēti: cui (pace
omniū dixerim) magis profuiſti ſolus uel doctrina/ uel moribus: q̄
hoc tēpore q̄ſq̄. De tua. n. uirtute et ſanctis ac imortalibus meritis
quid animi habeam ipſe nō dixerim. Sacer et uenerabilis cuius Ema
nuel ipſe teſtetur: qui cū de te ſæpe dulciſſimus eſt mihi ſermo: et
qui ambas noſras uidit epiſtolas: et meā a ſe probatā ad te tranſmu/
ſit optimus filius: cui et palam fuit quid multi de epiſtola ſentirēt
tua: et quāta i fabula ierit et Timotheus et lex Timotheia: et quæ
pro ſententia uel uoto quiſq; uerba iactaret. Verū ſi nihilominus
ego tibi inuerecundior uiſus ſum in te Guar. ſanctiſſime: pio amo
ri da ueniam: et ora ut dimittat deus uobis inuicem debita. Vale:
et benigna mente ad ſanctiſſimum me pacis oſculum excipe. Bo
noniæ Nonis Nouembribus. Mcccc. lvi.

Ad Hermolaū Barbarū Veronēſem Epiſcopum de Boſſina
capta: piculoq; Turcocū flebilis atq; mœſtiſſima. Epiſtola. VIII

d Olore: quātū maximū capere aío potui: affecit me Epiſtola
illa Senatus ueneti ad Pontificē Max. et cæteros chriſtia/
nos ptincipes: funeſtam regni Boſſinenſis cladem / ac miſe
rabilem calamitatem referens: atq; deplorans: uixq; eam legi: cū tu
protinus i mentē mihi ueniſti Hermolae pontifex: et eos ſermones
ad memoriā reuocaui: quos mecū ſæpius in hanc ſentētiā: cū iſtic
eſſem/ habuiſti. Itaq; exhorrui. expaui. pfluxere lachrimæ. erupere
ſingultus: quos excuſſit uis ingentis mei doloris/ ac pietatis erga rē
chriſtianā: et īmodicus timor ne tanta uictoria elatus hic inſolen/
tiſſimus et barbarus hoſtis i pulcherrimā ipſam et florentiſſimā Ita
liam: et in media eccleſiæ ſanctæ uiſcera nō modo ſe inſinuare poſ
ſe iam credat: uerū etiā apertis (ut ita dixerim) faucibus et quaſi
uaſto hiatu auſit omía deglutire. dilacerare. abſumere. Clariſſimus
iam rumor apud nos eſt ciuitatem Venetias tanto impetu tāq; ex
citato furore: atq; repentino metu exterritam: mirum in modū tre
pidare ne in ſuos ſinus: et domeſticos portus aperto marte et ma/
gno impetu ſoluat. Quidam uero uos terra potius: q̄ mari furētē

illum putant inuasurū:et uestris maritimis oris atqꝫ insulis plurimū
ipēdere discriminis. Aliorū opinio ē eundē moliri oia.ut secundis
Ariminum uentis traiiciat. Quod horum magis fidem capiat nō
satis intelligo. Loquitur enim quisqꝫ pro arbitrio ne (quod absfue
rit) dicam pro uoto:sed utcūqꝫ successura res sit:nobis certe non
modo timendū est:sed ēt lugendū atqꝫ iplorandū:ut imortalis de/
us sua ope:atqꝫ auxilio sua templa:suūqꝫ populū fidelem sibi ac pe
culiarē a tam nefario scelere tueatur:et tantū quidē incendiū a no
stris domibus arceat. Nos uero:quo diuina placetur ira:iis rebus:q
bus placari solet instanter operā damus: Priuatim orationibus agi
tur. publice et ex pulpito animos hominū i lachrymas et terrorem
impulimus. Indictæ supplicationes atqꝫ ieiunia. Magna uirorū at
qꝫ impuberum pars saccis tecta:et se flagris atqꝫ cathenis cædens:et
sacerdotes cū sacris insignibus sanctorūqꝫ reliquiis prosequēs cum
reliquo populo iussa est urbem lustrare:precibus:ueneratione:ac ī
genti clamore cōprecantibus ōnibus præpotentē deū ōnisqꝫ cælites
ut suo numie atqꝫ suffragio suas aras:suaqꝫ ossa:et nostrarū simul
urbiū mœnia a truculentissimo hoste defendāt:atqꝫ ita defendāt:
ut illo cum omnibus copiis terra mariqꝫ superato et res pu. christia
na:salusqꝫ omniū. tecta. fortunæ. dignitas nobis/ posterisqꝫ nostris
non humanis consiliis:sed eorum erga nos immortali beneficio re
stituta esse uideatur. Non ne conspicamur oculis impendens exiti/
um? Non ne perspicimus sensim nos tanq̄ fluctibus obrui? Nō ne
muris. domibus. delubris. ac tectis subiectum prope iam fumat icē/
dium? a quo mortalium nemo alioquin nos possit eripere:nisi de/
us ipse/aut sanctorum quispiam descendat in aciem:et stet pro frō Nota quo
te castrorū? Insanimus ꝓfecto:si aut præsidiis munitissimis:aut au/ mō uīcēdū
xiliaribus sociis:aut telis ullis:aut tormentis:aut aliquo genere bel
licæ artis nostros fines arbitramur nos posse defendere:atqꝫ uel ma
ximis ac confertissimis copiis:uel rostratis atqꝫ ingentibus nauibus
furenti hosti occurrere. Expugnanda primū nobis cælestis ira est:
et odium dei iuste meritoqꝫ cōceptum ante sedandum:quod certe
ut fiat non cruore:non ense. non trireme. non equitatu. peditatu
qꝫ. nō fortunis:ac cumulato ære est opus. Alia sunt multo potiora: Nota
quibus dimicādum sit: Pœnitētia. fletus. pietas. iusticia. innocētia.

libertasq;:qua nulli fœde libidini.nulli delicto simus obnoxii. His enim uirtutibus atq; piaculis ueluti instructa acie impuro hosti: ac scelus anhelanti est occurrendũ.his armis est dimicandum. Ad hoc apud Hieremiam ē illa pientissima domini uox In fletu uenient. et in misericordia reducam illos:et in Ioele illud oraculum Conuertimini ad me in toto corde uestro:in ieiunio et fletu et planctu / et scindite corda uestra :et non uestimenta uestra: quia benignus et misericos dominus et pstabilis super malicia. Sic enim ut in sacris ꝓditur litteris:uictor Israel per diuisum in semitas mare migrauit de populo barbaro. Sic commune Niniuitæ euasere supplicium. Sic

No. Victores. Nabucodonosor post multa facinora diuina aĩmaduersione perterritus regnum rursus accæpit. Sic Acab:quo inter omnis hebræorũ Reges nemo deterior:ueniam tẽporariam clamore:saccoq; et cinere legimus meruisse. Sic Ezechias de Senacherib. Sic de Olopherne Iudith. Sic moises de Amalechitis:Dauidq; de Philistæis gloriosissime triũpharunt. Et ne longius ꝑ exẽpla defluat oratio:quis nesciat:nulla ratione alia placari deũ melius: q̃ diluere lachrymis: quæ in illũ foede et impudẽter admisimus. Sed O mortaliũ extrema demẽtia. O effrenata cætaq; audacia. Et eni q̃d est:cur extrinsecus mederi uolumus:si est ulcus in cute:si liuor i uenis: si tabes toto putrescit in corpore? Concilium pricipũ Põtifices max. uocent. pecuniarũ decimas emũgãt. Maria exalbescãt carbasa conflantibus uentis. Sternantur sinus classe. fulgeat undiq; et excandescat crux sup pectora militũ. nihil agimus. nihil molimur. nihil assequimur. Conatus nostros irridet deus optimus max. e cælo ista prospectans. Id ita si esset:ne cõtra nos staret nostra malitia. O nos fœlices. O sacrosanctã et pbeatã ecclesiam. O fortunatã christianã Rẽ pub.

Italiæ Vires. Quippe Italia ipsa:ut reliquas nationes credentes omittam: usq; adeo florentissima est:et omniũ rerũ abũdans. tot inclytis rebus pu. tot principibus potẽtissimis. tot fortissimis et summis Imperatoribus excellẽs. In re uero militari:cũ fœlicitate: tũ ẽt disciplina iudicio omniũ neq; ulla cũ gente comparanda. Armorũ præterea et cõmeatuũ tam magna ei copia et affluentia ẽ:ut õnibus ẽt:cũ nationibus:et exteris populis nõ mõ decertare:sed illos etiã queat facile superare:et bellum tamen impuri hominis. imbecillis. et barbari tã

turpiter phorremus? et eũ finimus usq; ad Italiæ limĩa castra loca
re:et ĩ ipam orbis terrarũ pricipẽ Romã:et christiãi nõis caput cla
dem.uastatõnẽ excidiũ minitari.diuinũ ꝓfecto ẽ nõ humanũ õne:
quod patimur. Hic.hic dei flagellũ. Hic nostrorum scelerũ ultor
est. Res incredibilis dictu Constantinopolim urbem situ. muro.
annona.et omni genere præsidii munitissimam cũ exercitu petiit.
Classis ueneta expeditur:et iã medio ẽ in cursu:et cupiditate præ
dæ certati copiæ feruntur in hostẽ.nihil obsidionem passa:non tã
uirtute hostis:q̃ nescio quo fũesto fataliq; casu repẽte in capta sub
uertitur:et ex eo terrore Pera Genuensiũ ciuitas nihil morata subsi
diũ eodẽ pene die defecit. Taceo ĩde citra quot bella cõfecit:quot
uictorias de nobis reportauit. Redeo potius ad cladẽ recẽtissimam
Bossinensem istã:quã nimio ex dolore præterire nõ possum. Quẽ
non incredibilis admiratio teneat tantũ Regnum:tam lõge/lateq;
diffusum:tot urbes tot oppida prius capta:q̃ scitum? Oppidanos
omnis:atq; incolas:aut occisos:aut ĩ seruitutem redactos? aut ex/
territos/fusos atq; fugatos? Regem uero ipsũ (heu lachrymabilẽ co
ronæ regiæ sortẽ) tam subitã mutationẽ:et belli ac uictoriæ tã fœdã
seruitutem exptum? Mœnia uero. lares. fana. agros. rura igni/
ferro ruina:partim cõsũpta:parti ĩ ꝑdam militi cõcessa:parti expu
gnata:partim in deditionẽ accepta? Quæ omnia tanta celeritate
confecit: ut ea nihilo citius de cælo fulgur potuisset absumere.
Quis paulo anteq̃ factũ credidisset Barbarum istũ usq; in littora
Segne ausurum irrũpe: et in uenetos sinus excurrere? Sed cur tibi
Hermolae ista tã multa:tãq; deflenda cõmemoro:q ea melius: q̃
ego sane cognoscis: et iã diu suspiras et doles? Id potissimæ causæ
pie et sacratissime Põtifex ẽ ꝙ cõmunicatus dolor minus acerbita Cõmunita
tis habet:et ea leuius patimur:quæ pati cernimus meliores. Itaq; fi tus dolor.
nẽ iã sibi epistola faciẽs. Vtinã Cæli. Vtinã Fata. Vtinã:si qua sũt:
eorũ moderator deus potentissimus ac sempiternus ita ferant: ut
tandẽ resipiscãt christiani:et se se ad meliora conuertant: ac demũ
cõpositis inter se odiis paceq; firmata omnes unis aĩs alacres in ho
stem cõtendant:nõ tantũ armis atq; uiribus:quãtũ fide et inocen/
tia pugnaturi. Quod certe ut fiat:apud piũ Iesũ dei filium et hu

mani generis redẽptorem instanter lachrymis et intercessionibus age. Vale Pontificum Splendor: tuumq; Matthæum: quod facis: Ama. Alexandriæ .VI. Idus Iulias.

Ad Raphaelẽ Concanonicũ et uenerabilẽ patrẽ de Mõtis laude: cælestiq; figura. Epistola. .VIIII.

g Audeo te mi raphael nostro ueronensi Cœnobio fuisse præfectũ. Neq; locus sane erat usq̃: qui tibi magis congrueret: tuisq; ad uota quadraret: qui solitudinis auidissimus semp extitisti: et montanis icredibiliter es delectatus: quasi continue cæleste illud Oraculũ tibi isederit aio Fuge Raphael et i monte saluũ te fac. Mõs .n. sacer: atq; decorus est deo: et ĩ mõtibus habitare sibi

Dauid. complacuisse ꝓpheta commemorat. Fundamenta quoq; supernæ Ciuitatis i montibus posita: et montes ut ꝓpugnacula in ãbitu illi in duraturos i sæcula gloriosissime rãtat. Hinc ex figura gradatim et ꝑ ascensum ad Tẽplum solomonis erat igressus. Hinc de mõte

Sina Sinai Moises accipit legem: et præsenti fruitur deo. Oraturus Saluator uel ĩ montem uel in templum ascendisse memoratur. Mõtana uero Iudææ quantis signis: et clarissimis gestis ornauerit testis est

Tabor. Tabor: ubi transfiguratus clarior Sole resplenduit. Testis Caluari-

Caluarius. us: in quo pependit cruci suffixus. Testis Oliuetus: unde ĩ fulgẽtis-

Oliuetus. sima nube cælũ uisus est petere. Testis deniq; Sion: in cuius cœ-

Sion. naculum inter congregatos Apostolos delapsus est Spũs sanctus. Sed certe nec mirum. Iuga enim et colles rationẽ cum cælestibus habẽt: q̃bus appropiant: et ab illis purioribus humanus animus attolli se et augeri q̃dẽ sẽtit atq; dignoscit. Quæ uero loca i ꝓcliui: humectaq; ualle sũt sita: ea ipsa colluuioribus crassioribusq; contagiis hebetant mentes: ingeniaq; retardant. Ad utrãq; eni partẽ suũ cuiq; cælum plurimũ momenti affert: Vnde in gelidis niuibus Septentrioneq; degentibus imãsueta: ut Poeta inq̃t: Ingenia sunt: suoq; simillima cælo. Delicatus igitur tibi et fortunatissimus istic agitur annus. De excelso loco contemplabere excelsa: et carriturus occursibus hominũ tibi uiues: tecum semper eris: et i præruptis et contauis exultans clamabis Ergastulum mihi Ciuitas. Soli-

tudo paradisus. Fœlix.tu Fœlix:cui frui te toto conceditur.et solo
deo effici dignus.Cur ego non adsum i hoc tibi socius?tibiq; et se
raphino meo tertius?Cur i tumultu et frequentia distrahor?cur tā/
diu media in tempestate remigio nostra cymba laborat:nec portū
subit? Vt pōt se agnoscere:ac deū tota mēte gustare:quē ad se ho
minū delectat accessus?cui quotidianū pene est uideri atq; uidere.
audiri atq; audire:et dextrā cōiungere dextris? Ego tamē:ut possū:
sorte hanc meā fraterna charitate æquo animo pfero i eū aspiciēs:
qui pro me crucē sustinuit:et ouem:quæ pierat:ad caulam beatis
humeris retulit. Sed neq; existimo hac in palestra et olympicis lu/
dis denicq; me defuturū :si a te mi Raph.apud spectatorem labo/
rum nostrorū atq; certaminū pium et optimū deū precibus iuua/
ri me sensero:quod certe ut q̄ sæpissime facias:te in domino obse/
cro:et uehemēter obtestor. Vale. Alexandriæ VI. Idus Iulias.

Ad Io.Baptistam.Desyderiū.et Adeodatū Vicentinos
ardētissimos Xp̄i Tyrones.et magnæ spei iuuenes
de studiis litterarū religiose colēdis Epi.X.

P
lacentiā nuper cum applicuissem:de Sarcinulis :in quibus
quædam mea scripta quærītabā:ecce nescio quomō tres ue/
stræ epistolæ pdiere:defluxo iā anno mediolanū ad me cō/
scriptæ:quas cū legissem:me denuo magnopere recrearūt.In iis sa/
ne licuit intueri qua me charitate uestrum quisq; psequit : quātū
et uestra ad litteras pollicentur igenia:quorū altero mirifice sū de/
lectatus:alterū admiratus.Ab amicis qd magis est expetēdum:q̄ ut
constanter amemur? illis uero quid melius exoptādum:q̄ sapien/
tiæ studium?in quo pter ipsum uberrimū fructū:grādis est etiā ani
mi oblectatio atq; suauitas? Verū eā partē:quæ charitatis et beni/
uolētiæ est:omittentes.quæ nulla confirmatione litterarū indigere
mihi uidetur:quod ad uestra attinet studia.hæc mea sententia est:
totis ut uos animis litteris dedicetis.nullusq; effluat dies:in quo uel
aliquotulas litterarias moras non abeatis . Ad illas auidus anhelet
animus.sedulum illis insodet ingenium . assidua sit i manibus lec/
tio.semper in ore de litteris sermo. Nullū est ornamentū:quod ue/

ſtrã magis deceat/et decoret ætatẽ.nulla ratio:qua ſuſtinere meli/
us/tueriq; poſſitis expectationẽ:quã nõ exiguam de uobis ſibi tota
ꝓmittit Religio: Nihil ẽ quod ad excolẽdũ aíum/et recte ſanctecꝗ
uiuendũ plus momenti afferat. Nihil quod a uitiis æque auocet .
Nihil quod plus uirĩũ ad extendendã imortalitatẽ et ꝓpagandam
honeſtiſſimam nominis gloriam habeat. Nihil deniq; quod omni/
um potiſſimum quærimus:ꝑ quod facilius iter uobis ſtruere poſſi/
tis in cælum. Habeãt igitur alii ꝓ deliciis fiſcellas.ligones.ſarcula.
ſtercorent agros.hortos plãtent.inſerant pomos.ponãt ordine ui/
tes:omnia ad corporis uſum:citoq; peritura: quanq̃ in his ſit ali/
qua uoluptas et qdem naturæ cõueniens: uideãturq; Ciceroni ꝓxi
me ad uitam ſapientis accedere . Nos uero delectet i primis munus
ingenii:et illuſtrior hominis portio:eaq;:ut diuus Hieronymus in
quit diſcamus in terris:quorum ſcientia pſeueret in cælis. Ita ſuſci
pienda religio mihi uidetur:ne diſciplina abiiciatur:ſine qua tene/
bris offuſa ſunt omnia.ita laudãda ſancta ſimplexq; ruſticitas : ut
Nota illi nihilominus humilis p̄feratur:et docta prudentia. A uero nimi
rum illi mihi grauiſſime deerrare uidẽtur:qui ſciẽtiã a uirtute ſeiũ
gunt. Qui paulos.Antonios.Macharios. Franciſcos et reliquam
illiteratã Sanctorũ turbam diuinis ꝓphetarũ ingeniis. Sacro Apo/
ſtolorum Choro:et quatuor ipſis eccleſiæ luminibus anteponendã
exiſtimant:quaſi q ſũmis rebus inuigilet:oporteat uirtute carere :
et ſine inſcitia ſanctus quis eſſe non poſſit. Heu hominũ demẽtiã
et animorũ peſtiferum uirus. Quis adeo excors:et demẽs iam eſt :
qui quos modo nominauimus Paulos. Ant. Mach. Fran. nõ clario
res fuiſſe dixerit:ſi habuiſſent cõiunctam cum ſanctitate doctrinã:
Nota q̃ litterarũ ignaros? Nunq̃ ego cõceſſerim talentũ tã preclarũ : tãq;
diuinum homini cælitus datum : eſſe a ſanctitate religioneq; de/
trahendum:præſertim cũ ꝑ Malachiam dominus dicat. Labia ſa/
cerdotis cuſtodiunt ſcientiam:et legẽ requirũt de ore eius:quia An
gelus domini exercituũ ẽ/et apud Oſeã.Quia tu repuliſti ſapienti/
am:repellã te:ne mihi ſacerdotio fũgaris.et edocẽs Paulus q̃tũ doc
ti ab indoctis inter ſe differãt:In domo inquiat magna Vaſa alia
aurea. alia argentea:alia fictilia: et unũ quodq; ſuũ miniſteriũ im
plet.et Daniel i ſua uiſione Qui docti fuerint fulgebũt quaſi ſplẽ

dor firmamenti: et qui multos erudierint ad iusticiam: erunt tanq̃
stellæ ĩ perpetuas æternitates. Videat ergo beata rusticitas quãtom
præstet sancta eruditio: et discant aduersum scientiam nõ latrare: q
eã diuino munere nõ sunt assecuti: ne uideãtur morbo animi sapi/
entiæ splendorẽ probris insectari. quã ipsi forte maliuolis oculis itu
eri non possunt. neu illis credantur inuidere: a quibus se uideant an/
tecelli. Suũ potius recognoscant errorẽ: et tempus per ignauiã dole
ant contriuisse nunq̃ rediturum. malint quoq; quod reliquũ uitæ
est disciplinæ concedere: et sero ẽt discere quod turpe seni sit igno/
rare. Verum hos iam omittamus: et nostram ad rem reuocetur ora
tio. Date uos igitur studiis Fratres. Inhærete scientiæ. Nulla sit di/ No.
es: si fieri potest: quæ uacet a litteris: ita semper ut memineritis sine
uera pietate deiq; timore ẽẽ uanũ omne: quod discimus: et illud ue
rissime scriptũ: Scientia iflat charitas aũt ædificat. Sic itaq; adhibẽ
da scientia: sic suscipienda doctrina: ut nobis uirtutẽ cõparet: et ad
cælestem æternitatẽ uehiculũ præstet: ubi cum prophetiæ euacuabũ
tur: charitas: quæ semper uiget: nos beatos efficiat. Iis n. maxime
profutura sunt studia: qui tria illa diui Bernardi præcepta tenue/ Tria Ber. præcepta.
rint. Vnum ut scire prius: ampliusq; curemus: quæ sunt uiciniora
saluti. Alterũ ut orationi coniũcta sit lectio. Tertium ut a uitiis im
munis sit animus: quoniã ad uerã sapientiã: quæ ẽ deũ agnoscere:
et illũ agnitũ colere nisi gratia illustrante semitam peruenire non
potest: dicente scriptura in maliuolã animã nõ ingredieẽ sapiẽtia:
et beati mundo corde quoniã ipsi deũ uidebunt. Nõ parua quoq; Inania caue
adhibenda ẽ cura: ne litterarũ inutilium studiis detineamur: et ina to.
nibus scientiis animũ demus. Multi sunt quotidie disputantes de
pũctis. de accentu. de syllaba. Aliorũ studiũ ẽ quærere qui pcipui
rerũ auctores extiterint. Quis lanificium. Quis arma. qs naues. qs
equorũ et quadrigarum usum primus ĩtulerit. quẽ morem græcia.
quẽ india. quẽ æthiopia teneat. quot aut qualia uasa atq; signa Lu
cullus et Crassus habuerit: quæ qdẽ licet animũ admiratione quã/
dam et nouitate demulceant: huiusmodi tamen ea profecto sunt:
ut nihil secretã conscientiã iuuẽt: parũq; referant ad pie honesteq;
uiuendũ. In hac exigua et caduca uitæ mora: ĩ quã uix prius intra
mus: q̃ exeamus: nos in ea studia toto animo demus: quæ ex/

celsa sunt: quæ optima: quæ salutaria/ æternumque mansura: quibus semper proficiamus, melioresque reddamur. Assidue. n. discere: sed nunquam ad ueram sapientiam peruenire: non est hominis operose a/ gentis: sed ocio potius et litteris abutentis.

Modus legē di.

Videndum est etiam ne innumeris nos tradamus auctoribus. Perturbat. n. et confundit ingenium copia librorum: neque doctiorem facit addiscentem: sed au dentiorem. Vtilius sæpe est legere pauciora: quam uagari per singula. Inualidi certe et fastidientis stomachi est nouos quotidie degusta/ re cibos: multoque sanius uno tantum/ altero ue solido uesci.

Delectus re rum.

Delec tus quoque librorum ac lectionum habendus est: ut de bonis eliciantur meliores.

Ius sacrum

Iuris autem pontificii neque nostra non erit in re/ facilem quandam et mediocrem adipisci notitiam: ne quæ iubentur legibus sacris atque uetantur ignoremus. Quod uero ad lites attinet haud omnium est: quo circa eam partem omittendam duco potio/ ris negocii compendio.

Dialectica.

At dialecticis atque phisicis, tantulum operæ quibus est animus totus ad deum: claustrique delicias: impendendum omnino uix puto: quantulum ad percipiendam naturæ uim sufficit: diuinamque theologiam capessendam: quod amplius est Interpella/ toribus garrulis, molestissimisque sophistis relinquendum equidem reor. Sed illud fortasse hoc loci obiecerit quispiam. Cur humanus freno continendus est animus? et mentis uigor: sagacitasque ferme diuina terminanda? quæ sciendi natura semper est auida: et humanorum non modo: sed et diuinorum est capax? Omitte philosophos. Aurelius. Hieronymus. Origenes. Chrysostomus: et reliqui docto/ res magistrique catholici quid ignorare uoluerunt? Haud ego aliter utique sentio: Neque. n. igenia ita finio: et icōsiderate dimetior: ut eo/ dē palmo terminanda singula putē. Sed his uestris initiis, huic ætati, huic nostro religiose uiuēdi modulo hāc mēsurā/ terminūque pscrip si: ne i uacuū curratis uires parū forsitā pōderātes. Augustini et O

Similitudo apta.

rigenes omēs ēē nō possumus. Sed humana uirtus habet ratione af finitatēque cū terra: quæ partis pene p singulas dispar sibi ē, hic olus illic gramen, hic seges, illic fœlicius uua. Præpinguia et beatissima arua referūtur: quæ omniū seminū genera nutriunt: et oras nos ha bitamus. Alias lætas gemino partu, uitibus, oleis, arbustisque uernan tes. Alias: quæ annuas segetes reddunt. Quasdam: quæ alternis

mõ annis faraginẽ ferunt. Deteriores ẽr quæ fruges uescíunt : sed
uescuntur incolæ rapis. nucibus. lacte. melle. et pecorum fœtu. harũ
instar ingenia cõperta sunt hominũ: qui cum ante uiderint q̃d pos
sint neq; errabunt facile quidẽ. Poetas uero censeo a uobis: aut nul Poetæ.
lo pacto esse legendos: aut si quãdo oportuerit: uix percurrendos :
in eosq;: ut aiunt: tanq̃ in aliena castra irruendũ: captãq; ueluti bel
licam prædam in nostros usus referendam. Eos tamen si ante suscæ
ptam religionẽ didicisse cõtigerit: dubius nihil sum nobis plurimũ
profuturos. Sed a modestia religiosa absit omnino: ut puerilibus fa Oratores.
bulis: fœdisq; libidinibus mẽtes accomodemus. Oratores deniq; ip/
sos: quoniam eã potissimũ philosophiæ partem: quæ de moribus ẽ:
sunt complexi: et illã non humanis modo: sed diuinis pene laudi/
bus elegãter exornãt: et in cælũ tollunt: non iisdeo pro meritis me
satis posse laudare: sed illis utendum iudico perinde: ac diuinis et
cælestibus bonis. Potest ne quicq̃ in rebus humanis ipsa Philoso/
phia esse beatius: fructuq; uberius? Est. n. ut. M. Cicero iquit: unus Cicero.
dies ex præceptis eius actus peccanti ĩmortalitati anteponendus.
Aut est aliud homine dignius? Aut uel summorũ hominum aucto
ritate: uel opinione populari / ui et ratione dicendi laudabilius at/
q; diuinius? Aut porest quis de hominibus ullo alio quouis nomie
iustius benemereri: q̃ ut sit bonus et dicendi peritus : quæ perfecti
Oratoris est diffinitio? q̃ uersari in genere euangelizandi res diui/
nas: et canendi egregias sanctorũ laudes. iflãmãdiq; ad imitãdum.
Historicis concedo quicquid possum et laudis ĩprimis sanctis et ec
clesiasticis nostris: nec non quãtum deinde fuerint meriti: ipsis pla
ne gentilibus: a quibus cum illustrium / optimorumq; uirorum ad/
miranda tanta extolluntur exempla uirtutum: non minorem flam
mam generosis pectoribus incendi cunspicio: q̃ cum fidelium no/
strorum beatissima facinora celebrãtur. Ego sæpe a magno nostro
Timotheo quæsius quid esset: q; tantopere delectaretur in Concio
nibus citare ethinorum gesta magnifica: quæ inducebat tanq̃ poti
ores delicias sermonum suorum sæpissime : qui semper aiebat uir
prudentissimus / ac inspectissimus se experiri maiores aculeos exter
na ea habere: q̃ certe nostratia: si opportune et cũ ratione iferẽt : a
quo et ipe nũq̃ dissensi. Sed neq; putare aliter ullo q̃dẽ mõ q̃sq̃ põt

uel sapiens/uel eruditus:si Augustinum.Hieronymũ.Eusebium.
Lactantiũ inspexit unq̃. Et enim cũ Cymonẽ legimus Melciadis
filiũ tãta beneficencia/ liberalitateq; fuisse:ut cũ uariis locis agros/
hortosq; haberet:nunq̃ a custode passus sit prohiberi quẽq̃ ab in/
gressu:quominus quibus quisq; uellet frueretur. Et pdisequos sem
per habuisse nũmatos:ut indigenti statim haberet unde erogaret:
et ut fecit noster Martinus:sic Cymonem amictum proprium nu/
dis aliquando dedisse.et cœnam sic parari quotidie iussisse/ut quos
uidisset indigentiores in foro / domi posset conuiuas habere:cũ et
multos redemisse/aut pauperes factos honestasse pecunia:et denu/
q; mortuos:qui egestate unde efferentur non reliquissent/quoties
intellexisset suo sumptu extulisse? quis non acrius compungitur/
Nota Historiam. ac irritatur: q̃ hisdem Religiosorum nostrorum hominum rebus
auditis? O uos beatos:qui primos ætatis annos his litteris dedica/
stis:et insignem moribus et scientia Rhethorem atq; Historicum
Omnibonum Leonicenum præceptorem humistis.Iacta in uobis
sunt semina:de quibus uberrimi fructus sunt nascituri:quos facile
dabitis:si cum pietate/ deiq; timore in studiis uixeritis litterarum:
de quibus ut ista conscriberem mea fecit nõ exigua erga uos Cha
ritas.tum dei nostri/ ac religionis publicus honor. Valete.
Ex placentino monasterio nostro.klls. Martii.

Ad Antonium Cornazanum poetam de laude pœtica
et sui operis dignitate cum reprehensione Elegiarum
amica. Epistola. .XI.

f Aepius:et apud grauissimos auctores:sed iprimis apud Ci/
ceronem ea Oratione præsertim: qua defendit Archiam:
sanctum atq; diuinum Pœtarum nomen dici debere memi
ni me legisse:propterea q;:ut ille inquit:uideamus cæterarum rerũ
studia et doctrina:et præceptis:et arte constare:pœtam quidem na
tura ipsa ualere:et mentis uiribus excitari:et quasi diuino quodã
spiritu afflari:quod satis efficaci auspicio animaduersum esse Ve/
ronensis noster auctor est Plinius:q in ore Stesicori ait Philome/
nam uisũ cecinisse.Diuum uero Hieronymum ab horũ opinione

neq; longe abfuiſſe crediderim: qui uirgilium tanta eſt ueneratione proſecutus: ut nulla fere ſua epiſtola· nulla ſuorum uoluminũ pagina ſit: quæ non Virgilium reſonet: quanꝗ quæ tanta eſt cuius tus latini poetæ maieſtas carminis: atq; ſententiarum grauitas? Eiuſmodi tamen laus prioribus illis poeris recte attributa ne ſit ipſe nõ diffinierim. Sunt. n. grauiſſimi: cum gentilium: tum chriſtianorum auctores: qui a Muſis abhorrendum putauerint. Imprimis Plato: qui poetas de urbibuſ euciẽdos iudicauit. Alii autem et mitius certe: atq; ẽt fortaſſe æquius: diſtinguũt inter homeros et Neuios. Virgilios et Tibullos. Sedulios et Martiales· et de ſpinis roſam ubicunq; prodierit legunt: exiſtimantes oportuiſſe poetas ueritatẽ: ut Iſocrates Homerum feciſſe inquit: fabulis circũueſtire: et lenocinio propę figmentorum legentem trahere ad uirtutis æmulationẽ: ad quã tãdem multi perueniunt illecti melle/ et ſuauitate Pieridũ: Ego autem cenſeo omnibus fere rebus: et recte/ et perperam uti nos poſſe. No. rerum uſum.

Differre ſolum inter utentes. Venio igitur ad te Antoni Poeta nõ inſuauis: de quo nihil uereor diffinire· quod de ſuis poetis antiquitas fecit: aliquid fuiſſe i te diuinum profecto: et rebus humanis admirabilius: qui tam copioſe: tam deuote: tam ſancte uitam atq; obitum Virginis ſacroſanctæ/ et dei parentis cecineris: eaq; myſteria: quibus nulla facundia ſufficit: enodaueris. Et quidem neſcio ſatis an fueris acceptus in cælũ: aut quiſpiã inde ad te delapſus. Mortalis non eſt iſta poeſis: ſed potius oris angelici. Fateor iſta dum legerem: arcanum/ humanati uerbi dei mihi arriſiſſe claritate/ deuotioneq; mirabili: rem ipſam tanto nitore/ et iucunditate carminis: tãta copia: uerborumq; elegantia cecinſti· et ea: in quibus theologorũ noſtrorum deſudant ingenia· nobis puia ac facillima reddidiſti. Quis hæc tua poemata nõ ſancta dixerit: et tibi afflata diuinitus? Amens ille: aut certe inuidus: qui nõ talium poetarum nomen ſanctum habuerit: amauerit: coluerirq;. Ego ſane (ut de me loquar) quantaſcunq; poſſum tibi gratias ago: atq; habeo· qui muſas: quæ ad laſciuiam atq; uenerem excitari ſolent: tu tam ſobrie: tam caſte/ ad ſacra et chriſtiana perduxeris: et decori uirgineo conſecraueris. Quare ſi cui noſtris temporibus laurea debetur. meo iudicio tibi debetur: qui inter reliquos uates ſis pene unicus: qui pie cecineris.

Et certe non uideo qui iustius lauro tibi tempora cigat: q̃ illustris Hippolyta Regina et adhuc uirgo clarissima: cui Reginæ cælorũ: uirginis simul ac dei matris uitam inscripsisti: atq; dicasti: munus profecto regium: profecto uirgineum. Pro opere hoc hactenus tibi laudis datum sit. Postmodum legi quasdam elegias tuas/atq; poemata: in quibus ingenium et elegantiam admiror equidem: nedum laudo: quoniam uero uanitatem carnis sapiunt nimiam/et amores tædasq; cupidinis celebrant: pro ea mi Ant. qua tuam uirtutẽ cõplector charitate. ꝓ ipso honestatis decore: pro religione et integritate: quam prædico atq; profiteor: te monere et rogare non uereor: ut desinas talia conscribere: et cogites nobis non licere: qui iam in Christũ credidimus: quibus est usa Gentilitas: cultum ueri dei et maiestatem religionis ignorans. Quicquid hactenus amatorie: et petulanter actigisti: tribuatur ætati: et exercendi ĩgenii causæ magis q̃ uitio. Age uero iam tandẽ ad seria et grauia te conuerte: et omnia anteactæ ætatis studia: labores: lucubratões: uigilias trãsfer ad cælestia/ semperq; mãsura: et ubi beata uita sit polita. Tuum tamẽ nihil hẽat fœdũ. nihil petulãs: nihil idecorũ. nihil deniq; qđ fides et puritas christiana reprehẽdat: Sed in eo præter ornatũ atq; elegantiam: quam quidem maximam habet: tantus sit quoq; honestatis splendor: tam aperta ueritatis facies. ut nullo pacto legentis animum exterminet: in lasciuiamq; præcipitet: sed potius ædificet atq; animet ad uirtutis æmulationem. Cogita nos esse mortales: et eo aliquando perueniendum: ubi non modo de scurrilitate sermonis: et obscœnitate uitæ: uerum de omni uerbo ocioso reddenda sit ratio. Tua poemata: tuaq; omnis editio sit de probitate: de moribus: de sanctimonia uitæ: de rebus altis: atq; magnificis: quæ uitia fulminet. sordida et ima contemnat. uoluptates illecebrasq; propulset: quæ deniq; de omnibus benemereatur: lædat autem neminem. Credo te hoc idem fortasse sentire: et præscripsisse iam tibi: quod si est ita: uere sanctam tuã poesim possumus appellare: et diuinũ te nobis poetam cælitus datum existimare. Te quoq;: cum ex hac uita discessens: eum in locũ ascensurum: ubi noua tibi serta: inenarrabiliaq; insignia non Caliope quidem: sed q ad hanc eximiã laudẽ tibi ingeniũ tribuit rerũ omniũ opifex deus:

quo tãdem ambo utinam digni mi.A.inueniamur. Vale. Mediolani iii.Idus Iulias:

Ad Timotheum patrem de dolando Dialogo. Epistola: XII.

Vperioribus diebus binas ad te pater litteras dedi: et unas tuas ego a Bartholomæo Placētio hodie accepi qbus lectis nullas ex meis fuisse tibi redditas plane pspexi: Reddētur tamen puto:quāq̄ uel sero fortasse. Siqdē fidus est Tabellarius magis:q̄ celer. In iis sane omniū mearū certū:et earū maxime: quas te scire uelle sum arbitratus ratio explicabitur: et eas cum leges: mo (ni fallor)desyderio satisfactū iri equidem reor: Mihi uero tuas cū legi: ēt factū est satis. De Dialogo:quem de Tolerandis aduersis ad fratrem scripsimus:tuū opto et expecto iudicium non tam beniuolū:q̄ certum et liberum. Ego sentētiā de eo tuā tanti faciam: q̄tū uel Hieronymi nostri/uel Quintiliani: paratus bona equidem mente ita abs te audire: si tua prudentia censuerit. Frange miser calamos: uigilataq; prælia dele:q̄ lucubrationem a te pbari. Aliud quod mō scribā ad te nō habeo:nisi q̄ grauissime ingemisco atq; deploro miserrimā cladē:quā Turcus nup in regnū Bossinæ trucu lentissimus intulit:et formidinē quandam ne tanta pda atq; incendio satiatus sanis:etiam in claram hanc Italiæ lucem et media christianæ rei pu.uiscera meditetur irrumpere:quod ut deus auertat lachrymis et precibus insta. Vale.

Ad eūdem Timotheū familiaris altera Epistola XIII

Aturius pfecto mihi litteræ tuæ reddi haud potuissent nisi m nūtius puolasset:qbus acceptis nihil sane moratus ad bartholomæū nostrū litteras meas dedi:feciq; eū de iis ōnibus: quæ mihi iunxisti:certiorē.expectoq; ex eo:q rebus adesē:qd opus sit mihi pe diē significari: quod cū sciuero:nō desistā meditari queādmodū ōni mea opa.cōsilio: idustria tuo desyderio morē gerā. Augustinus ptera noster oīa quoq; reliquet:cū eo i rē istā tuā

uti uolueto. Persuade itaq; tibi pater nullã rẽ plane mihi chariorẽ q̃ cũ aliquid suscipio : agoq; : quod gratum esse tibi sentio. Eius modi enim meus ẽ erga te animus ut te cũ plus amat: magis cupi/at sẽper amare. Reliquũ uero Epistolæ tuæ ẽ in referẽda mihi gratia ꝙ hominẽ: de quo sermo multorum erat in ore: meis litteris ex hortati confirmareq; curauerim Superflue agis Timothee. Neq; .n. possũ ullã rẽ tantã tibi: illiq; præstare: quin utriq; maiora nõ debeã. Tui tamẽ declaratio erga me animi tãtum iucũditatis attulit. ut nullis uerbis satis id cõsequi possim. Si i altero peccandũ fuit: malui uideri arrogãs: q̃ parũ prudẽs: atq; timidior. Me nosti. Non possũ frigide agere : quæ diligo. Id tamen nosco meis me litteris nullo pacto tãtũ apud eũ ꝓfecisse : quãtũ tua certe ꝓfecit auctori/tas. Quare si gratia ulli debetur: utiq; tibi debetur: atq; eo ãplior: quo id: quod iure totũ ẽ tuũ: humanitate: qua omnes uincis: alteri defers. Postremo iter febricitãtes Titũ. Michaelẽ. et pleros; alios fratres te optime ualere admodũ lætor: Sed illos quoq; deus restitu at nobis incolumes: quãq̃ quæ ẽ ista icolumitas et bona ꝑsentis ui tæ ualitudo? i qua quotidie morimur? et i qua singula momẽta sũt plena supplicii? ut nõ sit satis existimare melius ne sit hoiem nasci: an natũ protinus aboleri? Illos dixeri fœliciter natos : nõ q misera hanc incolũt lucẽ: sed qui post perseuerantiã bonorũ operũ huma/nis ablati ad suũ principiũ rediere beato ac sẽpiterno æuo ibi man/suri: quo utinã et nos post tãta naufragia aliquãdo perueniamus. Vale. Alexãdriæ XVI: kl. Augusti:

Ad Seraphinũ patauũ dilectũ i domino fratrẽ ut deo uiuat ipsimis: tũ in litteratũ amore. Epi. XIIII.

Vis ex litteris: quas nuperrime ad me dedisti: sẽtio tibi mul t tũ animi esse ad sãctissimũ ociũ deuotõis et studiorũ. ad tẽ dẽdũ in Christũ: cõquirẽdasq; uirtutes: quo nihil ẽ mihi charius : qppe ꝙ facias quod ego te Ser. sẽp admonui: quod idoles tua. mo/res. naturaq; ꝓmittit Sed ꝙ meo desyderio tãtope mouearis: et ad solatiũ: quod capis de Raphaele patre: et ad montanã loci amœni tatẽ: nostrã cõsuetudinẽ solũ tibi deesse doleas: nihil dubius sum :

qui uicissim eadé cura sollicitor: cũ õni nostra ex iuuentute adhuc nactus sim neminem: qoem te sanctius atq; suauius amẽ. neq; ulla mihi sit consuetudo iucũdior: q̃ ea: quæ est mihi tecũ honestissi/ma et præclarissima. Quod autem ad scribendum attinet: quod rogas ut q̃ sæpissime faciam: non tibi deero: modo nuntius mihi non desit: cuius hinc ad uos ẽ rara cõmoditas. Tuq; in reddendis epistolis te non imparẽ reddas: quãdo nõ minorem ego ex tuis: q̃ tu ex meis uoluptatẽ accipiã: et mihi semper ille sit iucũdissimus di/es: quo tuas lego. Et quoniã amicorum solent omnia esse indiui/dua atq; cõmunia opto iis omnibus: quibus istic ipse sũ charus: eis/dem te fore charissimũ. Dedi itaq; litteras ad dulcẽ genitricẽ: Ade/odatũq; Sororiũ q in suum te uenerabilem: altera filiũ: alter fratrẽ accipiãt: et desyderiũ de me omne: quo sunt indesinenter affecti: te cum compensent. Apud Episcopum habetur primis honoribus Antonius Becharia. qui sane magna cum laude assidue uixit atq; consenuit istitutus latinis et græcis peregregie litteris: ex illa Victo/rini Feltrem sis olim scola discipulus paucis inferior. Illum habui semper in patrem: illiq; cum potui: semper adhæsi: quod et uolo te mi Ser. facere. Nunq̃. n. nisi uel doctior/uel melior ab eo discedes. Eum adibis meis ad se cum litteris: quas alligatas accipies. Inspicies nouum Anaxagoram. nouumq; Democritum: qui te lætissimus ad osculum sanctum excipiet. Se ipsum: Bibliothecamq; omnem: quam non uulgarem neq; mendosam habet. protinus offeret Is superiore anno cum ad eum Veronæ me contulissem: libellũ mihi porrexit: quem legere cum cœpissem: perspexi epitoma esse et toti/us æthicæ breuiarium: quem habere cum cuperem: omnino nega/uit: q; ultimam operi manum adhuc non adhibuisset. Modo ue/ro si satis absolutus est et leuigatus: cura ut assequar. Plurimi eni facio succum/et grauitatem auctoris: quem Aristotelem puto/et Interpretis fidem/ac elegãtiã. Post Antonium propono et offero quoq; tibi Martinum Rizonum grammaticum eruditissimũ: opti/mis moribus: et religione p̃cipua p̃ditum: qui tibi ad litteras adiu/mento: et ad uirtutem exemplo utiq; erit: eũ si tibi asciueris: quod p me efficies ita faciliter: ut satis quidẽ fuerit dixisse Mathæus op/tat me tuum esse. Aliud quod scribã modo non habeo. Sed tuas

expecto:quas impigre reddito. Vale.uicissimq; mi Seraphi ora.

Alia ad Seraphim de Quintiliano reddēdo Epi XV.

a Estiuo hoc tempore/torrētibusq; caloribus:qbus hūana ad modū corpora laborare:et uita ipsa quasi tedio sui affici solet:cū ab solitis meis euāgelii laboribus:et docēdi cura:atq; ab rerū diuinarū sacro sūmoq; studio ad litterarum humanarum dulcedinem me aliquāto uertissem:quo i illis pinde·atq; i amœnissimo ocio pfugioq; qetis honestissimo intentionē/animūq; laxarē uisum est mihi ad hanc oblectationē: quæ ex his litteris quæritur: nostrū Quintilianū : qui apud te iam diu est:me satis posse iuuare. Efficies igitur mi dulcissime Ser.si potes· et uis:ut liber ad nos iam reuertatur.Ea.n.mente officiosa et humanissima in me semper extitisn:ut lubens egeris· quæ me uelle putasti queādmodum ego semper cōmodum tuū omne:nihilo secius:q̄ meum ponderaui. Quāobrem si iam liber tibi non uehementer inseruit: illum a te solutum expecto. Sin uero tibi usui est admodū grato: illū ipsū. uel claui / uel cathena custodi. Quæ enim a te recepta cōmoditas fuerit : meam totam existimabo : quippe qui omnino nihil habeam tam meum:q̄ te mi suauissime Ser. De Quintiliano satis. Ad Episcopum ueronensem Epistolam dedi:quā si acceperit : quanti et fecerit cupio ex te cognoscere.Saluus ex me communis pater sit Raphael:tuq; uale nostræ in Christo deliciæ.

·Ad Cyprianum Bononiensem patrem et Concanonicū prouocans ad scribendum Epistola.XVI.

u Ideor mihi Cypriane grauiter deliquisse q; in tanta nostra amicicia ad te scribo tā raro:aut certe cū scribo:amori:ut in quis:nō satisfacio tuo ita iā dudū breuissime scripsi.Facile nō mō patior mi o Cyp. ut neglecti officii me accuses:et omissiōe/ac breuitate mearum tantopere doleas:uerum tua ista querela quo illam grauiorem istituis:eo maiore me uoluptate et solatio afficir. Neq;.n.ulla alia ratione tibi magis charus uideri possum;q̄ cū ui/

tæ meæ omnis/mearumq; rerum/ac studiorum rationem tibi habē
dam putes. Suo enim iure amicicia quæ amicorū sunt facit esse cō/
munia et eorum res oīs: ut ait Cicero: gratas splēdidiores reddit: et
aduersas partiēs cōmunicāsq; leuiores. Bono igit̄ sis aio. Non com/
mittam postac(mihi crede)ut me accusare epistolarū uel breuitatis
uel negligentiæ possis. Tu quoq; uideto ne dederim unā: qui tu ꝓ/
tinus restituas alteram. Coges me sane ad scribendū continuo: si
ut Comicus inquit: par pari retuleris. Igitur quid ago quoniam ex
plicari tibi optas. Inter fratres lætissimus uiuo: quorum exemplis/
sanctisq; uirtutibus excitari facile possim: et si currētes illos arden/
tesq;: et alacres frigidus ego ac lētus cōsequi nequeo. Ex more stu/
dia neq; post babeo/nescio operose satis: an curiose agēs. Vēturo
ieiunio decretū Brixiæ mihi pulpitum audio: quem laborem quā/
to potero animo et nixu aggrediar. Tuas ad rem banc maximam
plane atq; diuinā orationes/et merita sancta desydero. post euan/
geliū Veronam beato Angelo comite ibo: ubi te ad generalem Sy/
nodum nostram proficiscentem forte cōplectar. Meum de tolerā
dis aduersis dialogum: et ad uicentinos iuuenes nostros de studiis
litterarum epistolā tibi et nicolao patri placuisse admodum lætor:
et si ea quidem haud tanta cōmendatione sint digna: quanta ipsi
amice iudicatis. Noster ille impresens abest ꝓfectus ad suos in pa/
triam: quorum amore tenetur plusq̄ seruo christi/gratiq; uiro cō
ueniat: cum primum ad nos redierit: quod futurū ꝓpediem spero:
agam de reconciliando tibi homine et pace firmāda. Est nempe
mirumimmodum mibi molesta inter amicos animorū dissensio/
neq; est: quod mea ex consuetudine libentius suscipiam: maiore
studio contentioneq; expleam: q̄ cum possum: dissidētes compone
re. Tractatulum de diligendis inimicis: quem iādiu inchoasti: ut
absoluas et hortor et rogo. Spero.n. ut hic tuus labor et tibi laudi/
et nobis usui sit aliquādo futurus. Et quanq̄ cura domestica/et re/
rum gerendarum uaria iprobaq; sollicitudo: qua præpediris: a scri/
bendo te sæpius auocet: age nihilominus quoad licet et expedit: ne
quotidianum et solitū omittas munus litterarum. Hac enim lege
cæteris rebus faciendū est satis: ut certe tibi ipsi non desis. Vale
et me ut facis: ama: atq; inuicem ora.

Ad Cābiū Bossium Cōcanonicū familiaris. Epis. XVII.

q Voniā sumus ita distracti mi Cābi: et tā uasta terrarū inter capedie disiūcti: ut nullus prorsus ad alterutrū sit fratrā accessus: sed Tabellariorū aliorū neq; ulla sit copia: hoc detrimēti perfecimus: ut carendū nobis sit cōsuetudinis nostræ dulcedine: litterarumq; uicissitudine: ex qbus sane oriri fructus uberrimmus solet: uoluptasq; q̄ maxia iter se diligentibus. Quoties Deus bone ego suspiro: immo discrucior scire non posse mi Cābi quid ista in Insula agas. ubi Turco ꝓximus ades: et christianorum miserias pene oculis cernis: quas puto neminem tam irreligiosum: tam barbarum: tam nihil unq̄ neq; de sua neq; de aliorum salute extimescētem: qui deflere ac suspirare non debeat. Fructum tamen illum et consuetudinis et litterarum: q nobis modo subducitur: longior fortisā mora intermissioq; diutina reddet cumulatiorē: dulcioremq; præstabit. Post longā porro sitim auidius bibitur: fatigatisq; cot poribus: et longum solem perpessis suauius capitur et quietis et umbræ uoluptas. et diu quæsita sapidiora sunt poma: ac ut breuiter dicam: omnia præclara raritas dedit: et summis affectibus natura dulcedinis uim magnam admiscuit: eoq; fit: ut ubicunq; sit: ibi amet: qui est uerus amicus. quod me sentio erga te facere Cambi uenerabilis atq; sanctissime. Vale.

Ad Hermolaum Barbarum Re. Veronensem Episcopum De reditu suo ex legatione Veronā: et ciuiū Plausu Epistola. XVIII.

e Ram per id tēporis Veronæ: cum inde discederes in galliā pontificis maximi iussu pro ecclesia: profecturus. conspexi quanto tum mœrore: et aiorum cōsternatione te clerus: te Ciuitas tota abeūtē dimiserit. Id ēt tu te potuisti ex equo dignoscere: cū eductus ex urbe fuisti. Sed illū diē mihi ppetua memoria cōsecratum īprimis admiror cū uniuersis religiosis et sanctimoniæ ui

ris ad illas tuas montanas ædes: et amœnissimos hortos laxandi animi gratia conuocaris post iocos et epulas: prodiuus in genuaq; colapsus / dixisti ultimũ Vale. Humanum non fuit: sed prope diui num / contemplari Episcopum genibus flexis stetisse / q̃diu in am / plexibus omnes et osculo pacis exciperet: subinde singulorum pre ces pro se ad dominũ flagitãtẽ audire: et ueniã petetẽ: si quid ĩ mo ribus / si quid in uerbis / quod Episcopũ nõ deceat / fuisset aliquando deprehensum. Ad ingentis huiusmodi charitatis et humilitatis ex cessum uix fuit qui posset uerbũ referre. suspiriis et gemitibus om niũ ora cõplẽtibus: sed lachrymis potius utrinq; profusis / pars utra q; mœsta discessit: tu peregre: nos ad nostra cœnobia. His modo di ebus cum audiatur te redisse: ipse patriæ admodum sum gratula / tus: cui adempta lux sit restituta: cui denuo tã decorum lumen ef / fulserit: Te enim omnis religiosorum ordo. Te sacratæ uestales. Te primates ciuitatis. Te priuatæ omnes / et publicæ uoces petebãt Ipsi parietes tuum aduentum / ipsi montes: ipsaq; arbusta uocabãt. Magna ciuitatis nostræ lætitia: magna fœlicitas: cui nõ humano cõ silio: sed diuina sorte contigerit pastor adeo charus qui colatur ab omnibus: et insignis adeo princeps: cui nihil desit: quod de pricipe possit optari: in quo summa sunt omia: quæ pricipatũ exornãt. Quid n. potest esse beatius in rebus humanis: q̃ cum ii: qui uera pietate eximiaq; uirtute sunt præditi / imperent populis: et saluti ꝑ sint animarũ? Taceo quod de te sentio: ne tibi tuas laudes ꝑdicã / do uidear adulari: quod et mihi nõ sinit Religio: neq; tua mode stia solet optare. Verum hoc tantũ fatebor ingenue (dabis ueniã Hermolae ꝑsul) pro charitate patriæ maiori tuæ laudi: dignioriq; fortunæ semper inuidi: mihi tua legatio gratius: infensa curia: mo / lestissima noua honoris accessio extitit: quia te aut ciuitati nostræ adeptum omnino / aut certo curriculo absuturum esse putarem. Quod ẽt feci quoniã sic tuæ fœlicitati intelligebã conuenire q̃ma xime: qui semp fuisti litterarũ auidus: et appetens quietis et pacis. Quid oro tibi poterat curia ꝑstare? qd suscepta legatio? aut altera demãdata ꝓuicia: quod tuæ ãte actæ uitæ nõ uideret aduersari? et legi contraire: quã tibi ipsi iam dudum præscripsisti? Huiusmodi

.n.est curia:hancq; naturam habet:ut in illa aut nullo pacto: aut difficillime ratio studiorũ: pietatis:et salutaris ocii haberi possit. Adde ꝙ charũ esse pontifici:in magnis rebus uersari: locupletari redditibus/insigniri pileo:gubernare q̃plurimos:q̃ q̃ hæc contem / plentur uulgi oculi:et obstupescat turba imperita: Sapientes tamẽ a temeritate fortunæ dari magis/ uel hodie censent: quã a uirtute concedi. Tuus uero animus ingens et uerus cognitor sui/ his fortu næ muneribus/ nunq̃ potuit esse contentus/semper flagrauit cupi/ ditate ueræ laudis:et amore sempiternæ uirtutis/quam nulla alia ra tione assequi potes:nisi tibi ipsi uiuas ip̃rimis/ partaq; quotidianis laboribus doctrina/teq; ip̃o fruare. Quod si unq̃ ita cõtraxeris/ ac dimiseris aium ut te obrui tãq̃ fluctu/sic harũ rerũ specie ꝑmittas: quod de tua prudẽtia iniquũ ẽ dubitare:omẽs adiudicabũt tua stu dia:in quibus tot labores:tot uigilias consumpsisti:nihil tibi con / tulisse/sed neq; ea te ꝑꝑ se ip̃a:uerũ ut honoris et popularis gloriæ pedisequas coluisse:cũ idcirco uel maxĩe suscipiãt:In his elaboret: ut oia hæc caduca et momẽtanea bona:i quibus est nulla fœlicitas cõtẽni possint:ut nihil plebeiũ:nihil humile i bonis hẽat. Quod quũ ita sit tuæ sapiẽtiæ et moderatõis erit uirorũ: doctissime / atq; optime præsul:nihil cõmittere:quod nõ permittat tibi opinio ho / minũ de studiis ac moribus tuis. Magis id uero ꝑstare:id tueri:qđ de te omniũ cõsensus expectat:quod tua tibi uirtus iponit. Quæ omnia certe custodies si tua uerona ab opifice rerũ et moderatore deo optimo maximo tuæ curæ credita/æque chara tibi/ ac tu illi ex titerit, si uniuersorum ciuium saluti consulas / si animarum mede are langoribus:si inopum et miserorum clamores exaudias:si uirtu ti honores tribuas: si ingeniis faueas: si non mercenarii: sed pa storis ac patris personam induas. Si deniq; quũ aliis feceris satis/ ti bi ipsi non defueris:sed ut consueuisti certis quondie horis apud te eris:tibi excubabis:tecũq; consistes:quod satis tibi permittũt:et isti us pontificatus moderata negocia:et nostræ ciuitatis mores pegre/ gii. Si postremo perpetua memoria seruaueris/ quod in actibus a / postolorum Episcopos cõmonens/præcepit Paulus. Attẽdite uobis: et uniuerso gregi:in quo uos spiritus sanctus posuit Epõs regere ecclesiam dei:quã acquisiuit sanguine suo. Et illud quod seniores

in epistola sua obsecrat Petrus. Pascite q i uobis est gregẽ dei pro/uidentes nõ coacte/sed spontanee secundũ deum: neq; turpis lucri gratia/sed uolũtarie:neq; dominãtes in cleris/sed forma facti gre/gis. Vt cũ apparuerit priceps pastorũ percipiatis imarcessibilem glo riæ coronã. Sed an satis prudens sum:qui mea epistola Episcopum instituendũ putem?qui et sapientia:et uirtute eminet inter reliquos maximus?Neq;.n.ea est mihi cura:neq; id modo tracto : temerita tis quippe et amentiæ esset:ut in puerbio est a Sue edoceri Miner/ua et a puero uirum. Verũ hæc ut scriberem effecit meus i te amor non uulgaris:et ingenita mihi patriæ pietas:quibus ita afficior : ut quãdoq; et tuæ fœlicitatis:et illius salutis mihi habenda sit ratio. Vale humanitatis pareus:et pontificum gloria.

Ad M. Al. Episcopũ:patrem in domino Re. Epis. XVIIII.

Onge ab officio recessisti tu pater urbis/et Pontifex:qui al/
l mo Palmarũ die pulpitũ sanctum exturbari pmiseris. Res quidem indigna/et a uero Pastore neq; parũ aliena: quem nõ decet ab uberibus agnos pubescẽtes auellere:nec i domini agro Boui triturãti os infrenare:nisi euangelio christi Teatrales dia/boli prætulerimus ludos. Non potui nõ acquiescere his actoribus. Ea societas mihi deditissima est egoq; illi/audio te dicere. Est quæ so uir sapiens et Pontifex sancte affectus ullus tantus/aut gratia tã dulcis ulla:pp quã quis bonus ab honesto/ueritateq; discedat? Ni/hil porro minus. In multa luce te episcopalis dignitas posuit : quæ egregia uirtute tuenda tibi est. Nihil te uulgare.nihil reprehensibi le decet.nihil irreligiosum.nihil indecorum. Quin debes existima re plebem tuã istam a domino creditam tibi esse ut illi pabula san cta/non ridendos ludos exhibeas. Pone tibi parumper ante oculos omniũ inspectorem deũ.pone uirtutem.pone officium:Agnosces tu te sapientissime quantum cõmiseris: Quod amico ego tibi cala mo malui indicare/ etiam humiliter:q̃ in concione latrare:quoda meis moribus tam sit alienum:q̃ omne teterrimum scelus. Vale. et Epistolam libera a charitate profectam:tu quoq; libero animo lege:ac pro me ora.

Ad Ioãnẽ Marchanouã philoſophũ de numiſmatibus dono
transmiſſis Epiſtola. XX.

p Aucis ante diebus allata mihi ſunt duo argentea/et perue/
tuſta numiſmata: in quibus parte una facies geminæ/ idole
regia. Parte aduerſa ĩn una imaguncula quædã inixa haſtæ/et redi
mita. In altera Ræda inſedentẽ habẽs muliebrẽ effigiẽ: uectaq; cur/
rentibus equis. Numiſmata hæc ego Ioãnes ad uoluptatẽ ubi ſatis
ſum conſpicatus: cœpi de te mox cogitare: qui ãte omẽs uiſus es mi
hi eo munuſculo dignus: quippe qui ſoles poſt philoſophiã/ et or
namenta doctrinæ pictura/et illuſtriũ uirorũ imaginibus mire equi
dem delectari/et poſt ſtudia litterarũ intentionẽ/et aĩum circa egre
gia hæc antiquitatis monumẽta remittere. Et id quidẽ optima rõe
Ioãnes. Nã in cõtẽplandis/agnoſcẽdiſq; magnorũ/ et illuſtriũ uiro
cũ ſignis atq; imaginibus delectatio quædã p̃clara/et maxima ſur/
git inſtituto ac liberaliſſimo homine digna/ quæ optimi cuiuſq;
et ſapientiſſimi animũ teneat/ atq; demulceat: quẽ et ſæpe ad eorũ
No. decus imitandũ alliciat. Vnde Maro in egregiã Romanorũ/laudẽ
illud poſuiſſe crediderim. Excudent alii ſpirantia mollius æra: Cre
do equidem uiuos ducent de marmore uultus. Nos longe equius
delubra. Baſilicas. aras. ſacraq; abdita ſanctiſſimorũ hominũ ſtatu
is/et imaginibus ornamus/atq; diſtinguimus: quas intuentes/ac ue/
nerantes interdũ magis incendimur: q̃ ipſa quidẽ uel hiſtoria/uel
predicatione ſic uiget in pictura uehemẽs ad æmulandã ꝓbitatem
calcar et ſtimulus. Grato igitur animo donũ accipe nõ precio: ſed
uetuſtate digniſſimũ/a me tibi debitũ ꝑꝑ officia ĩ nos Canonicos
omnis tua: et illa quidẽ crebra atq; pulcherrima. Vale Philoſophiæ
domicilium/ac ornamentum. meq; ut facis ama.

Ad Bartholomæũ Placentinum Conranonicũ Epiſtola. XXI.

q Voniã ꝓximis hiſce diebus ad te pamãde/ac ſuauis pater in
domino ſcripſi copioſius: nõ eſt quod ſcribã mõ aliud: niſi
ut ualeas: meq; orationibus incandentibus tuis ad ualitudi
nem adiuues: quã ẽr ut foueam: balneas porrectanas nunc peto: in
quibus cũ potus ſatis/merſus/lotusq; fuero: ad uos ꝓtinus deſyde
ratos deſyderatus contendam. Vale.

Ad Ioãnem Philippũ fratrem et concanonicũ Epiſ. XXII.

Reuitatē epistolæ noli admirari Germane cariſſime. Nō. n.
b mihi ſatis qđ ſcribā: occurrit. Res ſane noſtras ex alteris lit/
teris: quas nudius quintus ad te dedi: potuiſti plene cognoſcere. Tuarū uero rerū quoniā ignarus ſum: qd de iis plane ſcribā neqȝ uideo. Igiť ſolū id mihi reliqȝ: quo ſemp idigēs ſum: ut ad beatitudinē animi: et ad bonā corporis ualitudinē ſimul: quam nunc quæro per balnea opem exores mihi deuotis precibus tuis. Vale.

Ad Paulū Ferruphinū uenerabilē prēm et Cōcanonicū de pdicatōis labore recuſato. Epiſtola. XXIII.

Minibus rebus: quæ mihi moleſtæ accidere potuiſſent: ē ſa/
o ne (crede mihi Paule) nulla moleſtior: q̄ euāgelizationē ad Nouarienſes meā: quā et tu magnopere expetis: et illi ardēter efflagitāt: uobis haud poſſe pſtare cōpotatōibus porrectanis fatigatus et fractus. Nā et ſi ſpiritus: q aduerſus carnē ſemp ē próp / tus: hac i re ardētiſſimus certe: et plurimus ſit: quoniam tamē ſine corporis ſeruitio neqȝ lucubratōes ſtudio ſuppeditare: neqȝ ea: quæ ſcimus: cōmiſimuſqȝ memoriæ: idonee pronūtiare ullo modo qdē lingua: pectuſqȝ ualet: fieri nō poteſt ut tantā iſtā prouīciā ipreſentiarū aggrediar: quā iacturā: ſi in hoc iactura tamen ē ulla: noſtri q eto Nouarēſes et bono aīo ferāt: ſuūqȝ omnē iacrēt i domino cogitatū: quoniā neqȝ q plantat: neqȝ qui rigat aliquid ē: ſed deus: qui increm ētū dat: a quo prædeſtinatū quēpiā forſitan uatē ſunt habitur i: qui uberius ſeminet atqȝ fœlicius: et ualeat omnia ſupra q̄ ipſe. Aſt interim tamē tantū mihi illi icolumitatis: uinūqȝ precentur: ut ad eos: et cito ire: et uerbū dei tractare agilis poſſim aliqādo: Qđ ſi mihi dabitur: eorū ꝓ ſalute meo ſtudio parcā neqȝ ſudori: clāgē/ te ſi nō tuba uel molli ſaltē tybia canēs. Vale: et qđ optas ut poſ / ſim ora.

Ad Bartholomæum Coſpū ciuē Bonon. in dormitōe Antonii Liguani Cōcanonici: et magnæ ſāctimoniæ: et nōis Viri Cōſolatoria Epiſtola. XXIIII.

T ſi quidem uereor: ne dū tibi conſolatorii officium præ/
e ſtare enitor: ſtulta meoto audacia abſ te tādē ſignari poſſim quę deſyderio excolēdiſſimi olim cōis patris Antonii ita p / mor: ut aliorū cōſolatione magis uidear indigere: q̄ meā tibi poſſe præſtare: tua tamen me ita flexit Epiſtola: ut malim ſcribēdo inepi

tus uideri mihi:q̃ tacendo/ tibi non obsequi. Tui .n. honestissimi mores tua inocens uita ac pudicissima/tuum et assiduum erga me studium/ tuaq; merita deuixere ita me tibi:ut nihil minus possim: q̃ tuæ probitati:quæ me rogat:morem nõ gerere. Conabor ergo q̃ certe plus potero et tibi/ et mihi hoc in mœrore: quo ambo confi cimur:consolatiũculã:si dominus id mihi dederit:adhibere aliquã. Deploramus Bartholomæe nostram de tã optimo/ integerrimoq; patre iacturã. Deploramus religiosam/et coẽm tem nostrã omnẽ/ tam clarũ ornamẽtũ/ et decus amisisse. Deploramus et indytã nrã urbẽ spirituali quodã pfugio et salubri animarũ medicamento do lenter orbatã. At cur non potius ad mentẽ/rationẽq; cõuersi/fœlici tati suæ cõgratulemur? ne nostrũ pp detrimentũ/ et illud quidem breue/ et perexiguũ/sempiternã illi gloriã/ ac fœlicissimũ cum deo æuũ uideamur inuidisse/inferiores mũdi philosopho?qui in Lelio

Cicero .

inquit Suis aũt incõmodis grauiter angi nõ amici:sed se ipsum a/ mantis est? Quod cũ ita sane sit:nihil est prorsus : quo iure dolea/ mus. Qui dederat eum nobis:ille abstulit:imo sustulit/et uictorem coronauit/diu dissolui cupientẽ/et esse cũ christo : cui sexagesimũ ad usq; ãnũ uixerat magis profecto:q̃ mundo: mancipatus sacræ huic nostræ Regulari militiæ sub obedientiæ iugo ãnos et unũ de uiginti:in qua ita uixit:ut nõ facile intelligam/an ea illi: an ille ei plus ornamenti laudisq; præstiterit. Repudianda iam itaq; lamẽta. cõprimẽdi gemitus:et ab oculis abstergendæ sunt lachrymæ. Et.n. uictores non luctus sequitur:sed gloria / plausus/ ouatio. Romam

Oratius .

Oratius ille unus ex Trigeminis remeãs uictor:sorori ploranti fer ro in eã stricto subitã intulit necẽ. Dauid Rex ægrotante paruulo filio mœstus ibat:in dolore atq; suspiriis/dies et noctes iquietus age bat : q idẽ eo emortuo ad tybias/organaq; sacris numeris cecinisse/ hilarisq; incessisse memoratur. Si mũdi Reges:si magnæ beneq; in stitutæ res pu. suis meritis Ciuibus/iperatoribusq; fortissimis ob res domi forisue magnifice gestas/summos honores/triumphosq; defe rũt/ et uniuersi: qui adsunt: plausu/publicaq; lætitia eos extollũt/ ac prosecuntur:quãto nos longius Antonio nostro/nõ mirteo gra mineo/laureoue folio comã redimito:sed imortali gloria /cælestiq; triũpho iter beatas aĩas exultãti aggratulabimur/q nõ oppida non

castra uallum/ fossamq; traiciens / corporalium hostium cuneos penetrauit: urbes/populosq; deuicit: Sed se ipsum dum uixit: domu it/ac superauit: perpetuo contra domesticum hostem/carnis libidi/nem bello dimicando. caducos honores/ et mundi gloriam omnẽ spernendo/uigiliis/ieiuniis/orationibus/corpus animo mancipãdo? De cæteris eius uirtutibus multis quidem et maximis nihil amplius dico: quas tu pio erga illum charitatis affectu luculenter et abunde in medium adduxisti: quas et ego tales/totq; esse intelligo: ut calamo a me haud facile quidem possint æquari: ne dixerim exornati. Quid illi deesse ullo modo potuit: cui propriũ semper peculiareq; fuit nihil cupere/nihil amare/nihil deniq; speciosum habere: q̃ inocentiam: q̃ iusticiam: q̃ pietatem: q̃ cælestium ardorem/ diuinũq; seruicium? Dolebimus igitur Bartholomee mi sapientissime /fideiq; plenissime illius morte: quæ in conspectu dei est preciosa? Queremur nobis non amplius uiuere: qui Regi deo perpetuo uiuit? Complorabimus egregium illud corpus/ elegantiaq; membra concidisse: quæ ab humo quandoq;: ut propheta cõmeminit Deo exultabunt humiliata? Optabimus iterum deorsum nobis illũ restitui: qui compotitur in sublimibus beatitate cum christo? Improbi quidem simus si tanto suo bono/ fœlicitatiq; inuiderimus. Cunctorũ uero miserrimi: si quemadmodum ii: qui spem non habent: de dormientibus contristati fuerimus. Stultissimi quoq;: si iam abstersis lachrymis/ omniq; extincto mœrore pro uiribus non annitamur/ isudemusq; quotidie: quo tandem et nos ab his corporeis nexibus liberati secum deo in sæcula sempiterna fruamur. Vale.

Ad Florentium Patrem/ et Concanonicum de Libris quæsitis / deq; fabrica illius multa cum laude.
Epistola. XXV.

n Vper ad nos ueniens Bartholomeus noster retulit mihi in constituenda Bibliotecha Bononiense tua per te accura/te/audeq; operã dari: tuo q; nomine mirum ĩ modũ rogauit me / atq; obsecrauit in domino: ut quædã facultatis theologicæ

uolumina:quæ hic habentur uenalia : et uidere/ et tractare nõ gra/
uer:meūq; de his iudiciū/et precia ad ungnẽ tibi significẽ. Studiū
tuū hac in re pulcherrima mi Flo.nõ modo probo: Verū et esse q/
dem neminẽ puto:aut certe pꝑaucos:quibus æque gratū sit ac per
iucūdū atq; mihi : qui sim fere ab ineūte ætate:licet parū utiliter:
exercitatus i litteris. Quare studio tuo isti:atq; labori gratias sum
mas habeo pro partiuncula mea:quāq̃ hoc merito tuo sit pexigu/
um. Quid est.n.quod et mihi/et studiosis reliquis aut iucūdius /
No. aut utilius parare possis: q̃ diuinam librorū supellectilẽ? Hæc sane
res præcipua/atq; una est:quæ rationem recte sancteq; uiuẽdi cõti /
net.quæ ad omnes casus humanos.ad omne uitæ genus.ad omni/
um hominū cõditionẽ/atq; naturã/siue remedia siue solatia siue in
stituta colligit/atq; suppeditat:quæ deniq; nos deo gratos.homini
bus charos.religione/atq; habitu efficit dignos. Quæ si qbus grat
ta ullo mõ est:nobis profecto gratissima esse debet:qbus abstractis
a cæteris omnibus mūdanis curis/atq; illecebris nihil reliquitur:in
quo post tractatã quotidianã rem sacrã uersemur honestius. Qui
uitã sæculariter agunt.iis ad laxationẽ animi:et laborū requiẽ festi
ludorū dies lætissimaq; spectacula alea.iaculū.pila.equitatio.cãtus
et uaria corporis libido pmittit:quæ nobis oĩo nulla sunt:q; si hu
iusmodi istis priuatos litterarū studia nõ oblectãt nescio ne uiua /
mus neglecto hoc tã proprio animi bono:in quo nõ parua ex par/
te /.uitæ beatitudo consistit:animiq; diuinitas alitur. Sed quid ribi
ista cõmemoro : qui et tua sponte ad rem librariã satis es incitatus?
quem pariter litterarū studia uehementer afficiūt? An non magis
imortali atq; optimo deo habenda ẽ gratia/et Patribus laus tribuẽ
da: q ad cõmune totius sacræ rei nostræ honorẽ/ et ad sūmum loci
istius emolumentū te duxere triẽnio præficiendū. Quid.n.dignu/
us tuo isto in Priotatu potuisses efficere:q̃ contra omniū spẽ:quo/
niã fieri posse non uidebatur:domū tã splendidulo tãq̃ usibus no/
stris idoneo claustro/clatisq; porticibus dignificare? Quid mode/
stius cautiusq;:q̃ ipos hortos pariete altiore circūdare:et a uicinitæ
No. prospectu fratres oculere? Hæc sunt ueræ Præpositorū laudes. Hæc
propria munera: ut qbus præsunt locis consulant:ut cõmunẽ rem
tam diligenter curent:ut suorum cõmodorū imemores / quicquid

agunt ad publícam referant utilitatem Atqui ingratum non mo/ do Florenti:uerum etiam ab ipsa quidem humanitate alienum cẽ fuerim:qui ea:quæ tam inflamato studio/tam utiliter/tam opportu ne/ tam consulte agis:non probet:tuisq; uotis non faueat. Quãob rem hos equidem libros:de quibus est sermo:ut ipse rogas:q̃ dili/ gentissime et uidi et contrectaui nõ semel modo:sed pluries. Qua tuordecim.n.uolumina sunt:inter quæ quatuor præ reliquis. uide licet Sũmæ pars tertia Alexandri Ales. Primus et Quartus Aquina tis sancti. et Sententiarũ magister:ita polita/et emendata ut nusq̃(dico uenalia) potiora putem inueniri posse. Reliqua uero huiusmo di sunt:ut ea neq; te uelle:neq; Fratrum quẽpiam optare credide/ rim. Horũ quatuor numũ.xlv.erit impensa·quã si potes/ atq; deli beras:nos admoneto/facturos diligenter quicquid ipse putaueris : et gratias inde tibi ẽt habituros. Vale:atq; mutuum ora.

Ad Bartholomæum Placentinum Concanonicum dulcissimũ de officiosa illius charitate Epistola. XXVI.

t Vnicam cũ libellis uestris accepi. Omĩa ita studiose colliga ta/et accurate cõposita:ut nõ mediocri plane diligentia i re/ bus ẽt minimis Matthæi tui/usus uideare. Gaudeo plurimũ amorẽ erga me tuũ/iãdudũ mihi tamen perspectũ sæpenumero/et quotidianis pene officiis experiri. tu falsum/et improbũ reddis tri/ tũ prouerbiũ illud facile interire de cordibus/qui ab oculis absunt: Singulas et ego horas ago ferme tecum. Quæ meditor. quæ lego. quæ scribo. quæ actito nõ minus:q̃ meo cum animo:tecum uideor actitare:tuasq;:cum ad me perferuntur:exosculor litteras : quas et doleo rariores habere. Molitus fueram causas nonnullas hone/ stas/ atq; probabiles/ut ad te Barth. irem:quas infregere potiora ne gocia/iniuncta mihi a conscriptis patribus generali in Synodo no/ stra:Quod cũ nõ possim: ut nostrũ philippũ/futurũ mecũ uentu ra quadragesima i labore euãgelii sociũ:ad me redire iubeas/ te eq dẽ maxime rogo/et illũ/ut maturet reditũ hortor: cui si quid opis necesse ad iter extiterit:benefica charitas illi suppeditet tua:et me i illo existimet adiuuisse. Ah meus Nutricius. meus Esculapius. me/

us et Mercurius est: cuius labore et diligentia uitam teneo/ac luce fungor. Facturus quoq; es rem mihi gratã si Cõmẽtariolũ meum in Rhetoricã et quinq; Ciceronis Orationes ꝑ eundẽ ad me amice transmiseris: eo. n. opus est admodũ mihi/itroducturo nõnullos ad hæc studia ex discipulis/ et fratribus nostris. Orationem magni Timothei nostri: quam uehemẽter optas: in manibus ipse nõ hẽo. Legi tamen illã anteaq̃ a nobis Venetias ꝓficisceretur Timotheus. Eam consequi ꝓpediẽ tui causa curabo mi Bar. diligenter. Rem uidebis ornatissimã/ac longiusculã et a quo manauit: auctorẽ exprimentẽ: Quam qui uidit doctissimus quisq; probauit. Vale: uicissim q; ora.

Ad Antoniũ Gradinigũ Patriciũ Venetũ congratulatio de restituta dignitate Epis. XXVII.

n

Vllas unq̃ Antoni ad te libentius dedi: q̃ modo istas: qbus tibi in christo cõgratulor/mihiq; gaudeo de dignitate omni/et laude restituta: quæ adempta tibi fuerat eorũ prauitate: qui corrupti/et alienati iudæorũ pecunia te infensum senatui fecerant. Ita mihi semper persuadebã/et pollicebar/ futurũ tempus: quo egregia tua uirtus/et magna fides agnoscenda erigendaq; foret: et quãto magis aduersabantur tibi tẽpora/hominũq; nequicia: plus ego deo fidebã: et ex tua constantia me ita solabar: ut nõ detrimentũ/indignitatẽq; te mi Antoni tam subiisse: q̃ fructũ et laudẽ acquisisse mihi uiderere. Non te prostrauit: sed extulit: non deformauit: sed honestiorẽ reddit i te grassata peruersitas. Sicut aurũ exploratur igni: sic tua uirtus explorata est rebus aduersis: quæ semp rutilans/ semper flauescens/ad ultimũ tandẽ perfectionis euasit: neq; tibi unq̃ fortuna tantũ profuisset secunda: quãtũ profuit aduersa: si non potius diuina examinatio appellanda est ista: q̃ certe fortuna. Quãq̃ quid ẽt prohibet fortunã nominari: quæ deo præcellẽti et sempiterno ancillatur: cuius uim/et rationem/et si mens nõ cõprehendit humana: illius tamen præordinator/et cognitor est deus: cuius illa subit / et implet imperium tanq̃ serua / atq; pedisequa? Tu hanc insultantem tibi ellusisti. furentem terruisti. impetentem

Exploratio uirtutis.

No. qd fortuna.

prostrauisti. Viue uictor/et deo pange laudes: hymnisq; sacrifica: qui a te semper inuocatus/semperq; laudatus dedit malis his finẽ: et sancti senatus oculos ad ueritatem aperuit: et primam tuam omnem dignitatem et laudem tibi restituit. Quæ res mihi plane tantæ lætitiæ/atq; solatio est: ut non possim (fateor quidem) id satis litteris explicare ita me christiani nominis zelus/ et odium contra maleficorum iudæorum incendit. Spero ad paucos forsitan dies me faciet dominus Iesus tuis amplexibus dignum: quod ut ita sit/ opto/oroq;. Interim uale patriciorum sanctissime ac pro me ora. Paduæ ex sancto Ioanne in uiridario. VI.kll. Nouembres.

Ad Ioannem Ludouicum Bossum Consolatoria in patris funere efficax et aurea tota Epistula. XXVIII.

Isi ego existimarem te tanto mi Ioannes Ludouice animo/ n et pectore esse: ut omnes rerum euentus/et uitæ huius miserabiles casus iam aut ferre/aut superare posses: equidem ausus nunq̃ fuissem te in tanto domus tuæ uulnere consternatum solari: sed neq; arbitratus ullo sane modo fuissem mea me epistola inflexibili animo tuo/acerbissimoq; dolori potuisse mederi. Destitissem profecto ab hoc consolandi munere: neq; calamus uenisset ad digitos. At uero ut primum ipsius Genitoris tui/uiri quidem integerrimi/et sine exceptione laudãdi/obitus ẽ mihi nũciatus: īde usq; nõ destiti de te cogitare/teq; penes esse. Visus sum uidere te multas emisisse lachrymas. ex imo pectore multa traxisse suspiria. multis et indulxisse gemitibus. Moxq; in Iesum conuersum/illi gratias egisse: illius suauia et intima efflagitasse solacia: et siccis tãdem oculis acclamasse Viuat tibi domine Iesu Pater hic meus: per quem beatæ omnes æternum animæ uiuunt. Quiescat in te tandem liber. tãdem securus. tandem æternus. Excipe illum ex hoc humili/depresso/terrenoq; domicilio in apertum et clarum cælum. in tutissimam requiem. inq; Sabbatum sanctũ tuum/et delicatum: ubi carnis huius excussa atra/crassaq; caligine te Regem in decore suo fœlix aspi

D.ii.

ciat. te in splendoribus sanctorum/ et fulgore immensæ gloriæ tuæ
æuo sempiterno fruatur. Ne reminiscare domine peccata eius: et
iuuentutis et ignorantiæ ignosce delictis. Te alterutrum intuitus
sum factitantē mi Lodouice: ut et humanitati simul/ et animi con/
stantiæ partem/iusq; tui faceres/ ut pietatis simul et grauitatis egre
gium habitum præteferres ac declarares: in quo ut nihil asperum/
et agreste ita et nihil muliebre/ac summissum esse uideretur. Verū
.n. uero cum eximia tua uirtus mihi quidem perspecta iam pridē:
cum summa opinio concœpta de moribus: cum studia bonarum ar
tium a te suscepta ad leniendum mœrorem possint tibi firmissima
adhibere remedia/ac custodes tui animi esse: quid est etiam: quod
possim præterea tibi præcipere? tibi psuadere? abs te rogare? Quod
usq;quaq; nō doleas? Sed hoc feritatis: et lapidei magis: q̄ fortis ani
mi est. Non sum stoicus: qui toruo supercilio tam rigidam ti/
Christus. bi tāq; peregrinam philosophiam imperem: qui lego deum/et sal/
Dauid. uatorem meum fleuisse super mortuo Lazaro. et Dauid cælestem
uatem/et diuinæ mētis ac spiritus plenum morte Absolonis filii do
lenter fleuisse: et funera Saulis et Ionathæ grauiter igemuisse. Aut
ut fletui modum imponas: Sed iam dixi id te (ut puto) effecisse.
Quo autem animo sit Magdalena atq; Helisabet. altera tibi ma/
ter: altera soror: id magis animū pulsat atq; sollicitat: q; uereor ne
illarū dolor per lōgum uitæ tempus nihil quietis inueniat: neq; uo
ces ullas audiat salutares. Nimius erat alterius in uirum. alterius in
parentem amor. nimia fides. nimia pietas. Putabūt sibi plus arrept
tum: q̄ ullis sui sæculi et sexus unq̄ mortalibus. De quibus cogitan
Octauia. ti mihi primū se obtulit nescio quo iniquo præsagio Octauia Au/
gusti soror: cuius de Marcello mœsticia talis per omnem uitam ex
titit: qualis in funere: ut obturatas semper aures tenuerit ad omne
remedium/atq; solatium: et qđ grauius erat: matres odio habuerit
reliquas: neq; suæ Liuiæ parcēs. Sed iniqua est sua ista existimatio:
si propterea plus dolent/q; illo careant: q̄ quidem lætentur: q; tam
diu illum habuerint. Illum inq̄ ut uirum optimum: sic sapientem.
sic consultissimum. sic consularem. sic omni munere publico/et pri
uato ornatissimum: quod plane si facere omiserit: erit id animi po
tius sibi immoderate afficientis: q̄ amicum diligentis indicium. An

non satis quoq; clarum perturbatæ rationis/ et ingrati animi argu
mentum est flere eum:qui ex his erumnis:quibus inuoluimur: fœ/
lix excessit:/ et non magis deo optimo maximo gratias agere/ atq;
non cogitare q̃diu diuino beneficio sibi præstitus sit/ q̃ suauis fue/
rit uitæ eius coniunctio/ q̃ fructuosa suis tanti uiri auctoritas . Im
probus sane est:qui finem beneficii damnum putat: qui datoré ea
conditione esse uult:ut arbitrio careat repetendi: uel certe/si repe/
tit iniuriam irroget. Audio illas . Ingemiscimus amoris causa/non No.
damni. Si amor est:in Amati bono quiescat. Si nõ quiescit/non a
mor :sed auiditas improba est. Lachrymis hactenus cæcoq; mœro/
ri datum est satis. Iam consurgat animus. Iam perturbatõni:ac mé
tis caligini.non aliter:q̃ sol in tenebrosis:rationis splendor elluce/
at. Non excæcetur oculus ueritati ut credatur nostet mortuus An/
tonius. Viuit profecto adhuc/uiuetq; spacio innumerabilium sæcu
lorum. Domui suæ inter suorum oscula/et ãplexus Vale dixit. Vos
præcessit/non dimisit. Licuit dulcissimæ Coniugi. licuit liberis. licu/
it charis omnibus/atq; gentilibus. licuit uernaculis pueris/ac nutrici
is pium extremi oris audire sermonem. Vos filios ætate firma ,uos
bonis moribus bonisq; artibus istitutos. nos honestis diuitiis:ac ho
noribus cumulatos reliquit. Vxorem uero quãq̃ uiduam:nihilomi
nus matrem pulcherrimæ sobolis dimisit filiisq; lætantem. Aduci
amus q̧ ad id ætatis iam uenerat:ut molesta iam illi esset longior i
corpore mora. Sæpe enim referentem eũ recolo illud sapientis Elo/
gium. Teder animam meam uitæ meæ: indentem mala: quæ fiunt Vox sapien
sub sole/ et discrimina: quibus subiecta est salus semper/ atq; homi tis.
nis uita. Satis uixi/superq;. Quod reliquum est: id labor / et dolor/
tumultusq;/ et afflictio spiritus. Iam ingrauatam ætatem excipient
morbi/tristisq; senecta. Vellem uacationem a Cura. Vellem sepositis cõsultorum codicibus cum seruis Iesu christi rebus cælestibus in/
hiare. Vellem preciosam margaritam: quæ hoc corpusculo / tanq̃
operimento contegitur atq; occulitur: Parenti/ et saluatori deo red/
dere immaculatam/et cãdidam. Pro me Matthæe dulcis/ et optime
cum tuis Confratribus suppliciter Iesum exora. In tanta rerum mu
tabilitate: circũfusisq; periculis undiq; nihil certum intueor : nihil

tutum: nisi quod bene præterit. Beatosq; eos tantum dici posse cõ
rector: qui in domino moriuntur: si in domino: qui uita est: ulli iã
mori queunt. Ego forensibus/ et senatoriis curis/ familiaribusq; ne
gociis tãq̃ uisco implicor/ ac fluctibus obruor. Vtinam meam cim
bam aliquando statio tuta recipiat. Libet hoc loco mihi Io. Lodo
uice illud proclamare: quod Aneus inquit: O ignaros maiorum su
orum: quibus non mors ut optimum inuentum naturæ laudatur:
quæ siue fœlicitatem includit: siue calamitatem repellit: siue sacieta
tem et lassitudinem terminat: siue iuuenile æuum: dũ meliora spe
tantur: in flore deducit: siue pueritiam ante duriores gradus reuo
cat: omnibus finis, multis remedium: quibusdam uotum. de nullis
melius merita: q̃ de iis: ad quos uenit anteq̃ uocaretur. Atqui mul
Exempla ta et sæculi huius et familiæ nostræ exempla perspeximus. Theodo
Ruinæ ro et Aluisino primariis Bossiæ domus: et magnis in re publica ui
ris cum staret libertas: diutius uixisse non infœlicitas fuit? Non ne
seta mors grauiorem illis miseriam attulit? cum alter re Mediolanẽ
si: ut diximus: libera sed discordiis factionibusq; ciuilibus pertur/
bata/ maximis prius honoribus habitis/ summis et prius magistrati
bus susceptis/ ad extremum et carceres teterrimos expertus et uincu
la/ tabe/ squaloreq; consumptus ante totius ciuitatis conspectum
ceruicem reuerẽdam/ et libertatis auctorem coactus est lictori sum
mittere: et ante Prætorium abscissum caput/ et fœdatum sanguine
corpus non parua mora permissum est iacere ludibrio? Alter uero
in castris sfortianis sagytta petitus in corde/ animam nullo dato spi
rim repẽte proiecerit? Taceo reliquas clades huius nostræ familiæ:
quibus non est satis epistola: sed cudẽda magis esset funesta aliqua
Tragœdia. Non mala igitur mors opportuna/ non detestabilis, nõ
fugienda. Omnes uitus aliquando exitus habet: et paruis distingui
No. mur spaciis: aliudq; nihil est uita: q̃ cursus ad mortem. In procinc
tu stet animus/ et talibus munitus uirtutum præsidiis: ut et florẽti/
bus et cadentibus rebus par semper sibi/ idemq; permaneat: neq;
mortem ad se uenientem ita pertimescat: ut illatã tanq̃ summum
malum refugiat. Hæc uero christiana/ sanctaq; philosophia nos
intrepidos efficiet: a qua docebimur humanum animum: si hoc di

ctu fas est: nullo minori premio: q̄ deo ipso fieri posse contentum. Eo enim redeat: si fœlix fore optat: unde decerptus est: necesse utiq; est. Mortalia immortales. Terrena cælestes. caduca mansura nō explent. Quare hanc lucem/ ut exilium aspiciamus. hoc domiciliū/ ut teterrimum carcerem horreamus. hoc ergastulum læti exuamus. Tun erimus ubiq; et intrepidi: si nullū diem effluere sinemus sine meditatione/ et studio mortis: quæ/ omnes per horas se infert incerta: quod ut facias mi Lodouice suadeo tibi/ tuisq; omnibus ex corde q̄ maxime. Vale. Ex monasterio nostro ueneto. iii. Nonas Apriles. Mccccl xv.

Ad Ioannem Lodoicū Bossū/ clarum Equitē/ et Consularē Virū cōmendatitia: et de opusculo ad eū transmisso. Epistola. XXViii

c um fulcho: qui ad te perfert meas istas Ioannes lodouice carissime/ et dulcis/ et sancta diutinaq; ēt mihi est cōsuetudo: a quo plane religiose dilectus/ et cultus semp̱ admodū fui. Is mediolanum uenit sua quadā litigiosa de causa: quam cognitu/ rus tuus iste spectabilis/ et salutaris ē Magistratus ducalis iusticiæ. Annos tris se fatigatum frustra continua crasinnatione magnope/ re queritur. Impensis et detrimentis extra patriam crumena nō illi tam diu sufficit. Alia incommoda et detrimenta sunt multa: quæ sæpius eo quidem absente Vxor. liberi. omnisq; familia patitur. A me petiit tibi commēdari: cuius auspicio atq; uirtute/ modo uelis: rem putat suam duci posse ad exitum facile. Id si ita est: ut esse equidem puto: a te mi Lodouice per pietatem omnem tuam exposco/ atq; efflagito/ ut iudicata q̄ maturius fieri potest causa huiusmodi ista/ remittatur ad suos/ aut uictor/ aut uictus: ut fas/ iusticiaq; exegerit/ atq; poposcerit. Quod si tu unus fortasse nō potes: ad hoc et tecum collegas ex charitate concilia. Senatoresq; conscriptos: ne sē p̱ cruciatus/ ut hactenus uitā uiuat tristiorē morte utiq; ipa. Eidē p̄terea dedi ad te perferendum Libellum: quem modo de gerendo Magistratu/ iustitiaq; colenda conscripsi. Munus tibi mi Io. Lodo

uice dicatum. In quo agnosces quantum te amo: quantiq; te facio. Si quidem ille erit tibi creber in manibus et ueluti peculiarem uitæ tuæ Pedagogum Speculumq; clarissimum āte oculos fixeris: ī quo contemplere quid agas: quid omittas: quid sequare: quid fugias: nihil uereor ne minus/ q̄ beate: q̄ et sanctissime uitas: ne quidē rec te/atq; honeste. Sed pauca de Opusculo isto promittēda sunt mo do: quoniam per se illud habunde loquetur. A te admoneri tamē uehementer opto q̄ noster hic labor tibi gratus extiterit/ qui et pre cabor etiam ut ex illo proficias/ semperq; melior fias: atq; ita cælo dignus euadas. Vale: et me Genitrici/fratriq; commenda. Man tuæ ex sancto Vito nostro Idibus Octobribus.

Ad Timotheum patrem de utriusq; discessu mœrens Epistola. XXX.

Summa tua et incredibilis erga me Charitas Timothee pa/ter et si nullo litterarum testimonio egebat: ut ex quo tu me diligere: ego colere et uereri te cœpi. eguit nunquā: iucūdissima tamen extitit mihi commemoratio tam immensi acer/biq; doloris: quem cœpit animus tuus in nostro ex urbe Papia di scessu: cum alter Hierosolimam sanctam: alter Mediolanum con/cessurus: mœstus atq; collachrymans inuicem ualefecimus. Fater/or equidem mihi id contigisse: quo tibi: ut eo die toto mœstissimus ierim gemens semper atq; suspirans. nullum comiti uerbum red/dens aut faciens: sed mecum colloquens. Quo tu nunc pergis si ne Timotheo Matthæe? Qualis iam uita filii patre a se distracto? Qualis uita patris etiam sine filio/ cogitationum et consiliorū suo rum participe semper et conscio? O sors dira. quæ amantes ita dis iungis: quæ filium a parente dissocias. Videbo te ne amplius mea lux Timothee? Audiam concionantem? Affabo later? contem/plabor tuos gestus? admirabor tua tanta ornamenta uirtutum? In ter ista lamenta atq; suspiria ille mihi sane consumptus est dies.

Sed altero: qui Mediolani mihi primus illuxit: ea omnia: quæ potio
ra mihi pater iniunxeras : recte confeci: deq; singulis te feci et pro/
tinus certiorem : pro quibus tuis in litteris nuperime mihi gratias
habes: et eas quidem accumulatas et maximas: sed sane indebitas et No.
superuacaneas : quoniam tuum cum ad uotum exequor aliquid :
non tum mihi officium prestare uideri possum : sed reddere: qui a
te accepi quæ bonis nullis humanis possint æquari : Religiosam
uitam ac salutarem: et sacrarum præterea initia litterarum . Quare
cum satisfacio officio meo / et immortalibus tuis erga me meritis :
noli in referenda gratia tam diligens esse. Vtere tuo iure omnimo
de : et perēnem auctoritatem / paternumq; imperium tibi serua. In
tellexi præterea te istic aliquot dies uentris profluuio affectum. quæ
res fuit magnæ mihi tristitiæ. qui uideam rem christianam hoc tem
pore afflictam tua opera/ taliumq; uirorum indigere q̄ maxime : ꝑ
qua Religiosi omnes. clariq; præcones labores. atq; pericula subire
debeāt usq; ad necē: ut nostros maiores priscis temporibus legimus
factitasse. Torpent hominum corda et afflictis ecclesiæ rebus neq;
Reges neq; populi ulli succurrunt: nisi sanctis et publicis inflamma
ti forsitan uocibus: in quo beato dicendi genere te sine controuer/
sia omnes agnoscunt plus posse : q̄ cæteros . Visitaui nudius terti/
us Blancam Mariam Mediolani principem: fuitq; de te non mo/
dicus inter nos sermo. Illa religiosissima atq; sanctissima cupit tibi
cordi fore: cum loca beata tetigeris : quod ego quoq; filius atq; di
scipulus ardentius facio. Vale uatum diadema sanctissimum. Ex
Vrbe Mediolano Nonis Maiis .

Ad Timotheum de Dignitate illi collata: deq;
ipsius uirtutibus multa. Epistola. XXXI

q Vod ardebam agnoscere de tibi delata Pontificali dignita
te ista tua: explicauit ex ordine atq; plenissime nunc mihi
Matthæus Casalensis Religiosus sane optimus : et utriq; nostrum

admodum deditus: qui ad nos cũ diuertiffet: magnã diei partẽ de te tuisq rebus mecum colloquens uenufte et amice cõfumpfit: a quo q rebus affuit: cũ accæperim ad Infulã et Pontificatũ te nõ fponte uenifle: fed iuffum et euocatũ ut Aaron: equidẽ profului exultaui/ q lætitia. Sciebã fuprore tua uita pietiq ad mitrã peruenire te pot tuiffe: Nicolao præfertim Pioq Pontificibus: quod recufafti, ne/ glexifti, contẽpfifti: et eorum de te cogitationes elufifti. Quo ani/ mo cũ enã effes: uenit tẽpus magis infperatũ: q præuifum: quo Pau lus Põtifex te abfentem uocauit: et quantũ licuit renitentẽ te facro deniq præfulũ ordini ãnumerauit: et qdem diuino nutu ac æternæ prouidentiæ dono hoc factũ effe crediderim: ut qui: dũ ætas flotu/ it: et inguit corporis robur te ipfum in uerbo dei atq doctrina e/ xercuifti incõparabili (pace omniũ dixerim) gloria/ fructuq anima rũ: ingrauefcente tandẽ ætate: quæ acres illos corporis motus/ uehe/ mentesq fpiritus extenuare folet ac frangere: ei ordini adiunctus effes: atq eo in loco fita uirtus et dignitas tua: ubi prudentia, confi lio, auctoritate, fapiẽtia rem chriftianam iuuare poffes: et perditos mores ad ueterem religionem/ et fanctimoniam reuocare. Et qui
No. dem Vrbes ac populos perbeatos: fi ex hac fcola Iefu chrifti pmul/
Eugenius. ti ad ecclefiafticos gradus tollerentur: quales uidimus Eugenium
Antonius. Pontificem fummum. Antonium Coratum Cardinalem. Lau/
Laurentius. rentium Iuftinianum Venetorum Patriarcham. Antonium Flo/
Antoninus. rentinorum Archiepifcopum. Ioannem Iefuatum Ferrariæ præfu
Ioannes. lem: et prifcis temporibus innumerabiles legimus fanctiffimos ho/ mines ac pene diuinos: qui de monafteriis/ uitaq humillima ad mi tras fummamq thiaram et maieftatem peruenere. An nos chriftia ni fubdubitabimus de fœlicitate: noftraq falute: fi nobis præfint:
Plato. qui et optimi fint et fapientes: quando de fuis Plato Ethnicus hoc tantum boni fperauerit: qui et predicaret beatum tum fore genus humanum: cum aut fapientes regerent: aut Reges fapere incipe/
Claudianus. rent? Quod quidem ipfum egregie Claudianus his uerfibus ceci/ nit. Componitur orbis

Regis ad exemplum: nec fic inflectere fenfus
Humanos edicta ualent ut uita regentis.
Mobile mutatur femper cum principe uulgus.

Sed addit tamen Caſalenſis noſter poſt mutationem iſtam tuam
nunquam te lætum inſpexiſſe: ſed conqoeri non ceſſantem ꝙ ſanc
ta religionis tunica/habituqꝫ mutato/propoſitum tuum ad poſtre/ No.
mum uitæ non traxeris. Traxiſti ſatis: quia trahere uolebas. neqꝫ
religioſa indomenta mutaſti: ſi animum non mutaſti. Sed neqꝫ
debes formidare commiſſo tibi gregi non poſſe ſufficere: qui tri/
ginta ferme annos Italiam omnem publicis uocibus inſtituere non
ceſſaſti. Verum: ut uideo: iam quaſi ſtipendium laborum tuorum
quietem cellulæ et præclatum ocium ſtudiorum meditabare. Sed
amabo quid a te tua ſtudia exigunt: niſi excellentem illam uirtu/
tē mi Ti. quæ tota in actione conſiſtit? et qoones oporteat: expri/
mendum non modo ſudorem. ſed ſuſcipiendos etiam extremos ad
monet cruciatus? Tu: qui tamdiu uineam domini/ uineam ſanc/
tam et electam ex omnibus curas: imitare bonos agricolas: qui quā/ No. ſimilitu
diu annoſos artus ſpiritus agitat: labori non cædunt: nec ſtiuam. dinem.
uomerem. aut ſarculum deſerunt: aut ſi iſta non poſſunt: leuiora o
beunt. Sedentes præcipiunt. labores aliis impartiunt. domi ſer/
uant. et parcunt. Nihil ego uereor cum in re modica fidelis exti
teris: quin in multa conſtitutus inoemendus ſis fideliſſimus: et qui
religioſam noſtram hanc rem ex parua magnam feciſti: ornaſti: il
luſtraſti: non longe prædatius totum ſacroſanctæ ecclesiæ corpus
aliquando uel decorandum: uel adiuuandum per te quidem ſit: ac
primum illum Timotheum Pauli prius diſcipulum: deinde præco
nem atqꝫ pontificem non imiteris: cuius illuſtre nomen hereditaſ/
ſti. Quid eſt per deum tanti: quod ingenſ tuus animus tentare
non audeat? Quid induſtriæ: quid artis: quod tuum ingenium a
cutiſſimum capere non poſſit atqꝫ non cœperit? qui hominum mo
res: qui gentiū ritus: quæ populorū leges: quæ res prioribus ſæculis:
nedū noſtra memoria geſtæ quæ te prætereāt? Omitto modeſtiā.
fortitudinē animi/prudētiāqꝫ tuā: quas ſane uirtutes magis poſſum
admirari: ꝗ ad unguē laudare. Omitto liberalitatē naturæ/ hūani
tatē/comitatē: cæteraſqꝫ tuaſ huiuſmodi et animi/et corporiſ doteſ:
quæ notæ ſunt ōnibus: qui tecū aliquando uixerunt. His uirtuti/
bus quaſi armis cæleſtibus undiqꝫ tectus nō hæreditatē domini de
manu hoſtiū eripies/ereptaqꝫ tutabere? Non dipersos ſanctuarii la/

pides congregabis? Non errantem ouem humero reportabis? Non pro grege· si oportuerit animam dabis? I.decus o nostrum melioribus utere fatis hoc est claris diuinisque auspiciis: et ad eam sortem animum extende: ad quam te uocat Deus op.max.quam et tibi iam diu etiam infantium ora portendunt. Tu uero beata iam eris profecto Ragusium Ciuitas: ad cuius custodiam excubabit tantus hic custos: et cuius caput exornabit tam nobile sertum: quod tibi ut imponeret: nobis abstulit Pontifex beatissimus Paulus. Quem uirũ habuisse non modo nos: qui nunc sumus: sed nostra omnis lætabitur successura posteritas· et semper dum erit: illius recordatione sentiet se recreari. Itaque illum solenni gaudio quasi hominem e cælo tibi demissũ læta excipe. Necte mirtos laurosque fœlices. et pia thura altaribus adole. Canoras hymnorum uoces in excelso deus exaudiat: qui inuocatus tandem in tua uota respexit. Sed noster ne sermo te deferat: cum ad hanc dignitatem nihil ipse contuleris: magis uero Romani patris: cuius imperium nemini fas est recusare: iussa subieris: tibi persuadeas uelim diuinum esse quicquid de te statuit illius Beatitudo: neque te potuisse quicq̃ sapientius cogitare: q̃ ueri diuinique pastoris uocem audire. Quare omni iam excussa formidine spõsam ãplectere: et ꝑpetua uigiliq; cura foueto. Vale.

Ad Timotheũ qd de illius dignitate suscepta hoies sentiant: quãque temeraria cuiusque iudicia. Epis. XXXII.

X quo tibi facta ẽ ista dignitatis accessio: omẽs homines de te loqui uidẽtur. Quidã religionis uices. Alii iacturã pulpiti. Nõnulli præterin tẽporis laudẽ dolere se aiũt. Pleriquẽt: quos iuuat nõ tã sapienter: q̃ audacissime loqui: et aliena magis diiudicare: q̃ sua: te icusant quod animũ ad dignitatẽ flexeris: quẽ tam inflãmato studio in contẽptum sæculi antea direxeras suadens et prædicans nihil esse beatius religiosa quiete: ac illius libertate cõtentum humana negligere. Qui uero de rebus sapientius diiudicant: et de seruo domini pauẽt præcipitare sententiã: et quibus ut ait Apostolus: omnia cooperantur in bonum: existimant magis (ut ipsa res est) diuina sorte: q̃ tua arte uel fortuitu hoc tibi contigisse

dignitatis et laudis. Sed mihi: q̄ de tuis motibus: deq; animi moderatione falli non possum: cum huiusmodi hominibus ꝓ tuis ornamentis purgatio ac dimicatio pene quotidiana suscipienda est: in quo quidem multis satisfacio: interdum et ꝓficio nihil. Et sane mihi grauior esse uidetur status spectati hominis: q̄ obscuri. manifestæq; uirtutis: q̄ incognitæ. Nam qui obscurus et ignotus est: in hoc ante stat ei: qui clarus et conspicuus habetur: q̄ nullis obseruatur oculis/ nullas reprehensiones/ notasq; cēsorias incurrit. nullas et simultates exercet. Illustri uero: gloria uniuersi temporis maximis laboribus parta nullo etiā quandoq; errato uel culpa eripitur. Sed iam hoc minimū nobis: qui magis ad oculos dei: q̄ hominū uiuimus: et Samaritanū sequimur nostrum / Paulumq; ecclesiæ sanctæ doctorem per infamiā et bonā famā currētem et ubiq; īsonantem. .No.
Christi bonus odor aliis est odor uitæ in uitā. aliis est odor mortis in mortem. Diuinū quiddā est principatus atq; potestas. Nefarium/ execrandū/ capitaleq; Ambitio: qua incēsus nūq̄ fuit animus tuus. No.
Quod ꝑ uirtutē meruisti: certe possides iuste: etiāq; recte administrabis. neq; meo quidem iudicio quicq̄ poteris unq̄ non laudabiliter gerere: si non omnino a te ipso discesseris. Hæc in eos scripserim: qui tantopere aliis sapere se putāt: ut semꝑ sibi ipsis desipiant: et qui talia uerbis Herculeis inuadunt/ et de uirtute loquentes in se nihil habent honesti: ut paulo uerecundius: q̄ Satyrus loquar. Iam uero ut amicis officiosus uidear. Henricus frater et Leonardus Pellegrinus: et cum his Margarita religiosissima fœminarū: tibi et cognatione et charitate deuincta. Itēq; Cornelia Turrensis/ et Angela Guariēta Ancillæ Christi Seraphicæ/ et fratrum ꝑmulti: quos nō nomino: ne mihi sit opus cathalogū texere se se tuæ dignationi iterum/ iterumq; cōmendant mutuas a te orationes expetentes. Vale. Veronæ. kls Sextilibus Mcccc lxvii.

Altera ad Timotheū Archiepiscopū de ꝑpetuo desyderio
sui: et ut i uerbo laboret atq; doctrina. Epis. XXXIII.

s I nullum aliū sensum nisi oculorū natura dedisset homini

bus : nihilq; aliud cerneremus: nisi quod sub ipso uenit aspectu : haud equidē possem desyderium tuum æquo animo ferre Timo/thee pater et domine: cum tu Illyricum sine me teneas littus : ego sine te patriam dulcem/charosq; penates: Nunc uero clementi dei consilio / prouidētiaq; benefica cum attributa sit mens ipsa homi num generi / quæ tantum uigoris habet : tamq; subitos et alacres motus ut exeat et uagetur ubicunq; uoluerit : nusquamq; locus sit quem illa penetrare/intueri/ perspicereq; non possit:nulla æque tet:de qua et cogitare/et tuius non cōminisci etiam illa præsumat: do operam equidem:ut tecum sim cogitatione fere perpetua: atq; ita te uideo/te audio te alloquor/te cōplector/tuaq; mihi passim et occurrit imago:simulq; : cū oblectari suauius cupio :inani pictura: quæ tuam ex uero similitudinem refert:oculos mulceo . Illud unū deesse mihi uidetur:quod mēs ipsa cōseq neq;: ut tu:quæ sæpe de te cogito : aut quæ scire te opto intelligas . Sed in hoc satis iuuat epistola·quæ uox inanimata:sed tamen obsequens extat:atq; mori gera:in qua danda ad te me nunq̄ segnem Timothee deprehendi: quin ꝓdigum magis.te sæpe plusquam par fuit parciorem . Verū magnopere nunc cœpisti satisfacere mihi una hac· quæ intus et in tergo ad fimbrias usq; conscripta mihi ambas manus impleuit: in qua eum uitæ modum atq; rationem:quam suscepisse te inquis:q̄ maxime probo et effero. Neq; dubium unq̄ mihi fuit/quin ita fa/ceres. Noui animum sanctum et generosum tuum.noui ingeniū. noui naturam.noui et uirtutem admirabilem tuam. Quid potest porro aliud persuaderi tibi:q̄ quod ipse persuasisti/ut te ipsum pri/mum cures:deinde domini gregem/qui sæpe si uocem audient tu/am:quæ multis iam populis et Italiæ Ciuitatibus salutem peperit : quid fœlicitatis deus immortalis assequetur/ Exerce itaq; ad hanc te pietatem Tim.et talentum hoc grande creditum tibi largiter ex pende. Habes:ut est fama:ciues graues et perurbanos:sed luce ue/ritatis/fidelisq; doctrinæ indigentes:quorum ingens cura tibi est su scipienda. At p̄ter Ciues et urbem : undiq; infidelitas atq; hereses circunfusæ dicuntur·quæ extirpandæ tibi erunt ne Zizanium ser/pat in tritico/et infœlix se tollat loliū/ac steriles dominentur auenæ. Quod plane faciēs āteactæ tuæ uitæ/nōiq; inseruies.negligens/ōnis

deformata erit uita superior: a quo crimine non aliter: q̄ a censura teterrima tibi est abhorrendum. Vale Veronæ Idibus Octobribus.

Ad Celsum monachũ de nimis amice approbato Dialogo: deq; illius singulari doctrina. Epistola. XXXIIII.

i N domino plurimũ salue uenerãde mi Celse. Perbeatus ẽẽ et dici facile possem: si quantum sua in epistola/uersibusq; mihi tribuit uenerabilis et amica Charitas tua: tãtũ sustinere laudis mea paruitas posset. Meusq; de uens ac salutaribus animi gaudiis Dialogus: quẽ legisti nuper: si is esset: quẽ prædicas: accumberet ẽt sine conuitio iter uolumina ipsa Platonis/diuiq; Hieronymi nostri. Supra cætera: quæ in epistola de me honorifice ita prosequeris: excedens in ipso poemate addis.

Iam nouus ecce Plato latii consurgit ab oris
  Bossius: ecce iterum alter Apollo redit.
Orpheus en supero cæli demittitur axe:
  En redit et phœbus. Mercuriusq; simul.

Si obscurũ mihi esset quid habeas integritatis: qualisq; tuus sit erga me amor: subdubitarẽ facillime ne mihi/uel adulari uel illudere studuisses: nunc uero quando hæc uitia a te monacho probatissimo atq; sanctissimo: et uiro ꝑterea doctissimo/ et modestissimo aliena non dubitem: hac opinione uaco tam praua: ut te uel assentatorem uel irrisorem putẽ: magis autem amoris summi erga me tui fuisse: qui natura cæcus quidem esse solet/ac semper immodicus in eos: quos uehementer amamus: atq; etiam sane: ut me currentem ad hæc liberalissima sanctaq; studia fauore quodam: et theatrali ueluti plausu incitandum putaueris: Ab quorum altero (sic enim uincimur omnes) non abhorreo tuam in domino dilectionem. In altero gratias tibi etiam ago: ꝙ calcar mihi addis ad probitatẽ. Si quis tamẽ tulerit rectã de utroq; sententiã: tũ profecto plus laudis/tu in cõmendãdo: q̄ ego cõmendatus utiq; referes. Nã fusum ipsũ orationis tuæ genus est emẽdatũ ĩprimis. luculentũ. graueq; et apertũ. et acumũ tãdide/ut est dispositus exprimẽs: Carmẽ deniq; ipsũ et coturno et lauro plane dignũ: In his uisus es mihi

qdem quantũ tu dare:non quantum ego recipe possem magis co/
gitasse: Sed utcunq; res sit :meæ prudentiæ fuerit āniti ut culmen
illud attingam et probitatis/et laudis: ad quod tua me humanitas
uexit: quod si unq̃ prestitero: reddam tibi aliquando forsitan pen
sum: idustriæ et studiorum: quæ ut sequerer me incitasti: atq; eo u/
berius et cumulatius: quo afflatus fuero apud deum: tuis orationi/
bus sanctis. Vale Veronæ. VI. kls. Decemb. Mccccxvii.

Ad Ambrosiũ Mediolanēsē: ne abhorreat a gubernãda christi fa
milia: sed in ões benignitate fungat. Epis. XXXV.

Mnes: qui istinc ad nos aliquid perferunt: uulgant tibi esse
o magnæ molestiæ primatus/curaq; familiæ et tibi nõ solum:
uerum his quoq;: quibus præficeris/ita te uexat de omni re
scrupulus/et sanctus conscientiæ metus/ita et cupis omnes tui simi/
les esse: feruentes et auidos: nullíq; p xp̃o labori parcentes. Non
est opus hoc tempore mi Am. tanta quidē seueritate. Minora lau
Qui regis not dantur. Omnibus in rebus tuis uide ut terentiana clausula utar:
Ne quid nimis. Omne: quod capit extrema in uitio est. Et
si est peccandum in altero: leuius in lenitate peccatur. No/
li esse iustus multum Solomon ait. Et iterum: comicus sum/
mum ius/summa iniuria est. Si non uales ægrotum curare/ne in
terimas. Fomenta et oleum magis: q̃ ignem et ferrum tuorum de/
bes admouere uulneribus: ac reminisci nihil laudabilius profecto es/
se: nihil magno et sancto uiro dignius facilitate atq; clemētia: quo
rum alterum dicit ne facile moueare: alterum cõmotus si fueris: ip/
sa animaduersio acerbitate et contumelia uacet. Homini sapien/
.No. ti in plectendo cõmotione: et in patientia opus non est: Siquidem
qui fragilitate/aut ignorantia peccant: eos ipsos facilius admoni/
tio/et placabilitas corrigit: q̃ plane metus. Agrestes uero et contu/
maces etiam si obiurgatio grauior: aut certe desperant: aut in impu
dentiã decidunt: Adde q; et irritantur sæpenumero uitia: quæ plus
æquo prohibeas. quæ nimirum pericula uir bonus et sapiens/ceu
No. nauta scopulos/euitabit et fugiet. Nam cum omnis correctio refer
ri debeat/aut ad delinquentis emendationem/aut ad communem

multorum utilitatem : quid inconsultius est supreme deus: q̃ duri us aut intempestiuius carpendo id efficere: ut prosit ea correctio ne mini ? Quod si quis contendat Rectori seueritatem necessariam esse: neq; sine illa æquitatem. ius. leges. rectitudinem. salutem publicam. uitæ officia posse constare : assentior disputari nihil firmius posse : et plane profiteor sine seueritate atq; cẽsura neq; seruari posse/ neq; administrari hominũ cœtus: neq; rem p. ullam fore diuturnam. Sed illud præterea neq; dubito: quod modo ante dixi: mediocritatem illam: quæ est inter nimiũ et parũ tenendã esse: et si flecti ad alterũ conuenit: ad mansuetudinẽ ꝓpensius esse flectendũ: quoniam humanus animus se expugnari non sinit: uehitur uero persæpe/ attrahitur/ allicitur : quod quidem ipsum diuus noster Aurelius princeps et pater prudenter aduertit : cũ illud expressit in Canone hoc est Clericorũ uita Quamuis utrũq; sit necessarium Præpositus tamen pater plus a uobis amari appetat: q̃ timeri. Quæ cũ ita sint tu mi Amb. gregem tuũ mitius aspice : qui cum effecisti quod est in te: cõmenda reliquũ deo: cui sua õnis aut stat aut cadit creatura. Tu pace fruere tua/ communiq; concordia gaude : sine qua nulla pars uitæ tibi potest esse iucunda. Hæc ut ad te cõscriberem effecit fraternæ in domino charitatis fiducia: et familiaritas sancta: quã cõtraximus mutuã sæpe Collegæ. Vale in christo q̃plurimum. No.

Ad Florentiũ patrẽ uenerabilẽq; collegã Epis. XXXVI

q Væ suscipienda mihi reliquisti: cũ a te discessi partim ex uoto pulcherrime cõfecta sunt: partim cõfici posse dubius admodũ sum. Sed neq; tamen omnino despero. Sollicitudo et ꝑtinax labor oĩa domat. Quãdiu aliqd mihi fulserit spei ꝓuinciã susceptã non deseram : Tu interim quoniã ad rẽ diuinã hæc maxiẽ spectãt: et deo fide: et ab orãdo nullo qdẽ mõ desiste. Ad kls. Sextiles ueniã ad te Ferrariã/ obitutus tecũ uisitationũ itinera. Fac cito te accinctũ inueniam. Sam ista per litteras: tum plurima laut us atq; dulcius coram. Interim Vale. Vicissimq; ora.

Ad Raphaelẽ patrẽ et Generalem Epistola. XXXVII.

Isitauimus nuper Prouinciā totā: in qua Patres primū in/
u uenimus bene curātes creditū gregem: et familias ōnis ma
ximo dei munere ita saluas/ ita integras/ ita ī ōni uitæ parte
cōpositas/et iugū domini læte ferētes: ut non tā hoīes: q̄ angelorū
imagines: si quæ sunt uisibiles oculis: cōspicati fuerimus. Sustulit
nos ea lætitia ad cælū usq;: exultātes e: a quo ōne datū optimū/do
nūq; perfectū illabitur atq; cōcrescit. Iā uero tua bona cū uenia
fūctus officio/itineriūq; labore/quadragesimabo Veronæ: eoq; amœ
nissimo et patrio in mōte ad generale Capitulū usq; quiescā/ uictu
rus et aliquātulū mihi: si tāta ut id possim: ī me uirtus extiterit: quā
tenuē atq; infirmā tuis precibus pater et meritis adiuua. Vale.

Ad Hermolaū Barbarū adolescētē miræ ꝓbitatis/ et spei
de paterni Aui laudibus. Epistola. XXXVIII.

Vas ad me misisti paterni aui tui Hermolae fili epistolas le
q gi: uir qdē: si de ingeniis et ꝓbitate iudicare possum: iter
ōnes sui tēporis doctos sane doctissimi: et studiosos studiot
sissimi: ut appellari iure potuerit uir qdē bonus ac dicendi pitus:
quæ ut Catoni placet: ē difinitio Oratoris exacti. Et sane si qs ex e/
Fran. Barlaus. minētissimis Venetis ē enumerādus iter illustres/et habēdus statua
dignus: quæ adhuc nulli concessa. Frāciscus B. mihi uidetur sūmis
et æquissimis mentis sibi id uēdicare: q rebus a se bello et pace ma/
gnifice gestis/singulariq; doctrina effecit: ut nō mō his finibus: q
bus cōtinetur Res Veneta: uiuat barbarū nomē/sed ē tad peregrinas
oībus sæculis uagaturū sit gētes. Huius auitæ gloriæ tāta expectatio
ne atq; uirtute heres tu puer ēē cœpisti: ut ubi iā firmata uirū te fe/
cerit ætas: cessuta qdem tibi uideatur maiorū tuorū uita superior.
Itaq; tene: quæ ingressus es: uirtutis et laudis uestigia laureatū ta/
put et igenitis tibi bonis/diuinisq; muneribus fruere: qcquid habes
acceptum referens ei: a quo omnia sunt magna: quæ possidet hu
mana fragilitas. Vale adolescentum decus: et patriæ spes.

Ad Ioannē Philipū fratrem: ut ꝓrogatū sibi priora
tū patienti animo gerat. EpistolaXXXVIIII.

Ibi ꝓrogatā fuiſſe Prioratus dignitatem neſcio / an laborē:
t ægro te audio aīo ferre : ſupra modūq; uexari . q tibi qetē
potius: q̄ ſupioris locū: occultarū ſollicitudinū et piculorū
plenū ſemp optaſti: et parere: q̄ īperare maluiſti Id ſi ita ē : ut pri/
matū honorēq; refugias: eqdē lætor modeſtā iſtā ēē tibi mētē/ābiti
oneq; uacantē: ſin anxietate oneris : curarūq; moleſtia hæbeſcis ac
rūpis/deoq; reluctaris: haud recte facere mihi uideris : Nō .n. tibi
ſoli natus es. Quippe ſumus: ut p̄clare ſcriptū ē ab Apoſtolo unū Paulus
ōnes : et ſancti ac magni corporis inuicē mēbra . Natura nos certe
conſanguineos fecit: et hōis cauſa hoīem finxit : et uitæ noſtræ (ut
Plato diſeruit) ꝑtē patria/ꝑtē amici ſibi uēdicāt. Sūmum igitur ne .Plato.
fas ducē naturā nō ſeq: et priuatū facere: quod maxius ille Opifex .No.
rerū deus mutuū/et cōmune ꝓduxit . Qui enī ābitione exuti neq;
ſuū uel honorē/uel cōmodū metiūtur : ſed ꝓfectū ſubditorū ſpec/
tant: illi plane pie agere cenſendi ſunt. Qui aūt ābitione ad guber
nandā rem chriſti ducuntur: primos accubitus/chatedraſq; amātes:
quoniā nō per hoſtiū: ſed aliunde ad dignitates conſcendunt: illos
fures/illos latrones dominus appellat: in quos capitalis illa impreca
tio tonat . Ve paſtoribus. qui paſcunt ſemetipſos: qui quoniā gre/
gem non quidē enutriunt: ſed mactant et deuorant : uidētur meri/
to æterna cruce damnandi . quam partem : quoniam pluribus olim
tecum corāq; ſum proſecutus : omitto nunc agredi / profuſiuſq;
tractare. Sed hoc unum dixiſſe iam ſatis mihi ſit. ne dignitates uel No.
amemus : uel quæramus: at neq; amatas neq; quæſitas cum ex præ No.
cepto ſubire oportet / atq; capeſſere : non confuſo et alienato. ſed
ſyncero atq; ſollicito tractemus ingenio . Vale .

In defenſione Phalaridis ad Benedictū Calchū Conre/
gularē urbane et comiter multa . Epiſtola. XL.

Vis litteris: quas ad me dediſti nuper Benedicte chariſſime
t inter cætera ſcribis iure uictoriæ: qua credis (ut ſane eſt) tuā
de uſuris per noſ expugnatā eſſe ſententiā: promiſſas te mi
hi Phalaridis epiſtolas ex fide uoluiſſe tranſcribere: et accurate trāſ
mittere : modo repeuiſſes exemplar : quod ſane cum nuſq̄ repere /

ris : propoſitum tibi eſſe altero Phalaridem compenſare libello :
quem diligenter exarare cœpiſti manu etiam tua : et hoc abs te liben
tius agi : quod Phalaridem ab his non modo ſtudiis liberaliſſimis :
quibus dediti ſumus : et in quibus uerſamur quotidie : alienum pu
tes : uerum ipſius humanitatis hoſtem acerrimum : et iniquiſſi/
mum iudices : et quem pius oculus legat / profecto indigniſſimū.
Habeo tibi Benedicte gratias imprimis ꝙ per te curatum tantope/
re ſit : ut fierem Phalaridis compos : de quo pacti ſumus / atq; con
uenimus : neq; minus me tibi debere profiteor : q̃ ſi illum fuiſſem
aſſecutus : ita mihi ſatis bona mens : bonuſq; animus facit : Cæte/
rum ꝙ alio opuſculo hoc iacturæ reſarcias : quod gratius mihi fu
turum exiſtimes : admodum lætor . Nihil eſt ſane quod nobis di/
gnum ducas . quod ego magni non faciam . Nihil quod ipſe pro
bes : quod ego non probem . In quo uero Phalaridem crimina/
ris / indigneq; habes : uidebis quidem ꝙ tibi non omnino aſſentior :
ſimulq; : ſi ocioſior es : offeram tibi cauſam : cur reſpondeas : Duo
enim ſunt : quæ me ab aſſenſione detorquent : Eorum imprimis
iudicium / et quidem doctiſſimorum : qui illius multa præclara : et
magno uiro principeq; digniſſima extollunt : et prædicant : Alte/
rum uero : quod neq; leue mihi uidetur : epiſtolarum ſuarum ma/
gnæ uirtutis iudicia : In quibus præter eloquentiam raram / atq; mi/
rabilem / multa grauiſſima / multa ſanctiſſima / et ſummo philoſo/
pho et chriſtiano digna compenas : ſed imprimis quam tu illi maxi/
me detrahis miram humanitatem : beneficentiã : claritatem . Quid
etiam moderatius / ac ſapientius inueniri in Tyranno iam poteſt
ſuo illo teſtimonio : cum ſcribit et profitetur aperte ſe nunq̃ appe
tiſſe neq; ſuſcæpiſſe ſponte Tyrannidem ſeq; malle : ſi iam poſſet in
columis : tyranno ſubiici : q̃ eſſe tyrannum ? Quid oro honeſtius :
q̃ cum filium hortatur ne ſucceſſione in tyrãnidem ueniat : ſed ſua
omnia in uirtute collocet atq; doctrina ? Quoties et fortunam in/
cuſat : quæ eum in ea tempora duxerit : ut aduerſus proditores et ini
micorum inſidias ſit coactus muruendos cruciatus expẽdere ? quos
nõ crudelitas / ſæuiendiq; libido : ſed excogitaret uis atq; neceſſitas ?
Quod ſi uerum eſt prouerbium Iſocratis illud Mentis effigies ex/
tat oratio : ſiq; fidem et reuerẽtiam habet teſtimonium euangelicũ

illud Ex abundantia cordis os loquitur:quid est quod eum carpas
et hostem humanitatis insimules ? An taurum forsitan expauisti?
Sed inde mi B. q̄ ridiculum sit ex hoc et conuiciari/et odio habere
Phalaridem. Non et nos questiones.ignes.cathastas.eculeos in ꝓ/
ditores et parricidas expendimus ? et pietatis genus ducitur in pecca
ta huiusmodi esse crudeles ? Dices fortasse hominū uitam spectari
oportere nō uerba: permultos sine uirtute egregiis laudibus prædi
casse et extulisse uirtuté:nec idcirco Histrionem existimandū esse
pudicū:qꝫ scænam agens pudiciciā efferat. Nō sū qui negē ipuni/
taté uitæ ac turpitudinē sub specie et umbra uirtutis latere posse/
atqꝫ latuisse sæpissime. Addo ad hoc tamē christianæ disciplinæ :
et nostræ esse modestiæ ubi dubia cuiuspiā nobis est uita : potiora
laudare. Nūc itaqꝫ ipsum uel occultasse uitia:uel simulasse uirtutē No.
non est meū asserere: Altū cor hominis et inscrutabile:quis cogno
scet illud ? Sed ex iis: quæ induximus. nō abhorret a uiri boni mode
stia:et eius: qui didicit humilitatis/et timoris amate uirtutē: magis
probare:q̄ insectari phalaridem : Neqꝫ tamen unus occurris mihi
tantum contra Phalaridem mi Benedicte : Sed habes grauissimos
testū Phalarimastices. qui e finibus humani generis eiiciendum il/
lum putauerint. Abaris unus est : cuius in illum hunc in modum
extat epistola :quam Franciscus Philelphus latinā aiunt reddidisse.
Abaris Phalaridi Tyranno salutem dicit. Ingenium ostendisti con Abaris in Phalandem
tumeliæ/ sæuiciæqꝫ obnoxiū. atqꝫ non te Vir peperit. sed immitis
Leena/truculentissimusqꝫ Sus. Facis omnia ui. ōnia opinione pra
ua/atqꝫ atrocitate. Itaqꝫ noli uocare Abarim uirum pium ad urbē
agrigentinam : Aliena enim sunt a me nex/ et excādescentia/mala/
qꝫ ignorantia. Vale. De eo quoqꝫ in officiis Cicero Phalaris in/ Cicero
quit:cuius præter cæteros ē nobilitata crudelitas. Et Valerius max. Val. max.
eum numerat inter crudelitatis exempla:de quo et Satyrus etiam : Iuuenalis
Phalaris licet imperet ut sis falsus:et admoto dictet piuria tauro :
Summū crede nefas animam præferre pudori : quos et ipse secutus
nostro in dialogo de perferendis aduersis:eū crudelitatis quoqꝫ no
taui. Attamen tueri mihi hominē modo benignius ex conscientia
cum uisum laudabilius sit ita dico mi Benedicte Excogitata sup/
plicia. Necatorum numerus. horrori plane sit omnibus : Porro

causa horum atq; necessitas. Illius uerba magnifica. illius scripta
grauissima. illius in benemeritos deniq; tot tantaq; humanissime et
liberalissime acta generosum designant nempe animum: et egregia
laude dignissimum: quem iam ego quidem contēpler: et admirer:
condoleāq; tanti ingenii et præstantiæ uirū in id incidisse conditio
nis atq; formidinis: ut non potuerit non exercere sæuiciā. Quod si
pacata tempora: quietūq; regnum illi obtigisset: a singulari ornatis
simorū Regum atq; heroum gloria fortasse haud longe distasset.
No. Itaq; ubi ad utranq; partē grauia habentur argumenta: mihi ani/
mi uidetur ingenui/ atq; cōpositi semper potiora tueri: deteriora
cauere: hac si in altero peccandū: præstare quidē peccare bene senti
endo: q̄ male. Sed satis nescio operose ne in defensione Phalaridis
cōsumpserim hunc semidiē: quasi nihil habuerim: quod quidē es/
set dignius factu: Heus quid legens dicturus es tu mi Be. quando
ego me ipsum iam irrideo: quem Phalaris hucusq; protraxerit? At
No. Iuuenes sumus: ut parcere interdum liceat intentioni/ atq; labori.
Non semper corruganda sunt supercilia. Non tetrica semper pæ/
dagogi/ et ferulæ extimescenda censura. Laxatur interdū etiam a sa
pientissimis uiris et summa auctoritate nitentibus animus. Cum
Socrates paruulis Socrates equitauit harundinem. Platonem quoq; iocis u
Plato sum sæpe: est Laertius auctor. Plautus comicus/ et Cicero Orator
Plautus atq; philosophus ea in re habentur clarissimi. Ioannes apostolus
No. auicula lusisse inter discipulos tradit neq; remissiones et lusus cū so
brietate atq; modestia a claustris atq; cœnobus Maiores nostri sanc
tissimi uiri uoluerunt abfuisse. Tu uero comis facetus. urbanus. et
semper in domino lætus neq; ab his abhorruisti unq̄. Alias de se/
riis et grauibus: ut semper facimus. nunc iocari parumper tanq̄ uer
bo sapientis audito Lætari et benefacere: aut altero illo Tēpus plan
gendi. tempusq; ridendi. Vale.

Ad Io. philippum fratrem de Pestilentia non extime/
scēda quæ bonos non interficit: sed potius trās/
mittit ad uitā. Epistola. .XLI.

b Inas tuas proxime accepi: quæ mihi sane iucundissimæ extiti

tere : uel ꝙ dum eas legerem te uidere mihi uidebar : uel ꝙ quem
admodum se habeant tua negocia plene declararunt : quæ agno/
scere uehemẽter optabã. Sed iter cætera frater id me admodũ solat
et recreat: ꝙ luẽ quaqꝫ uagantẽ nõ ꝑhorrescas: sed te accintũ/ mu/
nias domino euocãte a te humana migrare. Nihil agere õnino me
lius aut cogitare denicꝫ potes. Fidelis seruus et prudens: quẽ cum
uenerit dominus/ inueniet sic facientẽ. Amen dico tibi/ sup omnia
bona sua constituet eũ. Sed eorũ ignauiam dolenter audio: qui sic
trepidant: ut statione relicta de acie prorsus uelint excedere: q post
sæculi calcatas illecebras/ et iã uitæ huic cõsepulti uiuere adhuc diu
tissime cupiãt: quorũ nonnulli ẽt: quod grauius est iam pene decre
piti neqꝫ mortem sibi nominari uelint/ poete illud proferentes in/
mediũ Grauius est leto leti genus: et apostolicum illud surda aure
pertrãseuntes Quandiu sumus in corpore ꝑegrinamur a dominno
Quo mõ.n.ad superũ gloriã : ad quã ingemiscimus expectantes : No.
penetrabimus/ aut imortalitatem assequemur unq̃. nisi corruptibi/
le hoc primum corruat: et mortale hoc induat incorruptionem? et
Apostolus Stulte inquiat Quod seminas nõ uiuificatur: nisi prius
moriatur. Enim omissa ingenti illa credentiũ spe hoc loco in no/
stram infamiã dedecusqꝫ excitandi sunt pleriqꝫ gentiliũ sæculariũqꝫ
uirorũ. Quo animo Socrates fuit: q morte ei nunciata/ et porrec Socrates.
to ueneno mortifero neqꝫ uultu neqꝫ colore mutatus est? Sed neqꝫ
cessauit inter eos : q aderant: de animorũ imortalitate disserere: ut
magis uideretur in cælum iturus/ q̃ mortem obiturus? cũqꝫ conspica
tus esset quosdã de astãtibus largiter moriturũ illũ deflere: quid a/
gitis boni adiecerit Ouiri? Atqui ego mulieres hinc abigi iussi ne
talia facerent. Emigrare quietũ me sinite. Est q̃dẽ a Diis petendũ:
ut hæc trãsmigratio fœlix sit: quod ego facio/ oroqꝫ ut ita sit. Quid
uticensis ille Cato? qui offensus uictoria Cæsaris: et indignum Ca/ Cato V.
tone ratus illi seruire: se ipsum cultro petitum/ et ungulis lacerum
interemit? quod audiens Cæsar se illi fassus est inuidere : qui tam
gloriose generosum spiritum eiecisset. Quid Cleantes? Quid ze Cleantes.
no? Quid Crysippus? Quid Empedocles? qui mortem ceu postre Zeno.
mum uirtutis præmium/ et malorum terminũ contemplantes sibi Crysippus.
ipsis manus intulerunt? Excitari cum his merito possunt duorum Empedocles

exercituũ Milites·qui modo apud Budnũ strenue atq; fortissime
dimittantes/ in acie ceciderunt:magis laudem ac dignitatem ãnixi
seruare·q̃ uitam:quamq̃ quæ utiq; laus uel dignitas:quæ diurna
uix sit? Hæc a me sint commemorata ad pusilorum nostrorum doc
Paulus. trinam instar Pauli Chonnnos hunc in modũ hortantis. Nescitis
q̃ ii:qui in stadio currũt:omnes quidem currunt :sed unus accipit
brauium? Sic currite ut comprehẽdatis et omnis: q̃ in agone con/
tendit·ab õnibus se abstinet et illi quidem ut corruptibilẽ coronã
accipiant:nos aũt incorruptam . Quod et dominus in euangelio
facit:cũ prudentiores inquit sunt filii sæculi filiis lucis in generatio
ne sua.ut ista nobis:quibus propositum est regnum cælorũ/sempi
ternaq; immortalitas stimulũ ad currendum aduciant:horũq; imi
tatu incitati/atq; incensi illud quoq; mente uersemur Mori est mi/
hi lucrum:et cupio dissolui et esse cum christo:quod optare pos/
sunt ii soli:qbus ante acta uita et cõscientia recte factorũ arridet:
quam tu Germane si possides/ut semper possidere curasti: mihi eã
quoq; charitate fraterna impetrare contendito: qui nescio satis ne
præstare possim:quæ alios: ut prestent/adhortor atq; commoneo .
Vale. sicq; in domino uiue : ut nunq̃ moriare .

De cohibenda Monialiũ Genuensium petulantia ad
Sixtum.IIII.Pontificẽ max . Episṫ.XLII.

Cripturus ad te Beatissime P.sentio magnope me cõmoue
s ri/et pauorẽ quendã ĩsurgere animo:quẽ mihi partim splẽ/
dor/et magnitudo Bea tuæ:partim ingenii mei tenuitas ui
deẽ incutere:q longe absum ab eorũ numero:qui possunt oratio/
ne composita/ et eloquentiæ uiribus Celsitudini tuæ parem oratio
nem afferre:et diuinas tuas aures demulcere . Atq; idcirco neq; id
modo ullo pacto tentarem:nisi me impelleret Iesu christi causa/ et
diuini cultus ratio:munusq; grauissimũ:quod Beatitudo mihi de
legauit tua·quod quidem·ut ad rem ipsam breuiter ueniã: huius/
modi est. Delegit me S tua una cum collegis duobus ad publica
impudentium Monacharum coercenda flagicia passim atq; quoti/
die per totam urbem Genuam. Vicos et suburbana petulãti auda

cia/curioseq; discurrentium: et in omnium oculis trita fronte: ac il
lo sine rubore uersantium: et quod grauius est parum cōtinenter:
parūq; religiose uiuentium. Quæ res profecto tam fœda: tamq; ne
faria est: ut ab omnibus merito sit detestanda: cui nisi modus ad/
hibeatur: ultimū exitiū inclytæ huic et florentissimæ Ciuitati tādē
portendere uideatur/ uelut dudum publicis uocibus omnes christi
præcones cōclamitantes enunciarunt: quos solus uideris exaudisse:
quasi tibi præcipue istuc operis sit diuinitus reseruatū: qui religio/
sus semper fuisti: et super omnis ætatis nostræ uiros ingenio acerri/
mus. studiorum atq; bonarū artiū disciplinis eruditissimus. et ad/
mirabili insuper sapientia. diuinis moribus. sūma bonitate. sūmaq;
modestia præditus. Qui preterea debeas ciuitatem hanc tuam præ
cæteris omnibus patrio amore complecti. Et quidem magna nunc
fœlicitas temporum: ut eo tandem peruenerimus: ut quod reliqui
Pontifices max. aut intentatū reliquerunt: aut si tentarunt: in me
dio cursu quasi languentes omiserūt: inflāmato quidē animo atq;
optima fide: ut primū coronata ē: Beatitudo aggressa sit tua. Fe/
cisti profecto rem tuo hoc initio sanctā atq; dignissimam: qua nul
lum sacrificium putari possit acceptius deo. Nam cū de Clerico nō
residente. de lite contestata. de præbendis/ atq; rescriptis et de par/
uis huiusmodi agitur: tum aures Beat. tuæ querelis patent: et neces
sariis consulis: quanto rectius curare debuisti salutem sempiternam
animorū? et spiritualibus mederi langoribus? cum tibi dominus di/
cat. Si me diligis Sixte Pasce oues meas. quas si non paueris occi/
disti? quantū ue tibi maiore studio esse debuit: ne sponsas domini
tui oculus ꝓfanus inspiciat? ne uasa templi: quæ in abditis et secre
tioribus seruanda sunt locis: circunferantur in publicum? ne lapi/
des sanctuarii spargantur in plateis incestæ Babilonis? ne sanctum
ꝓiciatur canibus/ et porcis margaritæ? Cogitasti de iis integram ti
bi reddendam esse rationem. Cogitasti raptas oues ꝑ te uerū san/
ctumq; pastorem de luporum faucibus esse eruendas: et ꝓprius hu/
meris ad caulas gregis reportandas: et ponendam ꝓ illis: si opus sit:
animā: alioquin non te esse pastorē: sed mercenariū. Statuisti præte
rea negociū omne per nos religiosos christi ministros tractandum
ad exitumq; ducendum: cui parebimus tanq̄ cælesti oraculo/ et uo/

ti nobis e cælo demissæ:et operam sedulo proq; uiribus dabimus : ut uotis atq; mandatis B. tuæ mos geratur ad unguē. At uero:si cō tra improbus aliquis thronum Bea. pulsauerit tuæ: suadens durū esse ad insueta urgeri has mulierculas:et infirmiorem sexū uexari: debebis illum surda aure dimittere:ne dicam ueluti pestilētē a tua propellere Sede Proh deus imortalis: quis adeo aut uecors aut ipu dens:qui contra fas et iura/moresq; totius pene orbis et instituta ausit contendere nostras has monachas :et eas quidem prope innu mirabiles dimittendas esse pro uoto cuiusq; atq; libidine licentio/ sam uitā ducere.perq; plateas .fora.cōpita.trapezitas . lanistas. et omnis denique tabernas artificum curiose discurrere? In porticibus cum urbanis lasciuisq; fœminis accumbere garrulas atq; loquaces? Adesse conuiuiis et nuptiis?inseruire puerperiis ? Saltationes spec/ tare .et publicos ludos?Inducere ad se quos amant:et iis patefacere hortos et claustra atq; etiam sæpe cubicula? Vehiculis suaue redo lentibus super capillū cæsum ad humeros usq; atq; crispantē. gem matis manibus. perpolitisq; calceolis:elata fronte incedere et quod horribilius est ac lachrimis prosequendū:molli colloquio et oculo rū nutibus illicere quos inspexerit ad libidinosū incendiū? Taceo quot ecclesiasticos uiros reclinēt ad nefas, Taceo uenēa quibus se ꝓ luūt:cū sēnūt se cōcepisse de scelere. Taceo si pepererit:ne uagitus exaudiatur:infātes suffocari:iugulo ue mactati. Taceo nihil serua ri eorū:quæ professæ sunt:sed maculari ōnia uoluptatibus:ac fœda libidine:neq; eas emendari aut corripi posse præpositis suis:uel no/ lētibus:uel ad hæc scelera conniuentibus. Quibus omnibus malis: turpissimisq; flagitiis nusq̄ gentium:ullis ue temporibus uel uisis uel auditis :nemo ꝓfecto est:qui melius mederi possit:q̄ tu diuine Pont. Sixte:i quē ōnis hæc Ciuitas tua tanq̄ in cōmunē ōniū:cæle stēq; parentē spectat:rem sacram : et decorē domus dei tuæ pietati cōmēdans:qui iā pridem potuit iure cōqueri. Incēderūt Sāctuariū meum igni. polluerūt tabernaculū nominis mei:et nūc tibi itona/ re de cælo excuba tādem Sixte Pastor et igni aquam supinfunde. Arce et teneriore grege luporū ihiātiū rabiē. Sepi spinis uineā meā. qꝙ certe:cū effeceris(efficies uero breui:si rei cœptæ itēderis aimū)ita quoq; ōniū ferme ꝓstātissimorū Ciuiū studia ad rē ꝑficiūdā inflā

mari uideo:ut facile sibi possit.S.tua fœlicis exitus spem polliceri: scito te plus Patriæ profuisse:q̃ si illã auri pondere infinito donasses.Sic deũ placabis iratũ:sic delebis dedecus patriæ:de qua loquitur quisq; cum irrisione ubiq; terrarũ.Sic saluti hacũ ifœlicitũ cõsules: quæ Sponsi uocem non sequentes:sed alienorũ:atq; errantes sicut oues conuersæ sunt retrorsum:fidem irritamq; fecerunt. Sic et immortalem tibi gloriam/æternamq; mercedem comparabis.Sic tuũ nomen nõ modo memoria eorũ:qui nunc sũt:Sed pene omnibus celebrabitur sæculis cũ legerit Sixtus.iiii.Pont.max.religionis christi decus/et sacratũ uirginum honestatem/longo iã tempore ad lasciuiam prolapsam memorabili pietate/atq; ingenti in res diuinas ardore reuocauit ad pudiciciam: et sanctissimis legibus religiosas fœminas uetuit cursitare per urbem/et publicis se offerre conspectibus. Sic sempiternas tuas laudes sempiterna memoria consecrabis: et eã opinionem:quam de te/tuisq; uirtutibus omnes iã receperũt: tuebere. Quibus omnibus debes inseruire teq; ostendere: cum ex omnibus iis:quæ recte gerũtur:nihil his:quæ modo attigimus:possit uel maius/uel diuinius cogitari.Vale Sacrosanctum Christiani nominis caput et fœlix esto perpetuis sæculis:cuius beata uestigia adoro humili mente ꝓstratus. Genuæ pridie nonas Ianuarias.

Eiusdem causæ altera ad Sixtum Papam. Epistola. XLIII.

r em profecto diuinam/et Ciuitati tuæ salutarem:tuoq; nomini sempiternã laudem allaturam:qua nulla melior/nulla laudabilior/nulla deo acceptior excogitari poterat: suscepisti B. Pater:ut quantũ diuini odii erga tuã hãc ciuitatẽ Moniales turpitudine concitauerant:tu tantum ueniæ illas corrigẽdo ĩpetraueris:et quantũ illæ ruboris atq; dedecoris patriæ ĩcusserãt:tu tantum laudis et ornamenti attuleris. Recreasti bonos et clarissimos ciues.Recreasti religiosos omnis/et christi seruos.Recreasti sanctos dei præcones:qbus abundat hæc Ciuitas.Omnesq; tibi a maximo ad minimum usq; gratias agere gestiunt.tuamq; Beatitudinẽ ĩ cælum laudibus ferunt.Videmus iã Ciuitatem hanc:cui antea diffisi sumus fœliciter ituram deo salutari propicio/teq; auctore B.Sixte:

qui existimasti tanta huiusmodi monacharum flagicia ignauiter a Maioribus neglecta amplius non esse negligenda. neq; meliore ra/ tióe poterat S. tua his malis consulere: q̃ rem totã religiosis nobis: et quatuor selectis Ciuibus: qui ut auctoritatis maxiæ sũt: ita zelo animatũ fuerunt semper incensi. Sed quoniam ferũt has mulie rcu/ las obstrepere tuæ Bea. auribus/ et apud celsitudinis tuæ sedẽ habe/ re tutores qui auro corrupti uel prauitate animi inducti suadeant illas haud esse artandas: rogamus supplices egregiã diuini tui ani/ mi constantiã nõ exaudiat horũ hominũ uoces uirus pestiferum sibilantes. nihil inter sanctũ et profanum/ æquũ et iniquũ discrimi/ nis facientes. Eiulabunt inquiunt. minabunt fugam/ et precipitia: si legibus uetentur ne in publicũ uagentur. ne ornamentis solitis utantur. ne introducant quos uolunt. Et quidẽ frenetici / et ægro/ ti uehementer medicos detestantur: atq; blasfemant: dum eorum uulnera curant: quos deniq; curati atq; incolumes facti præmiis: et honoribus habent. Parentes plagis et tonsionibus dulces liberos cædunt: ut disciplina/ moribusq; formentur: Totus et christiano/ rum cœtus ad confessionem. comunionem. ieiunium: et huiusmo di reliqua legibus trahitur: et nos dubitabimus nugaces has fœmi/ nas trahere? Magnæ auctoritatis/ magniq; imperii esset tronus san ctissimæ tuæ Maiestatis: si nõ potest his legem imponere. Sed esto iam clamẽt. palmas collidãt. crines et pectora ungibus lacerent: an nõ grauius ꝓfanari rem sacrã? Sponsum christum habere ludibrio/ uerũ deũ et humani generis redemptorem? suasq; ancillas: cum ipu dicis oculis: tum fœdis congressibus ꝓstitui? Quibus tantis ꝓfecto malis nisi consulatᷓ: ab irritata tã turpiter potẽtissimi dei seueritate atque iusticia expectãda est ultima Ciuitatis euersio: et timẽda tibi B. pater non exigua cõscientiæ culpa. Quod ne accidat unq̃: peti/ mus abs te perpetuam animi constantiam: quam certe debes ante omnia tibi: qui non potes negligere eam: quæ tibi cõmissa cælitus est: omnium salutem. debes patriæ/ ne tanti facinoris pœnas luat. debes: quod tandem maius est: deo ipsi: cuius uicẽ personamq; hu mano in corpore agis. Vale.

De legenda Pontifici Epistola ad fortunatum Concano nicum. Epistola. xliiii.

p Lurimum salute in Christo Iesu Fortunate uenerabilis atq; charissime. Quas scribimus ad dominum omnium/ et sanctissimũ Papam primũ īspicies: deinde Sanctitati per te suæ: eas legi si igressus ad illã patere tibi facile poterit: uehementer optamus. Si minus: ut Cardinalis Spoletãi uiri plane officiosissimi atq; sanctissimi opera/auctoritateq; utare tibi suademus: quem promptum se exhibiturum haud dubitamus; tanta est illius uirtus/ zelus et bonitas: cuius Dignationi me atq; Collegas quantum oĩo potes trade/atq; commenda: deq; euentu rei nos protinus admone. Vale

Ad Philippum parmensem christi seruum de primis Spiritualis Tyrocinii institutis Epistola. .XLV.

q Voniam quemadmodum ipse constitueras: egoq; optabam eo die: qui tibi omniũ fœlicissimus effulsit: istic adesse non potui: teq; ea uoluptate afficere/ ut q fueras meo suasu/ meisque uocibus ad humanorũ contẽptum ꝓmotus: esses et meis æque manibus tyrocinii insigniis et niuea religionis stola iniciatus. Idcirco te nũc optime mi Philippe absens uel litteris ꝓsequor: quibus cum detrimentum presentiæ nostræ: si quod fuit: cõpenses et repes. Neque profecto gratius tibi quicq̃/ præter ꝑsentiã/ uiuũq; sermonẽ afferre: ut arbitror: possum: Sed quod neq; tantoꝑe tuis istis fœlicibus cœptis conducere uideatur. Vt enim nouæ plantationes priusq̃ altis firmatæ radicibus fuit: crebra cultoris manu et custodia indigent: ita sane tener anius/ et regeneratus in christo meliora/ et multo plura ut florescat et redundet/ adiumenta desyderat: Alioquin arescit incultu aut asper fit et agrestis: Quod sane tibi ne eueniat: ea in te studiũ omne curãq; et diligentiã adhibere mea in te charitas debuit summa quidẽ et debita. Sic, n. iã possumus multos ãnos hanc uitã expti: uiam struere iis: qui mõ ingrediunt et spũtualia bellaturis arma prebere. cohortari. assistereq; ad latus in acie.

Similitudo uerissima

Arma itaq; sancta: quæ induas multa equidẽ sunt. Sed hæc prima mihi esse uidẽtur. Nimitum ut te renatum ante oĩa cogites/ ꝑsonãq; infantis imbecillis et inermis ostendas: teq; per hæc rudimenta et nouæ lucis initia gerulæ credas illius fouendum sinu pectorisq; alẽ

Renascatur christi Tyro

dũ uberibus: ſine cuius nutu nõ fari. nõ ueſci. nõ proficiſci. nõ ali
quid aliud uel obire uel ſuſcipere audeas. Simulq; nihil ex te poſſe
aut ſapere exiſtimes: ſed mollem ueluti ceram facilemq; materiem
formaturo te prorſus exhibe præceptori. Quã quidem præceptõnẽ
primã atq; pulcherrimã diſcipulis tradens auctor ſummus religio/
ſæ uitæ beatæq; inſtitutæ: Niſi inquit efficiamini ſicut paruulus iſte
non intrabitis in regnum cælorum/ et almus eccleſiæ parens rena/
ſcẽtibus nobis de ipſo religionis nouo caſtoq; cõiugio ꝑcipit. Qua
ſi mõ geniti ĩfantes rationabiles ſine dolo lac cõcupiſcite Hic Pau
lus ẽt noſter cũ ad Galatas ſcriberet: qui ſe ꝑdicãte crediderãt bap/
tizatiq; erant. Filioli mei inquit quos iterũ parturio donec forme
tur in uobis chriſtus. Et hebræos ĩſtruẽs facti eſtis inquit: quibus la
cte opus ſit nõ ſolido cibo. Omnis. n. qui lactis eſt particeps: expers
eſt ſermonis iuſticiæ. Paruulus. n. ẽ. Perfectorũ. n. eſt cibus ſolidus/
eorũ q pro cõſuetudine exercitatos habẽt ſenſus ad diſcretionẽ bo/
ni. Deq; ſeipſo commemorat/ cum eſſem paruulus loquebar ut par
uulus. ſapiebã ut paruulus. cogitabã ut paruulus: cum aũt factus ſũ
uir euacuaui quæ paruuli erant. Nec id quidẽ exigua cũ re. Huma

Similitudo certa.

nus. n. aius hortos imitati mihi uidetur/ rerũq; naturã. Hi nãq; iac
ta ſemina: delectaq; nõ nutriũt niſi certe uacui prius/ cultiq; ſolici/
ta agricolæ manu. Ipſa quoq; natura rebus ſingulis principia infor
mia atq; indigeſta primũ tribuit. deinde ſpeciem et elegantiam pro
captu cuiuſq; paulatim inducit: demum ad perfectum robur/ con
ſumatamq; pulchritudinis rationem ea ipſa conterminat. Ab hac
igitur: quam dicimus: Infantia et ceu primis naturæ elementis aſſu

Obediens Sit.

eſcat iprimis Neophitus chriſti pure ſimpliciterq; parere: paſtoris
ſui uocem audire: preſto eſſe: inter præcepta ipſa diſcrimen nullum
facere. Nihil de iniunctis graue ducere/ aut factu difficile: etiam
ſi quæ iubentur eiuſmodi ſint: ut nullo pacto fieri queãt: agrediatᷣ
uehementius tamẽ oĩq; conatu tẽtet/ nihil ãbigens cum ꝑpoſitis ſibi
patribus pareat parenti deo et ſaluatori ſuo paruiſſe conteſtanti at
q; dicenti. Qui uos audit me audit et qui uos ſpernit me ſpernit.
Quam ob rem: qui paſtoris iuſſa non accipit cæleſtia ueluti oracu/
la: aut illum ipſum quidem aliter omnino obſeruat atq; ueretur: q̃
Chriſtum ipſum: cuius ille perſonam gerit et uicem: eius inanis eſt

uita/inanisq́ religio. Nihil contra tam magnum. tam excellēs tãq́
conueniens uitæ perfectæ atq́ sanctissimæ: q̃ prōpte et sine delectu
iussa uniuersa capessere ipigreq́ perficere: quã sane ueram/ eximiã
q́ uirtutem cum assecutus fueris mi Philippe i eaq́ ita ꝓfeceris ut
nihil audeas/ uel suscipere uel omittere nisi illius iussu atq́ decre/
to: te scito: tum quod est omniũ difficillimum suscepisse: tum reli
quarum uirtutum omnium fundamēta iecisse. In quo hæc uirtus
maxima inest: non uideo quid ei deesse possit ad laudes cæteras cō No .
sequendas. Hæc uiuens/ et uere digna hostia est . hæc sacrificium
omni certe thesauro preciosius: in quo nō ouis aut hircus ut olim
in lege: sed uoluntas ipsa litatur. Hæc te o pie et optime Iesu cum
in forma dei esses: exinaniuit: ut tuo exemplo imitatores filii intre
pide id factitarent animasq́ suas ut scriptum est sub obedientiæ iu
go cum gaudio castigarent . Qua de re Apostolus inquit et qui/
dem cum esset filius dei didicit ex iis: quæ passus est obedientiam:
et consumatus/ factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salu
tis æternæ. Vis nosse q̃ cara hæc sit filio dei: qui eam: ut diximus:
seruauit et docuit? Diuinum illum ad Abraam animaduerte sermo
nem Iuraui per memetipsum quia fecisti rem hanc: et non peper/
cisti filio tuo unigenito benedicens benedicam tibi et multiplica/
bo semen tuũ sicut stellas cæli et uelut harenam : quæ est i littore
maris. possidebit semen tuum portas inimicorum suorum et bene/
dicentur in semine tuo omēs gentes terræ: quia obedisti uoci meæ.
et quod sæpius scriptura commemorat . Melius est obedientia q̃
uictimæ. atq́ ideo se maluit in holocaustum et uictimam ꝓ pecca/
tis offerre: q̃ patris obedientiam minuere: cuius typum ille inocen
tissimus præsetulerat Isaac: Caue igitur ullo modo iam credas mi
Ph . te aliquod posse maius incœptare et prosequi facinus: q̃ ut
sis perfectus obediens. Hac in te dominante uirtute: non recte mo
do sancteq́ uiuere per eam tibi licebit: non uicta omnia superare:
nō in tuto semper et extra ꝑiculũ omne quod possides hēre: Sed si
gnis clarebis/ atq́ miraculis: ut ille Maurus: q diui Benedicti glorio
sissimæ sectæ monasticæ patris iussu: ꝑ lacũ: i quē ciciderat Placi/ Obedientie
dus cũ aquã isset haurire: sicco uestigio cucurrit ad Placidũ: et illũ miracula .
nullo labore manu data ex undosiore fluente duxit ad littus .

Floruit in Sythiæ hæremo Ioannes ingentis ſanctitatis et nominis
Abbas:qui eruditorem Thebeum ſanctiſſimum habuit iuuenis at/
qꝫ neophitus. Huius parendi promptitudinem ut exploraret quan
doqꝫ Thebeus:barulum:quem manu geſtabat andum defixit ĩ ter
ram:mi o Ioannes facito inquiens indefeſſe quotidie huic ligno a/
quam infundas ſi forte uireſcat/ aſſurgatqꝫ pomiferum. Quod op
tima ſpe tribus ille cũ feciſſet ãnis:et id duro equidem/immenſoqꝫ
labore:quoniam aqua ipſa tantum ſane diſtabat a ſripite: ut cum
ueſpertino crepuſculo aquatum interdũ iret:non citius:q̃ in ſequẽ
ti autora remearet:(In ſeruis ſuis mirabilis deus)Triennio exacto
mox in proceram ſe plantam hic baculus efferens/ ſapidiſſima at/
qꝫ gratiſſima non pauca præbuit poma:quæ Thebeus cæteris porri
gens hæremi fratribus:En guſtate dulces obedientiæ fructus lætus ĩ
quit/hos admonens pluris uirtutem hanc ducere: q̃ plane uitã Ve
rum q̃ et illud præclatum exemplum/ memoratuqꝫ digniſſimum ẽ
quod hanc perfecte uirtutẽ edoctus diſcipulus ille prebuit: q Lee/
na in ſe irruente conſpecta:quæ eiuxa Catulos paſtum anhelo/tru
ciqꝫ ore querebat:cum tremens et palidus protinus inhorruiſſet:ad
ſubitum paſtoris magiſtriqꝫ preceptum factus intrepidus/in Leenã
ſe uertit. et apprehenſam per hirſutam lanuginem traxit ad patris
ueſtigia nihil repugnantem/ quin mitem potius/ ac blandientem:
Aſſentiat itaqꝫ ſemper iis mi Philippe:qui hanc uirtutem/ et grati
Tyro curet agnoſci am in dei ſeruo cæteris anteponunt:quod tu te ut facias/ ẽt ſemper
admonebo/ ſemperqꝫ rogabo . Debebis et ſimul inteſtinos in te
naſcentes malacum cogitationum æſtus ſurgentesqꝫ tumultus : et
uniuerſa cum his prauitatum irritamẽta ac ſæculi uanas undiqꝫ cir
cumfuſas illecebras mox ut ſe inſinuauerint / et animo irrepſerint /
ad petram allidere prophetico illo edoctus oraculo Beatus qui te/
nebit at allidet paruulos ſuos ad petram . Ego deſpero queq̃ tute
ac ſine cadendi continuo/ impendẽtiqꝫ periculo poſſe in monaſte/
rio eſſe:qui ſpirituales morbos/et pullulantia uiciorum germina ta
citus intra ſe nutrit/ aut certe fidit propria manu ſe ſe his poſſe me
deri:quippe cum uulnus ſanari nequeat quod medico celes:quãdo
etiam nemo niſi expertus callere poſſit ſpiritalem hanc medendi /
No. artem/et loco/et tempori opportuna medicamenta præbere. Sẽper

enim religiosorum hominum / maiorumq; nostrorum hæc audiui
documenta fuisse. nihil æque utile fore iis qui deo seruire cœperit: No.
quam se totos tradere iis Pastoribus/atque cõmittere: qui sibi præ/
sint: qui dei formam præseferunt/et maiestatem: et in quorum ani
mos atq; ora etiam nescio qualiter deus ipse illabitur. perq; eos mi/
rabiliter sane et operatur et loquitur: quemadmodum innumeris
pene testimoniis sacræ nos litteræ docent. Hoc qui fecerit / et accu/
rate ad unguemq; seruauerit/se intelligat nõ modo interire nõ pos
se: sed nec ullos sibi diaboli laqueos /ullaq; tela nocitura: cum in
tuto illud quidem sit omne: quod in patris manu possitum est cu/
taq; pastoris. Tanto etiam ille ueterator et antiquus hostis laborat
superbiæ uicio ut se prodi: fraudesq; et commenta patefieri sua
ferre non possit: quin mœrebundus a certamine ultro discedit tan
quam uictus turpiter ac explosus insidiis dissolutis suis: proditio/
ne, fraudeq; detecta.

Magnam præterea ad uitæ sanctitatem et reliqua omnia recte ob/ Oratio crebra.
eunda uim habet Oratio: cui peculiariter quotidie intentus/ assi/
duusq; esse debebis. Per hanc enim te ipsũ primũ inspicies et uelu
ti ĩ speculo contẽplabere: quo nihil ĩ homine melius. nihil ad ꝓspi/
ciendũ aptius atq; cõmodius. Qui eni se studiosse/accurateq; iqui
rit: is uere homo est/ ideq; sapientissimi appellatione dignissimus.
Qui se aũt nunq̃ inspexerit/aut certe inspicere desierit: is profecto No.
mea sẽtẽtia pecus magis: q̃ homo cẽsendus est: cuius natura se ipsã
ignorare uniq; est. Per hãc hũanus animus adhuc degẽs ĩ corpore Vis orationis
cælestia attingit/ et nũc etiã quantũ fas est deũ ipsũ certe cõplecti/
tur. Per hanc deniq; feruor charitatis: per quã deus nobis/nosq;
illi cõiungimur: sic ĩcendit: ut nulla procella: nullaq; aquarũ inndã
tiũ uis tã beatũ incẽdium possit extinguere. Sed ut breuiter dicam.
o quantum admiranda es/ religioseq; colenda fœlix oratio? Per te
quicquid petimus: si rite petimus: exoramus. Tu semper beata/ Orationis cõmendatio
si bona in conscientia nites. Tu deliciæ uirginum. Tu uiduarum
solatium. Tu gloria Sacerdotum. Tu martyrum clypeus. Athle
tarumq; uictoria. Tu dulcitudo mœrentium. Quies laborãtium.
suauitas lætantium. Tu signorum effectrix et uirtutum omniũ
ueneranda custos. Tu nullis summissa legibus. nullo augusta lo/

co,nulloq unquam tremefacta supplicio. De puro corde et libera uoluntate nasceris: et ideo tuta semper et libera es: ut qui te talem genuere parentes. Per te extollitur dei filius. Propiciatur pater. Afflator spiritus sanctus.totaq trinitas simul glorificatur et super exaltatur in sæcula. Per te torquetur hostis Diabolus: et mortifera spiritu subigitur at prosternitur cato. Quid tandem urium ha/beas / quid certe laudis tua prisca facinora / celeberrimaq mira / culorum copia declarat / atq nobilitas. Inter Amalechitas et po/pulum dei decertatum est acriter ut sacra historia refert.dum com/mittitur pugna: si Moises orat Israel superior est.Si orationi cessat intendere: inclinatur / Amalechita uincente. Quos armis sistere non potuit Moises:hos oratio subegit ac domuit. Tuo auspicio manu fœminæ Olophernus superbissimum amputatum est caput.

Iudit. Te fauente de Senacherib grauí hierosolymã bello præmente Rex

Ezechias. Ezechias triumphum tulit centum octoginta quinq milibus hosti um cæsis ac Duce fugato. Regiq supplici:cui postrema iam mors imminebat:non modo misericordiam et pacem:sed et tria uitæ lu/stra ipsa impetrare sola ualuisti. Per Moisem:quæ tãta res uix credi

No. possit:graui populo et idolis dedito Deũ ipsũ idulgere et cõmise/rieri adegisti: Dimitte Moises ut irascatur furor meus reclamãtem. Quid de te plura cum p te cogi ac uinci passus etiã sit/q solus est inuictus/et præpotẽs et p quem sunt õnia: quæ potest õne creatũ? Hæc igitur tam excellens. diuinaq uirtus tuo semper i sinu requie scat: quæ ab humanis te abstrahens uehat i cælũ et ferat p speciosũ õne sublime:teq maximis repleat gaudiis/ac spẽ erigat ad sẽpiter/næ fœlicitatis proposita præmia: quæ tãta utiq sunt/tãq ãplissima/ ut nullis aliis sẽsibus:q aĩo purgato ad eaq uehementer erecto in/telligi queant. Ad hãc tibi lectio erit addenda/nõ oisaria qdem .i.

Lectio sacra nõ quæ laqueis disputationũ/rerum sublimiũ/aut disertæ ornateq eloquentiæ amœnitate te irretitũ teneat:sed quæ spiritualí dũtaxat animũ ab his pserti: intus dulcedie pascat.illustret. incedat. Sitq illa/modo pula/modo comes ita ut queadmodũ/diuus noster Hie

No. ronymus pcepit Orationi lectio/lectioni succedat oratio:eaq uelu ti quotidião animi pabulo sugare: quã et nobis precipisse primũ nostri huius fœlicissimi ordinis patrẽ nulli dubiũ ẽ ubi in Canone

Codices ait singulis diebus certa hora petantur. Extra horã qui petierit nõ accipiat. Nonerat uir ille sãctissimus quos in se fructus: quas uires. quasq; uoluptates dignas et admirabiles lectitandi usus haberet: ipsaq; abdita cælestis sermõe dulcedo: quippe q sub teneris adhuc fidei elemẽtis Esaiã iussus ẽ legere: qui idẽ cũ illud Apostoli legisset aliquando/ Induimini dominum Iesum christũ: errorum suorum depulsa caligine: mox cæperit lucem intueri ueritatis. Eunucho Candacis reginæ Iudæã pagranti quis dubitauit eũ scripturæ locum: quem legẽti sibi Philippus enodauit: salutẽ. et baptismatis fontem peperisse? An alia fortasse ratione Cecilia uirgo euãgeliũ christi gestauit ĩ pectore? Quæ sãe res tanti: aut quæ tã erecta fiducia illã potuisset et puellã: et sponsam inducere ad oia humana spernenda/ si non ex euangelio didicisset uirginibus christi centesimũ ꝓpositum fructum. et de casto cælibatu uirginũ filios procreari cælestes. de mundi uero nuptiis terreos? Qui fœlicissimæ uirginis: et matris dei uitam scribunt: illam referunt assidue lectitasse. atq; illam ideo cum salutatũ delaberetur Arcangelus ĩcumbẽtẽ libro fingi arbitror: quamq̃ pictoribus: atq; poetis quodlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Eunuchus

Cæcilia

Cæterum: ut cuiq; uirtuti suos fines demus: nõ erit litteris tamẽ in desinẽter incũbendũ: sed ex ipsa mox lectione deducenda erit Meditatio. Vt eni lectio eorũ: quæ eligẽda: quæq; fugienda sunt: est in dagatrix iuxta ꝓpheticum illud Declaratio sermonũ tuorũ illuminat et intellectũ dat paruulis: sic Meditatio quæsita. inuestigataq; cõprehẽdit atq; degustat: de q̃ ẽ etiam illud ĩ psalmis Cõcaluit cor meũ intra me et in meditatione mea exardescet ignis. Gradus eni quatuor exercitationis spiritualis/ uitæq; sanctissimæ maiores nostri summa auctoritate uiri atq; sanctissimi esse putauerunt. Lectionẽ. Meditationem. Orationẽ. Contemplationem. Lectionẽ: quæ inquireret. Meditationẽ: quæ quæsita gustaret. Orationẽ: quæ de gustata peteret. Contẽplationẽ: quæ petita reciperet: quorũ gaudio ab his sensibus/ crassioribusq; cõtagiis abductus animus atq; sublatus coniugaretur mirabiliter deo. Sed de postrẽa hac summa. cõsumataq; uirtute quoniam quidem paucorum est: magisq; gustati: q̃ explicari potest: dicendum uidetur amplius nihil.

Post lectionẽ Meditatio.

Iam uero de humilitate aliqd : que uirtus christi sertio usq; adeo ē necessaria.ut sine illa uana sint cætera:quā ēt q uere possidet cum ipsis : ut ita dixerim angelis possit omni reliqua in re de fœlicitate certare. Hæc enī fundamentū et culmen bonorū oīum dici merito potest:et diadema decoris possidētibus illam: de qua pulchre Apostolus ait. Stulte quod seminas nō uiuificatur/ nisi prius moriatᷣ.
No. Iobq; sanctissimus Qui humiliatus fuerit erit in gloria et qui inclinauerit oculos suos ipse saluabitur. Extitere q̄plurimi priorum tē/porū nostræq; ætatis memoria:ne minutī singulorum exēpla conqram:eruditi plane/maximisq; uirtutibus prædti et ī omni laude/ ac dignitate principes:qui quoniā præstantissima hac caruere uirtute: miserabili tandem casu/ naufragioq; pierunt/ eorum operibus insidiante supbia : de qbus prophetæ sententia illa ē admodū grauis Dissipauit dominus ossa eorū : q hominibus placent .confusi sūt quoniā deus spreuit eos/ et qdem grauis. Nā si eorū ossa sunt dissi/panda:quid porro reliquum erit in his quod inane lubricūq; non sit :cum nihil solidi in se habeat exossatum corpus humanū ? Aut sane quo perfugio fouendi iā erunt cū eos spreuerit deus ? Quos tū maxime spernet:cū uidelicet cuiq; mercedē ꝓpriā reddens:ifœlicibus his habite inqet inanes et uacui recepistis mercedem uestrā: laudem hominū et miserā gloriam. Quæ n. uirtute præstare debuistis:a uitio deduxistis/ mentiti cōscientias bōas imitatiq; fatuas uirgines:quæ habentes lāpades oleo uacuas a sponsi thalamo exclusæ
Ratio uerissima. sunt habitæq; ludibrio. An non impiū et sacrilegum ē nostrorum opum laudē nobis ascribere:cum eorū quæ bene agimus:nihil oīo sit nostrū:sed eius a quo accepimus unde agamus/et a quo effluit origo omnis et ratio boni? Ita ēt nō amentis est recta sequi laudis cā. oculis seruire intuētium. aura populari miserabiliter ferri et quasi mercedē benefactorum ducere hominum gloriā. quæ sane nunq̄ satis digna merces esse poterit:cū semp temeraria sit:semp īcerta semp īanis et cuiusq; arbitrio et uoto ꝑmissa? Sempiterna sit merces ipsa uirtutis prorsus ē opus/et humanis præmiis longe præstantior:quā neq; dare neq; arripe quisq̄ hominū possit/sicut nec ipsā quidem uirtutem potest. In abditis igitur conscientiæ thesauris nostra omnis gloria lateat : sicut scribit Apostolus Gloria nostra

hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Itemq; nos autem
spiritum huius mundi non accepimus: sed qui ex deo est: ut scia/
mus quæ a deo donata sunt nobis/ Aut certe. si gloriari libet:
in domino gloriemur: quoniam nō qui se ipm commendat ille
pbatus est: sed quem deus cōmendat. Ad hāc sane: quæ i domīo ē
gloriam dies atq; noctes excitandus est animus: quæ quoniā deo ser
uit: solida ē/ et incorrupta/ porroq; et sempiterna: nosq; excitat et i/
pellit ad currendum alacrius de uirtute in uirtutē p apertū nobis
iter/ eos imitantes: q sæpius i agone uicerunt: aut qui primi stadiū
tenuere: q erectioribus animis/ ac spe meliore luctā ineunt rursus/
et cāpū acrius petūt. Qua ēt icēsi optimi oēs et sāctissimi uiri diui/
nū adepti sūt nomē. His igit limitibus cōtinēdus ē aīus/ nec uēro
pmittēdus: ut illi soli placeamus: qui p nobis ē factus oīum qui sūt:
unq ue fuerūt abiectissimus atq; humillimus. Quiq; accedētibus
nobis ad suæ castra militiæ Tollite inqt iugū meū sup uos et disci
te a me quia mitis sum et humilis corde: et cui dauid canit i psalmo
Populū humilē saluū facies: et oculos supborū humiliabis. Quod No.
eni facit i dapibus atq; cibariis sal/ ea condiēs atq; pseruans. hoc et
ipsis uirtutibus humilitas facit. et multo qppe potiora. Nā eas nō
mō sapidiores reddit/ icorruptasq; tuet: sed in sublime effert: suoq;
auctori deo efficit chariores. Nō potest sermo sacer uel mentiri uel
fallere. Quæ procedūt de ore meo nō faciā dicit dominus irrita.
Et cælū/ terraq; trāsibunt: uerba aūt mea nō præteribunt. Sed quid
nobis isonat sermo sacer iste atq; diuinus? Ois porro q se humiliat
exaltabit: et qui se exaltat hūiliabitur. et deposuit potentes de sede
et exaltauit hūiles: cui et testimonio ē illud ad ecclesias Petri Hūilia
mini sub potēti manu dei: ut nos exaltet i tēpore uisitationis. Tu
igit ini Ph. iuitatus ad nuptias nouissimo loco discūbe/ ut ueniens
q te inuitauit Amice dicat ascende supius tibiq; sit āplior corā dis/
cūbentibus honor. Sed nūquid nō es iuitatus ad nuptias? Immo iā
exceptus: ubi nouæ nuptæ Agni Epithalamia celebrātur: ueste nu/
ptiali clarus atq; isignis. tantū uide ut hūiliore loco cōsedeas: ut ab
Triclinii magistro iubearis ascendere. merearisq; ex eorū fieri nu/
mero: quibus dicitur p pphetā i psalmo Surgite postq sederitis: q
manducatis panē doloris De tollerātia uigiliarū atq; laborū. De

frugalitate et abstinētia uictus:p quam legitima ieiunia celebrāt. De castitate:quæ i carne mortali ducit uitā angelicā: De incessu. statu.cultu.deq; reliquis uirtutibus multis conquirendis aut uitus declinandis:quibus quotidie frangimur:tibi poterā multa pope: Sed res infiniti negocii et quæ nusq; modū inueniat. Sed potiora collegimus:et quæ tibi magis necessaria fore sumus arbitrati:i qui/ bus parūp cū exercitatus fueris:prima(q; difficultates euicens:quas cuiusq; rei pati solent initia:et:ūpet tibi noua lux quædā:qua intue bere nescio quomō/deus scit ea:quæ nō licet homini loq. Fructūq; uirtutis dulcissimū tranqllo et sedato iā aio degustabis. Eruntq; lachrymæ tibi ueluti nectar die ac nocte dū dicet tibi ubi deus tuus est:Sities illabi ad ima præcordia faces spūs sācti:per quē uetere se/ uitute depulsa filiusq; adoptionis effectus clamabis Abba Pater. Dēq; solitudinē et ōne secretū desyderabis:et quocūq; te uerteris solus :ibi offerēs hostiā cordis domino deo tuo inclamabis et dices Quā dilecta tabernacula tua domine uirtutū/concupiscit et deficit aīa mea in atria domini. Psalles mente: Psalles et spiritu et passim tibi resonabit i ore canticū nouū:quod cantari fas nō ē nisi iis:qui ēpti sūt de terris primitiæ deo et agno. Quæ mi Philippe cū tibi degustare cōtigerit:(cōtinget uero fauēte deo:si monitis fidelissi/ mis atq; amātissimis: quibus te sumus incredibili charitate cōplexi obtēperaueris.)rū te rogo p Deū Matthæi tui memineris ad chri/ sti crucē:hominis qdē meritis pexigui / et rebus his omnibus atq; uirtutibus tibi ,ppositis indigentis:q tamē ut ad ista uenires suis re uocibus incitauit/et incitatū deinceps:ut potuit cōfirmauit. Vale.

Ad Aloisium Cendratam de casibus fortuitis constanter tolerandis Epistola. XLVI.

Asus humanos optime Aloisi noli ægro aio ferre: aduersā
No. c temq; fortunā:quæ neminē lædit nisi uolentem:et nulla: si sit prudentia ea ē:expauescere desine. Virtus igne ,pbatur, quæ si pfecta ac solida fuerit ui ignis et icudis sennis flauescat et co tilat. Sic eni filium genuisti tuū:ut stati natus/obnoxius esset cre / bris/ alternisq; bonorum malorū ue immentium uicibus:et ea le /

ge eundem a deo tibi mutuatum fuisse nūq̄ dubitasti: qua reliqua hominū turba exit in lucē: quorū uita/iugis pœna ē atq; suppliciū. Et nunc carere patria/ et indigna affici culpa graue et indecorum putas/ cum hæc ipsa/ et his qdem longe grauiora excelso aīo et inuicto tollerare et pulchrum sit et diuinum/ planeque nec iniucundum: quoniā uirtus qdem a iucūda suamq; uita separi nō potest. Quod si indicare recte/ et uerum diligenter excutere ipse curaueris: nunq̄ dubitabis plus boni uirtutē agitatā sæpiusq; petitā ī se habere: q̄ intactā fœlicitatem: ocio/ ignauiaq; torpentem. Qua quidem in re exēpla mihi tecū citāda sūt nulla: q singulari doctrina/ et experientia maxima præditus es. Quo circa si tibi id persuadere iā potes: ut certe et constātiæ et moderationis tuæ erit: nihil mali tibi/ filioq; contigisse: extinctus iam erit mœror tuus oīs: qui te uexat et cōficit: Immo quod magnificentius ē: uirtus ipsa plus uirtū tibi dabit: q̄ detraxerit tæca fortunæ malignitas. His de causis debebit institutus/ et generosus tuus aius istuc molestiæ leniter ferre: et sub tollerātiæ iugū inuictæq; uirtutis collum lætus iā mittere: quæ quidem hominē efficit: cum humanis: tū diuinis honoribus dignum: suoq; auctori deo consociat: cuius admirabilis bonitas atq; solertia humana omnia: quæ appetibilia preciosaq; sunt: tam crebris et subitis contrariis miscet: ut inde cōpulsi studiosius cupiamus bona sempiterna atq; cælestia: quorū gratia conditi sumus. Filius tamen et si extorris est: recte se habet: et contubernio fruitur uenerabilis cuiusdam deoque deuoti præsbyteri: et ad me sæpe diuertit: mea que continue opera. officio. studio: consilioque iuatur. Vale. No.

De beato Seraphini obitu. illiusq; uirtutibus ad Carolum et Ptolemæum Cesenates Epistola. XLVII

q Vintus iam mensis agitur: aut sextus qdē: ex quo neq; uos uidi: neq; litteras a uobis accœpi ullas Interim Seraphinus noster sāctissimus amor/ nostræq; in christo deliciæ: in quo uirtutum ōnium spes magna lucebat: repentino lāgore nobis surripitur: ut elapsus ab oculis magis quam profectus a uita uisus mihi equidem sit: In quo quisq; nostrum haud paruam iacturam se fe

ciſſe arbitrari merito poteſt . Quartus enim erat ex cœtu noſtro:
quē peculiariter amaremus : et a quo uiciſſim ipſi ſtudioſiſſime co
leremur . Quoties Deus bone ego abſens delectatione mirabili
quadā ſnm uiſus uidere tetragonum illū:quē ſuperiore anno urbe
Bononia metu peſtis relicta:in Bellião noſtro/tuto amœniſſimoq;
ſeceſſu ſedētes ſub ūbra cōſtituebamus.uiuaſ illas audire/et redde
re uoces:mox diſputationes graues et ſerias:ſubinde iocos atq; face
tias. Veſtrum erat qcquid ille de ratione differendi/et de præceptis
philoſophiæ protuliſſet in mediū. Meū ēt qddā uidebar agnoſcere
in elogo dulciſſimo et facultate dicendi:cum me tradente hæc hu/
Seraphini dotes. manitatis ſtudia primum delibaſſet. Erant præterea eo in Iuuene
multa/et ea præclara/atq; illuſtria : quibus a nobis non diligendus
mō:ſed cōplectendus et iam uenerandus ab omnibus/eſſet ſūma re
ligio. Ingenii acumē.ad ſtudia ardor amor in doctos. manſuetudo
in omnis.oris modeſtia. fandi ſuauitas.eximia indoles/ omnibuſq;
blādiſſīa . Corpus uero totū elegās/et ſpecioſū. Illū ita philoſophia
et liberaliſſimis ſtudiis florentem:et ſanctimonia uitæ laudabilem .
animi ſimul et corporis cōmodis omnibus utentē(Heu hominum:
fragilis ſtatus citaq; et uolucris ad iteritū uita)unius pene diei lan/
gor extinxit. Quem tandem hoc exemplo excellentem uirtutē et la
borioſa hæc ſtudia aggredi non pigeat ? aut aggreſſus idem non
deſperet? Poſſumus oro ipſi non fatigari:aut non ſic decidere aio:
ut intentatā relinquamus ſapientiam : i qua ſūmo labore meliores
totius uitæ dies exercitati:cū demq; eo uſq; peruenimus : ut fructū
induſtriæ.atq; uigiliarum ptingamus :neſcio ꝓtinus qua maligna
indignaq; ſorte rapiamur? Sed nos ſane uulgaris hæc cogitatio
perturbet / et a ſtudiis anocet : ſi ſtatum humanum ex hac uita
metimur . et ad præſentia duntaxat philoſophamur:quod ut mihi
uideť:non ē idonei ueriq; philoſophi:ſed iſanientis potius hominis:
No. et generoſitatē ſapientiæ non pcipientis. Nullum enim eſt tempus
quod ſine deteſtabili culpa dandum uecordiæ ſit:ēt uel dies unus.
Primo .n. doctrina tener formandus eſt animus. et eadem deiceps
uita ois diſponenda. frenandæ cupiditates . inſpicienda quæ agen/
da ſunt:et quæ omittenda. ab illa quoq; ad omnes caſus/euentuſq;
fortunæ:qui ſingulis momentis in uita accidunt : parandi ſumus

docendiq; quid omnino sequamur:quid omnino et fugiamus. Ex
cuius sane præceptis uel dimidiũ uixisse diem pluris existimandum
est : q̃ omnis male acta uiuacitas . Quocirca uixisse satis dicendus
est:qui omne quod uixit siue exiguum:siue multũ/sancte ipollute/
q; uixit. Immo uero emigratio huiusmodi ista:quæ fœlicitatem in
cludit:immortalitas est potius appellanda:q̃ mors. Fugit enim cre/
bra uitæ naufragia:fortunæ uices:ipsasq; corporis angustias itura ꝑ
pulcherrima cælestis regionis sublimia expedita et libera . At potu
it cum illo nobis longior consuetudo esse . Sed cogitemus secum
cũmodius actum : q̃ si uixisset diutius : cum certum aliquid nemo
teneat q̃diu tenet humana . Atqui ẽt animaduertendum est : nos
quoq; ipsos ab eo haud longe distare:qui certe quantũcunq; diste
mus:neq; tamen id multum abest a nihilo . Propetamus.n. momẽ Vitæ fluxus.
tis singulis:et qdem multo uelocius:q̃ unda defluimus:ut tũ sane:
cũ rapimur: signasse uestigium uix qdem uideamur. Ita fit ut qui
antecedunt et euellunt̃ tanq̃ præmaturi / nullo modo mihi plane
decepti uideant̃:si modo ita uixerunt:ut uenientem ad se mortẽ ni
hil expaueant. Quod sane optimo nostro seraphino haud dubito
cõtigisse. Illũ ego mihi sæpe dicentem audiui charior q̃ uita deces
sus iam mihi est et emigrationẽ a corpore quasi lucrum expecto .
Mihi uero contradicenti quandoq; illũ respondisse contentius et
prope flentem/ẽt reminiscor. Quid cælo geniti: deorsum curamus
aliquid mi o Matthea?Cur has tenebras adhuc cupimus:q deo mi
litamus? Qualis uita ea quoq; ẽ:i qua singulis momẽtis emorimur :
aut uiuere expauescimus cõflictati ꝑpetuo huius pelagi turbine ?
Pueri ne erimus semꝑ uitæ umbrã non uitã amantes. summũq; bo
nũ nobis semꝑ iuidẽtes? Quare cũ id sit assecutus: quod tota mẽte
et canone petiuit:non agnosco qd iure in eo doleamus. Magis aũt
fuerit prudẽtiæ qdẽ nostræ/ac magnitudis animi curas.cogitatiões.
studia.mẽtẽ deniq; oẽm i spẽ erigere cũ illo beatitudinis potiũdæ :
scientes haud dubie:ꝙ q pie in Christo mortui sunt:amicis uiuere
non destitere:quod sane uobis nullo pacto obscurum esse arbitror:
quorũ uiuax/atq; altissima fides dudum mihi agnita est. Illud tan
tũ officiu nostri puto esse debere:quod quidẽ etiã ut uobis ꝑsuadea
tis uelim : ut q̃diu erimus / Seraphini nostri memoria quasi ꝑsens

maneat nobis mente defixa: aut si quid detraher diuturnitas tempo ris: id in nos dimissos omne concrescat: et ad maiorem dilectionis cumulum semper addatur. Valete.

Ad Philippum Parmensem Concanonicum fami liaris Epistola. XLVIII.

l

Egi litteras tuas ut auide: ita perbelle una cum Francisco Teruisino uenerabile et suauissimo nostro: q aderat ubi il/ las accepi: in quibus quaq; ad summã usq; uoluptatem diui nũ nectar mihi equidẽ uisus sũ delibasse: et nisi me Philip. charissi me studiorũ tuorũ cursus/ et sedulus labor reuocaret: prouocaturus te fueram pro desyderio meo ad pulcherrimum calami epistolarum q; certamen: Sed tempero mihi tanto in desyderio: ut philosophiæ cui mentem omnem addixisti: te libertim docilemq; permittam: splẽdidi et acerrimi tui ingenii admonitus indole: qua in Physicis nõ minus pollicens: q̃ i hũanitatis studiis ante christi togã præstiti/ sti: cum apud Guarinum ueronensem adolescens oratoriam/ atque Poeticam/ et cum iis græcas litteras didicisti. Satis enim noui diẽ te totũ perdidisse: et insequentes exturbasse: si uel uestigio a grauibus/ nodosisq; studiis istis animũ per hæc initia parũper auer teris. Omnia: ut noster Sapientissimus ait: suum tempus habent. Atq; iden cum Neophitus ageres: Tyrocinium et adolescentiam institui tuam: et ad puritatẽ/ innocentiã. deuotionẽ. primosq; uir/ tutum gradus tanq̃ manu data te Philippe direxi: si modo satis tam sanctam rẽ potui parũ ego feruidus/ et ad superna parum erec/ tus. Quin tunc cũ tenellus uixq; regeneratus in domino dulcedi/ ne lactis/ moliq; ueluti offella alẽdus esses: suasi eqdẽ tibi ea studia omnia: quæ duriora essent. et quæ laqueis disputationum rerum sublimium: aut disertæ nitentisq; facundiæ irretitum animum te/ nent: omitteres, donec christus formaretur in te: et dentatus posses solidiora comedere: quod effecisti moriger ac prudẽtissimus. Nũc uero in iis exercitatus atq; firmatus/ et euacuãtis in te quæ paruuli erant crescentis in gratiam: par est ut ad studia alia consurgas/ et coniungas cum ipsa sanctitate doctrinam: quæ simul ubi con/

ſpirant:nihil plane in chriſti ſeruo abſolutius.atq; beatius. Itaq; uiuitot mi Phi. tuo tempore in rē tuā quantū quidem ipſe potes:et præpoſiti Patris tibi indulget auctoritas:cui tanq̄ deo te dedicaſti atq; uouiſti:pietatem tamen:mentiſq; dulcedinem præferens philoſophiæ atq; doctrinæ. Potior.n. tibi uiden ſemper debebit indocta deuotio:q̄ docta mentis ariditas. Ego tamē ſcribam ad te cū poteto ſæpius. Tu cum ſucciſiuæ ullæ dabunt tibi horæ: etiam tu ratius unū aut alterū uerbū hoc ē ſalue et uale dabis. Ex me ſalui ſit patres tuiq; i philoſophia cōſocu:qbus ſingulis me i xpo cōmenda Vale.

Ad Cābiū Boſſum patrē et Concanonicū de non deſerenda cura ſcribendi. Epiſtola. XLVIIII.

a Ntehac ad te minus ſcripſi uenerande mi Cambi nel impli/catus uariis/et grauibus curis: uel q̄ tieq; habui: quod ſcribi magnopere oportere mihi ſane uideretur. Tu quoq; exemplo hoc malo et tacuiſti. Sed hodie reputans mecum omnis præteriti temporis litterarū noſtrarū iſignē dulcedinē: egregia in deo ſanctaq; ſolatia: equidem grauiter dolui ea ipſa intermiſſa fuiſſe. Et quidem non poſthabenda ultra putaui. Sed hanc liberaliſſimam occupationem: immo inter occupationes ſolanum excitandum tuſus: tecum maxime: cuius litteræ hoc habent in ſe optimum: atq; præcipuum: ut me ſopitum et frigidum ſemper excitent: ſemper incendant: et ad ea: quæ ſupra me ſunt peruehant. quas non ſemel lego: ut cæteras: Sed blandiores atq; ſapidiores in dies ſæpe reuoluo ac relego. Tarda. n. uiliaq; iumenta a uelocibus et generoſis præcurrentibus etiam ut poſſunt: excitātur ad curſum: Cœpi itaq; petere atq; pulſare breuibus his: ut liberalis et ſancta Charitas tua cum fœnore mihi reſpondeat: ııs uidelicet litteris: quæ ambas ſolent manus implere. Vale. meq; tuis ad optatū finem orationibus adiuua.

Ad Illuſtriſſimū Federicū Feltriū. Vrbini Ducē Sūmū iperatorē et imortalis nominis uirum Epiſ. L.

f Erraria in generali Synodo noſtra cum pulcherrime cōſede

mus:recitatæ fuere litteræ tuæ Illustrissime Priceps:et tuus Orator coram auditus : cui quantam significasti · fides est habita . Et qui/ dem omnium patrum tanta erga te pietas et reuerẽtia animaduer/ sa est:ut cõmunem fidem atq; eloquiũ ipsa res superet . Nam qbus sermo in consessu debentr:cum uerba facere de te cœpissent:uidis/ ses cæteros omnis pendere in eos intentione mirabili et effusa læti/ cia : iunctisq; manibus gratias deo gestire . qui tam nos charos di/ gnationi et amplitudini effecent tuæ:ut de nobis preficiendis Pon tificali Eugubiensi Ecclesiæ tuæ cui adiacentem Curiam habitas : cogitaueris:rem nulli principum : nulliq; retum pu . hoc tempore procuratam perspectam ue : ut plane solus extes : qui præcipua re/ ligione ac bonitate remissam Cathedraliũ Ecclesiatũ ueterem sācti tatem:et in cõmuni uitam:subq; Præposito uno patre syncerā obe/ dientiā extinctā cogitaueris in lucẽ reuocate:et ad pristinũ Aposto/ lotum et sanctissimotum sacerdotũ statum excitare : qui primitus hac lege uixerunt:deoq; posthabitis cuius omnibus sæcularibus mi litarunt . Atq; ut cõmodius / ociusq; quod animo concepisti effici queat:et Episcopi tui et Põtificis Max.assensum te quæsisse et exo rasse nobis aperuisti : et tuis istis cum Canonicis et sacerdotibus cõ/ uenisse nobis ut cedant : alias per te ecclesias : aliosq; prouentus ad uitam haud dispares habituri. Nulla res est(mihi crede)Fe.deuoti/ sime atq; magnanime:nulla profecto : quæ tui causa suscipienda : gloriosa atq; magnifica nobis non uideatur : nedum grata iucun/ daq; factu. Mores siquidẽ tui .uirtus.auctoritas.omnisq; deniq; ui ta huiusmodi ẽ:ut nõ religiosos homines modo:sed agrestes et bar baros:atq; ipsos ẽt hostes in tui admirationẽ cõuertat . Quæ iā du dũ sæcula uiderunt uel iperatorem / uel principẽ : q ullo in genere laudis possit tibi conferri? Rem militarẽ tẽporis huius probare uel iprobare haud quaq̃ ipse puto : ne temeritatis sit agere de te non mea. Sed amplissimũ illud decus: et nostris tẽporibus inauditum : quod tu seruas inter arma.modestiam dico.iusticiā.fidem.huma/ nitatẽ.religionem omnes qdem obstupescũt.omnes uulgāt.omnes prædicant cũ immortali tui nominis gloria: q te unũ intuent bello non prædā et bellica spolia.non uiolentas post uictoriā exactiones. non tributa.non uindictam.non factiones. nõ euersiones.nõ exci/

dia: ut cæteri quærere: Sed pacem. qetē. amicitiā. gratiā. beniuolen/
tiam ubiq; serere atq; constituere. In tua uero familia. in Cōmilito
nibus. inq; exercitu omni hæc enitet quoq; disciplina singularis at/
q; mirabilis: ut eos feroces ac impauidos aduersus hostes/ sempq; uic
tores habeas. Erga socios fidos/ ac perhumanos. Ad inferendas in/
iurias immeritas timidos. in pace urbanos atq; compositos: et stipē
dio magis: q̄ præda cōtentos. ētq; diuinos tuos mores: quantū sane
ualēt/ æmulantes. Quæ præclara facinora auctoritate non minus
conficere didiceris: q̄ armis/ fœlicitateq; fortunæ. Quoties (Deus bo
ne) tu pacem Italiæ peperisti? Quoties exorientes tumultus suppres
sisti? Quoties incensas odiorū faces extīxisti? Quoties afflictos ini
quo bello: et cladibus proximos tuo aduentu recreasti? Quoties de
speratis iam rebus Imperia iusta stabilisti: ut iam nullum sit tā fir
mū et latū Imperium. nulla Res pu. tam digna: quæ te amico non
gaudeat: et a te hoste: si uelit et petat: misericordiam. gratiam. erec/
tionem. amplificationēq; nō speret? De bello autem atq; militia ad
pacē et togam cū te conuertis: quid sanctius tua ista religione? quid
ornatius tuis moribus? qd utilius. tua liberalitate: iugiq; elemosi/
na? qd salutarius tua benignitate atq; clementia? Quid uel specio
sius dectiq;/ uel operosius in Principe maximo tua singulari institu/
tione et quæ nunq̄ omisisti: bonarum artium studiis? quibus non
imbutus modo: sed refertus sane ita es. ut de omnibus et interrogare
atq; proponere: et enarrare atq; docere. et disputare atq; finire et ar
gute et subtiliter possis. Hæc sunt summorū uirorum ornamenta
rarissima. Hæc humanarū rerum prima fœlicitas: ut qui præsunt et
imperant et optimi et sapientissimi sint: quos ubi inuenias ueluti
certam quandam diuinitatis effigiem pronus adores. His de rebus
nihil est ōnino Fe. Illustrissime: quod per nos: tibi p̄stari iucūdum
possit: quod non optemus subire/ protinusq; conficere. Quoniam
uero quod modo Excellentia exigit tua: cōditionem habet atq; na
turam ut fieri minime possit: aut etiam si fiat: minus quidem sit
permansurum: hæbescimus animo/ cruciatuq; disrumpimur ob/
temperare non posse uoto sanctissimo tuo: et ego quoq; uel erube/
sco: qui tibi notior et charior esse uideor: et ad quem spe potiore
Oratorem direxisti tuum. Ecclesiarum etiam pontificalium atq;

matricũ ſic hodie eſt comperta cõdicio:ſic cou ſuetudo firmata : ut
ad regularẽ et arctã illam: quã nos ſequimur uitã:iam coaptari mi/
nime poſſint . Nos clauſtrales noſtris inſtitutis:comunibuſq; decre
tis ſolitudine.cellulaq; gaudemus/intenti p̃claro legendi . meditan/
di.orandiq; ocio.Ille uero Maiores eccleſiæ conſuetudines. familia
ritates.deãbulationeſq; non reſpuunt: ſed ultro præueniunt . Nos
certis horis ſilentiũ nõ uiolamus.Illæ taciturnitatem nullã didicere.
Cũ decernunẽ ſupplicationes populares:aut rogatioues annuæ con
celebrantur:uos urbes non colluſtramus . Sed cathedralis omnis ec
cleſia pria eſt ſemp̃ in acie:quin et cæteros ducat.nos ciuitatis eccle
ſiaſ inuiti ſuſcipimus.aut ex neceſſitate ſi ſuſceperimus: ſacramen/
ta intra uicinaſ domos per ſæculares ſacerdotes miniſtrari ſane faci
mus. Cathedralis uero non unius modo uicinæ.ſed totius populi
atq; dioceſis curatrix una atq; præcipua eſt . Nos cerimoniis admo/
dum caſtis/ collo/ oculoq; demiſſo rem noſtrã gerimus . Iu inceſſu
illa.habitu.motu.rituq; omni diſpar eſt nobis. Adde nuptias quas
benedicit: puerperia quæ purificat. Chriſma: quo admotos omnis
in frontibus ſignat.et huiuſmodi cætera'a quibus ꝓpter frequentiã
puellarum/et mulierum tanq̃ a peſtifero/mortaliq; periculo ſic ab/
horemus. At uero cũ proficiſcetur: aut deãbulabit epiſcopus: cum
ſubiectas uiſitabit eccleſias:monialiumq; cœnobia: quæ omitti non
conuenit:an illi nõ oportebit nos et miniſtros et comites fieri?quã
do nulli præter nos epiſcopo uel clerici / uel cõcanonici relicti unq;
erũt? Quæ ſingula ita aduerſautur profeſſioni et ſanctionibus no
ſtris: ut aduerſari magis nihil poſſit omnino . Eugenius.iiii. beati
No. Latera/nenſem Eccleſiam. uominis et ſempiternæ glorie Pontifex in Lateranẽſi noſ æde repo
ſuit quippe q̃ ſpõſæ ſuæ rationẽ ſibi habẽdã putabat(Eſt.n.Cõſtãti
niana illa baſilicarũ omniũ prima:et magni patris epiſcopalis ſedeſ/
ſponſaq; legitima) Voluit et illã eſſe noſtri ordinis caput : et ab ea
nos canonicos lateranenſes nominari ꝑpetuo: et illius dignitatibus/
priuilegiiſq; potiri . Dũ uixit beatiſſimus ille:nihil Romæ uenerabi
lius noſtro ordine fuit . Sed illo emortuo a romanis : qui eũ nobis
locũ inuidebãt:uix Nicolaus ſucceſſor tutatuſ ẽ:quo humanuſ exẽ /
pto : a furente ĩmanius populo nos Calixtus ſeruare non potuit .
Profligatos indigne Paulus.ii.iterum in ꝓpriam ſedẽ reſtituit:quo

emigrante iterũ pulsi. Persuadere ne etiam tibi potes summa pru/
dentia summoq; igenio princeps uel Romanũ patré: uel tuũ istum
episcopũ hac in te ultro assentiri tibi? Nihil sane minus credito:
Sed tanta ẽ auctoritas tua: tanta apud omnes gratia et reuerentia
nominis: ut negare nesciant: quod præstant inuiti: Eadem mente ci
ues esse et clericos omnis existima. Sed cum te desyderabit posteri
tas (neq;.n. diei unius præsens negocium est) Quid in nos tum
animi homines putas habituros? Quis clamor? quis furor deus ex
citabitur? Quis concursus conclamantiũ undiq; facescite colla o/
bliqua: pãnosiq; hoĩes. Abite nostræ ecclesiæ: nostratũq; dignita
tum occupatores. Auitis in bonis filii nostri nepotesq; cõmunicẽt:
quæ nostra sunt. alieni non absumant. foras tandem. foras externi.
Nihil exploratius. nihil certius (mihi crede) Illustris Fe. potest præ
ta ueri. Tu tamen sapientissime hominũ ex tua prudentia de rei to
tius exitu excogita atq; delibera: q̃ nostrũ oium accepisti sententi/
am. Ego ad paucos apud te fore spero dies p̱ Picenũ in apuliam
iter facturus. Tum de tota te plenius. Aeternũ interim in christo
Iesu Vale fœlixq; esto Pricipũ decus. Ferrariæ. klls. Iunius.

Ad Albertum Zobolum de Adolescentia Instituenda Epistola. LI.

Vper ex urbe Rhegio discedens roganti tibi promiseram
n Alberte fili aliquid scribere: ĩ quo ueluti ĩ speculo instituere
tuã adolescentiã posses: et aium ipsum uirtutibus tanq̃ ser/
tis ornare. Quod in menté cũ mõ mihi uenisset: iãq; meditaret id
munus suscipere: multa rerũ copia ꝓtinus se mihi obtulit: quã pro/
fecto essem aggressus: si mihi uel satis uirtũ ad ea litteris illustrãda:
uel ocii ad scribendũ esse intellexissem: Nunc uero cõtinuis cũ mo
nasterii negociis ac curis frangar/ne quidem impediar: non est:
quod possim aut facile scribere: aut cum ratione et dignitate suscipe
re: quod tibi arrideat animo teq; incendat: qui nunc tyro amore sa
pientiæ ferues/atq; in litterario ludo sedulo ac perbelle uersaris:
gustasq; in helicone nectar cigneum poetarum. Quamobrem
omittenda mihi est longitudo illa et præceptorum ordo: simulq;

ne tuo desyderio optimo atq; rectissimo uideat defuisse: breuiter ali
quid perstringendum: quemadmodum Cosmographi faciũt: cum
uasti orbis ambitum palmi breuitate concludunt/eumq; etiam par
tiuntur et secant. Sic itaq; nunc tibi Alberte fili duo hæc tantum ꝓ
ponam breniter et suadebo: i quibus præcipue laborabis et satages.
Primum quidem illud ent ut a clarissimis et optimis parentibus tu/
is nunq̃ degeneres: qui eam tibi uiuendi formam et rationem non
modo sermone: sed re præscripsisse mihi profecto uidetur ut domi
habeas: quod reliqui ex uariis philosophorum libris: aut apud exte
rarum gentium magistros capessere solent. In his pietatem. religio/
nem. fidem. integritatem. liberalitatem. munificentiam. misericor/
diã. et in utraq; fortuna perpetuam animi cõstantiam atq; modesti
am licebit semper intueri. Non Pythagoras tibi. non Socrates. non
Plato. non de nostris Victorinus. Guarinus. Omnibonus: quos
nostra hæc ætas florentissimos habuit: sed nec ulli: qui modo ui/
uant: morum ac uirtutum magistri tibi desyderandi sunt. Habes
domesticas Athenas. habes christianas/et domesticas scolas. Quic/
quid in ipso genitore et i matre/et i patruis cernis: si tibi imitandũ
propones: nunq̃ errabis. nunq̃ aliunde bene et beate instituendæ
uitæ exempla conquires. Audeo dicere te graue sustinere onus/ de/
bitumq; imitandæ uirtutis et laudis maiorum tuorum: quas si ut
spero: pro innata tibi bonitate facile imitari poteris: non tamen fa/
cile (dabis mihi ueniam) superabis. Quare quantum potes animo
niti: q̃tum labore contendere: tantũ fac: ut eos si nequis superare:
saltem æques aut imitare uirgilianum illud ut semper audisse uide/
are. Te pater æneas et auunculus excitet hector. Possem hoc loco
mi o Al. tibi multa præcipere: quæ iis de causis: quas antedixi con/
sulto relinquo: te totum tradens informandum hisdem ipsis claris/
No. exemplo rũ Vim. simis parentibus tuis/sublimis animi/et elegantis corporis tui aucto
ribus fœlicissimis. Calcar enim ille probitatis et gloriæ: qui noctes
atq; dies generosis insidet animis: oculos uehementius pungit: q̃ au
res. Vnde uis ista: quæ aures uerbis admonet: muliebris uulgo solet
appellari: Quæ uero oculos stringit mascula. Quamobrem plus
laudis et nominis meo iudicio quos modo cõmemoraui Pythago/
ras et Socrates simulq; et Q. Fabius max. et Affricanus asseque/

bantur ex rebus et uitæ constantia : q̃ reliqua philosophorũ turba
ex solis uocibus/solisq̧ litterarũ monumentis:quæ eternæ memoriæ
conabantur consecrare. Hinc natura nobis eã cupiditatẽ et agitati/
onẽ dedit/ut sædari nunq̃ animus possit auditu:sed semp laboret in
uestigatione earũ rerũ:quas audiẽdo percepit. Sic Sabbã illã austri Sabba re
reginã sacra regũ tradit historia a finibus terræ uenisse ĩspectũ So/ gina.
lomonẽ/ mirabileq̧ illius sapientiam contẽplatũ : quo uiso stetisse
attonitã: uixq̧ ei spũm ultra mansisse. Sic diuus Hieronymus no/ Hierony.
ster plerosq̧ ex ueteribus narrat collustrasse ꝓuincias.nouos adis/ de T. Li
se populos.maria transisse:ut eos:quos ex libris nouerãt:cocã quo/ uio
q̧ uiderent. Et ad T.Liuiũ lacteo eloquentiæ fonte manãtẽ de ul/
timis hispaniæ.galliarũq̧ finibus nobiles quosdã uenisse et quos ad
sui contemplationẽ roma nõ traxerat: unius uiri rumorem duxisse.
Diogeni uero cynico:q solo palio et pera contentus uertibiliq̧ do/ Diogenes
lio pro domo utens/omniũq̧ rerũ copia carens/ Alexandrũ spreuit/
se nudũ et inermẽ rege potentiorem iactans:quis dubitabit ad om/
nia humana contemnẽda/naturamq̧ uincendã plus animi ac robo
ris præstitisse contubernũ/mutuãq̧ cũ Antisthene consuetudinẽ : Antisthe
eo.s.a quo primum secta Cynica cœpit:q̃ sparsas per omnem philo nis uita
sophiam uoces et instituta uiuendi: quibus innumera sunt referta
uolumia: uniusq̧ hominis facta plus potuisse:q̃ uniuersorũ dicta ?
An nos ipsos: qui mortalia hæc et caduca q̃tum possumus nitimur
floccipendere:prophetas.apostolos et reliquam martyrũ et sanctissi
morũ hominũ turbã ipsumq̧ tandem deum et orbis Saluatorẽ ut
fas est imitari : putas illorũ præclara facinora sequi potuisse/aut eũ
cursum tenere:qui ad beatam uitam nobis patefactus est:nisi eorũ
exemplis magis:q̃ sermonibus permotos et excitatos ? Atq̧ idcirco
idem ipse Saluator secuturos nos monuit Qui uult uenire post
me hoc est præcedentem me subsequi tollat crucem suam et sequa
tur me.et qui mihi ministrat me sequatur.Atq̧ alio loco discite a
me quia mitis sum et humilis corde.quasi inane sit et ridiculũ uo
cum sono ciere animos.iactare uerba.facta negare . Adde q̧ Ane .Seneca.
us inquit et quidem recte.Longum esse iter per præcepta ac instru/
mũ.breue aũt et efficax per exẽpla. Quã q̧dem ob rẽ et Aristoteli Aristoteles
ꝓstabilitus uisum fuisse iudico regi populos laresq̧ priuatos ab opti

mis uiris: q̃ ab optimis legibus orbẽq; cõponi satius regentiũ exem/
plis: q̃ legũ nodis. Disces igit̃ uirtutẽ fili ius: quæ passim: sempereq;
ante oculos habes exẽplis: aut si addenda tibi præcepta uident̃/ube/
riorem q; et disputatiorẽ ueritatem affectas ne quid tibi ad pfectam/
consumatãq; uirtutẽ dignum cognitu desit: nunc ueluti prima ætа/
tis tuæ rudiméta libellum Plutarchi de filiis educandis/quem nobis
Plutarchus Guarinus noster Veronen. uir sane optimus atq; doctissimus latinũ
Vergerius fecit: et quem de igenuis moribus Petrus paulus Vergerius grauiter
et elegantissime conscripsit lectitare debebis: et tanq̃ efficacissima
adiumenta uirtutũ sequi et colere. Cum uero per ætatem ad morũ
Aristoteles icrementa/et summam rei aspirare licebit: tum deniq; ab Aristotele
Cicero præcipueq; ex æthicorum libris tibi erunt præcepta sumenda. Addẽ
dusq; Cicero ubi de moribus disputat: quod cum uariis in opuscu/
Seneca. lis suis: tum sanctius et christianius: ut mihi uidetur: in officiis/ac tu
scolanis quæstionibus facit. Nec spernendus tibi Seneca erit: quo
nihil unq̃ ipse gustasse mihi uideor efficatius ad iusticiã. pietatem.
religionem. patientiã. modestiamq; colendã. Cum aũt eo usq; pro
cesseris: ut etiã diuinorum tibi habenda sit ratio: tum imprimis euã
Augusti. gelium Christi. et epistolas Pauli disces et uenerabere. Percurresq;
Hierony. Augustinũ. Hieronymũ. Ambrosium. Cyprianum. Eusebiũ. Lac/
Ambrosi. tantiũ/et si ociũ erit nec te labor deterrebit: si tamen labor/ut cicero
Cypria. ait in discendo est/ et non magis uoluptas: poteris utriusq; legis et
Eusebius testamenti cognitionem tibi comparare: quæ ad omnia erit admo/
Lactãtius dũ utilis: tibiq; etiã iucundissima cognitu. De moribus: litterisq; q
bus prima hac tua i adolescẽtia polleas itaq; satis. Id aũt: quod secũ
do tibi suasurus sum: erit ut uirtutẽ: doctrinãq; uitæ omni cõsocies:
No. Sicq; i amore uiuas litterarũ: ut nullis uoluptatibus/nullisq; illece/
bris abducare: quin quotidie codices tractes et legas. Nulla siqdem
occupatio/uel susceptu melior uel homine libero dignior: Ingentes
ipse opes: qbus domus abundat tua. honorũ ac dignitatũ insignia.
ãplitudo generis. claritas nominis. auorũq; gloria nulla sunt: nisi
nobilitent̃ eximia quadã singularíq; doctrina. nisi is: ad quẽ succes
su/ fortuitoq; ista deuenerunt: ea ipsa semp honestet sapientia atq;
uirtute. Quid est per deũ aliud diuitiis affluere: et purpura/et auro
sumptuosius amiciri: sensu aũt atq; prudentia carere. ignarumq; et

inertē esse: q̄ ut optima qdē ratione aiebat Diogenes: pecudē esse aureo uellere: aut imaginē eximie fictā: cerebro aūt uacuā atq; ue/ rordē? Aut qd præterea in bonis ducendū: quod sit semp instabile atq; caducū: quod præstet et aufetat fortunæ temeritas? Non sunt certa/solidaq; hominis bona: quæ sua semp esse non possunt: Præ/ clare igitur Stilpon direpta patria/ soloq; æquata interrogātı Deme trio nūquid suorū amisisset? respondisse dicitur ædepol nihil. Nul/ la.n.fortunæ uis sapientiā diripit. Paocq; fortuna Bias ille: unus q/ dem ex septem Sapientū numero iure laudatur: qui euersæ ualefaci ens urbi/ omnia inqt mea mecū gero: quoniā nō carpēto uel naui: sed aio illa portabat: q quidē aius quoniā sempiternus ē et imorta/ lis et ipi fere deo similis: bona: quæ possidet ppetua sunt atq; diui/ na. Cætera aūt quæ ad corpus spectāt: quoniā fragilia sunt et cadu ca pinde atq; corpus ipm: cui seruiūt nutāt semp et defluūt. Sed ui de ne praua illa/ stultaq; quorūdā magnorū: sed pessimorū hoium nostri ifœlicissimi tēporis opinio ignauiā tibi psuadeat: q studia li/ beraliū artiū/ et sudorē litterarū detrahūt āplissimis et opulētissimis uiris. Egenis uero et quibus labore et īdustria ē uita ducēda: pmit/ tūt: quasi philosophia/ et studiorū cura populare negociū sit: et nō magis icōparabilis laudis et ueneratōnis munus ab īmortali deo ho minū generi cælitus elargitū: cui nullæ opes: nulli honores: nullaq; regna ac īperia āteponi queāt. In quo deliquere magnopere mihi uidētur pleriq; tyrāni: qui omissa penitus maiestate litterarū/ et dul/ cedine studiorū se totos bæluis tradiderūt/ omnia spatia: temporūq; momenta in sectando apro: aut querquedula/ et perdice capiunda terētes: quibus pluris sunt equorum ītabula. canesq; et accipitres: q̄ sapientiæ diuina gymnasia/ et salus subditorum populorum. In quibus porro quid ipei/ cū animū atq; igeniū: quo neq; maius/ ne q; diuinius aliud homini ē attributū: incultū negligunt/ secordiaq; torpentem? Tu uide inq̄ ne peruersa hac improbaq; stulticia his consentiens eminentem/ solidamq; et expressam doctrinæ et sapien tiæ laudem conferas ulla cum re/ ingeniiq; fulgorem/ et animi subli mitatem inficias uanitate tanq̄ caliginibus. Verum his omissis inet tiæ et libidinum plenis totum te ostenta uirtuti/ et priscos illos he/ roas/ illustresq; uiros imitandos tibi propone: qui graui sibi dedeco

Diogenes facete.

Stilpon.

Bias.

.No.caueq;.

ri esse arbitrabantur:si non eruditione / et sapientia maiore : q̃ im
perio prestarẽt. Sed neq; liberos principatus successione dignos iu/
Quatuor ueteribus in precio. dicabant nisi apprime doctos. Erant enim quatuor: ad quæ erudie/
bantur magna contentione discẽdi. Litteræ imprimis. Musica quo
q;. Luctatiua et pingendi peritia. Vnde Socrates tantus quidẽ phi/
Socrates. losophus iam ætate prouecta fidibus et picturæ dedisse operam di/
Plato. citur. Et Plato:qui et semideus appellatus est : pugil extitit et disci
Cato. plinæ militaris gnarus. Sed et Cato ille portiæ familiæ gloria latinas
Philippi epistola litteras iam uir.græcas deinde senex perdidicit. Philippi aũt Mace/
donis illam tenemus epistolam:quam nato sibi Alexandro ad Ari/
stotelem dedit:rege certe dignam :cuius ista sunt uerba. Filium mi
hi genitum scito : ob quod equidem habeo diis gratias. non proin
de φ natus est:sed pro eo φ nasci cõtigit temporibus uitæ tuæ. Spe
ro.n.fore ut edoctus eruditusq; a te: dignus existat et nobis/ et rerũ
istarum susceptione. Vale. Quanti ipse doctus tandem doctrinam
Alexãdri epistola fecerit Alexander: id satis signi est/ φ in castris lectitasse' semperq; ĩ
scrineis libros circũtulisse exploratum est.extatq; ad Aristotelẽ hæc
eius epistola . Haud abs te recte factum est φ speculatiuas edidisti
disciplinas : qua enim in re cæteris iam nos p̃cellemus:si ea quibus
eruditi sumus studia:omnibus cœperint esse cõmunia? Mallem siq/
Ptolemeus. dem singulari disciplina:q̃ potestate prestare. Quid dicam de Pto
lemæo philadelpho secundo post Alexandrũ ægipti rege:qui trac/
tus dulcedine litterarũ sexaginta milia:ut nonnulli scribũt: libro/
rum in una bibliotheca Alexandriæ composuit: Et sacram hebræo
rum paginã per duos et septuaginta iterpræres i græcã linguã trans
ferri curauit? primusq; fuit:ad quẽ diuinarum scripturarũ arcana p
Antigonus Zenoni. uenere? Antigonus ad Zenonẽ philosophũ scribens . Ego inquit
fortuna et gloria uitã tuã antecellere existimo: Cæterũ disciplinis .
studiisq; liberalibus/et perfecta fœlicitate: quã tute possides: longe
abs te p̃celli sentio:quo circa te orare statui:ut ad me ꝓficiscaris.Id
mihi psuadens te p̃ces meas minime irritas fieri passurum . Tu igi
tur modis oĩbus enitere ut tuo cõtubernio fruamur:hoc ꝓ certo ha
bẽs te nõ me tantũ:sed omniũ simul macedonum eruditorem fore.
Nam qui macedoniæ regẽ erudit atq; ad uirtutẽ imbuit:eũ et sub/
ditos quoq; ad fortitudinẽ et ꝓbitatẽ erudisse certũ est. Nã cuius/

modi fuerit dux: tales ut plurimũ subditos fieri necesse est. Præcla-
ra Auicenæ medicæ artis opera. Vigiliæ lucubrationes: et studia per-
petuæ sunt cõsecrata memoriæ. Quo Phisico magis: q̃ rege omnis
ætas gloriabitur: si tamen iis assentimus: qui regẽ eum fuisse contẽ-
dunt. Iulium Cæsarem et in castris: nedum i ocio lectitasse. dictas-
se. scripsisseq; rerũ suarũ cõmentaria/innumeraq; epistolæ grauissi-
mæ et eloquentissimæ testimonio sunt: q si foro uacasset: ut Quin-
tilianus ait: nec ipar fuisset diuinæ facũdiæ Ciceronis. Augustus ue-
ro ius: cui totus terrarũ orbis se summiserat: nec curã litterarũ unq̃
omisit. tũ legere. tũ scribere. tum declamitare consueuerat: poeticã
simul cũ oratione soluta cõplexus. Quale illud cum uetuit Virgilii
opus cremari: sui sq; carminibus testimonium uati tulit/ et maius q
dem: q̃ si ipse sua probasset? Quid reliquos Cæsares. Quid impera-
tores. Quid Senatorios ac Patricios uiros hac i pte cõmemorẽ. cum
uix ex milibus unus litterarũ reperiretur ignarus? cũ etiã Romanæ
illas callerent fœminæ? In quibus litteraria dignitas seruata est usq;
etiam ad diui Hieronymi nostri tempora: quibus omnia ferme scri-
pta et editiones dicauit suas: ut uisus sit Paulam. Eustochium. Ble-
sillam. Marcellam. Aletam. Asellam. Celantiam. multasq; alias
non minus: q̃ illius temporis uiros dignas: mentasq; duxisse: qui-
bus suos dedicaret libros: suũq; desudaret ingeniũ. Quibus præte-
rea honoribus sapientes et eruditissimi uiri habiti sint: percurrere es-
set operepretium: si epistolæ modus id pateretur. Sed eorum maio-
rem partem omittẽs: de paucis quibusdam breuiter dicam. Platoni
obuiam Dionysium Tyrannum uncatã nauim misisse Plinius re-
fert. ipsumq; quadrigis albis egredientem in littore excœpisse. Fer-
turq; et Mitridates persarum rex eiusdem imaginem in Achademia
locasse. et ei inscriptum Mitridates Rodobati filius Platonis hanc
musis imaginem dicat. Prior Africanus mortui Ennii statuam cũ
poetæ titulo sepulchro suo imponi iussit. Homero delubrum in ur-
be dedicatũ ẽ: qui cuias esset cum nesciretur. Colophonii eum. Sa-
lamini. Chii. Smirni et plerique alii populi suũ esse dixerunt. Boro
so Athenienses statuam inaurata lingua posuere. Quanti Stesico-
rus steterit Phalaridi Agrigentinorum tyrãno: illius ad poetæ mor-
tui filias sunt testes epistolæ. Gn. Pompeius Possidonii domum in

Auicena.

.I. Cæsar.

Augustus.

Peritia fœminarum.
Paula.
Eustochium
Blesilla
Marcella
Aleta
Asella
Celantia.
Plinius de Platone.

Ennius.
Homerus.
Stesicorus.

Possidonius.

traturus Lictorem uetuit de more pulsare fores. Sed consulares fasces ianuæ philosophi inclinari/summittiq; iussit.

Hippocras.

Hippocrati quoq; Pythagoræ discipulo ob singularem doctrinam auxiliaq; medicinæ hominibus impensa honores:quos Herculi consueuerat græcia: dicauit.

Quantum difert inter doctos et indoctos

Hic loci si interrogete mi Alberte charissime:q tibi magis homines dici uideantur/an illi:quibus ignorantia mala imbutis luxuq; effœminatis nusquam sapientiæ lumen apparuit:an quos diximus doctrinam consecratos: non dices nihil humanum in illis esse præter effigiem: eos omnia facere ui.atrocitate.et opinione praua? His uero studiosis et sapientibus ueram inesse humanitatē pulchritudinemq; uirtutis?

Aristippus

Et tandem quēadmodum interrogatus Aristippus dixisse fertur inter doctos atq; indoctos perinde distare:atq; inter domitos equos et indomitos. aut sane quantum inter uiuentes et mortuos:et certa equidem id ratione. Nam Homerus. Ennius. Acius Virgilius.Naso.reliquiq; Oratores Philosophi.Historici:de quibus uerba aurea fecimus. uiuent omnibus sæculis omnigenisq; tollentur linguis æmula etiam ignorantia inuita. Nostrorum uero Imperatorum et procerum/ Summorumq; pontificum ignauia torpentium uix diurna recordatio erit peritura illorum uita cum nomine.

Ouidius.

Diuinasse de his satis/ lepideq; cecinisse carmina hæc Ouidius mihi uidetur.

Ergo cum silices/cum dens patientis aratri
Depereant usu/carmina morte carent
Cædant carminibus reges regūq; triumphi.
Cædat et auriferi ripa beata tagi.
Vilia miretur uulgus.mihi flauus Apollo
Pocula castalia plena ministret aqua.
Sustineamq; coma metuentem frigora mirtū:
Atq; a sollicito multus amante legar.

Non extinguetur Cicero:

Quis extinguet lumen romanæ linguæ Ciceronem? Potuit siquidem impius ille popilius Antonii iussu i illius caput non leuiori scelere:q̄ in sacratissimum dei imortalis templum manus inferre: sed non potuit nomen extinguere ita uiuax æternaq; est sapientū memoria suis litterarum testimoniis suisq; monumentis illustrata. At uero quoniam iam satis de eruditione/ studiorūq; præstantia: nūc

tandem minutius monendus esses quibus auctoribus. quibusq; disciplinis tibi præcipue opera danda sit: quæ optima studia: aut sane ad bene beateq; uiuendum commodiora: quibus præceptis et institutis ea constẽt. Sed horum immensus est campus. uastaq; farrago. atq; ideo ea tibi tuisq; præceptoribus relinquo iudicanda: mihi de re tam graui et maxima tacere satius putans: q̃ parum dicere. Id tantum summatim tibi non possum non persuadere: ut semper ex bonis meliora. et ex melioribus optima eligas. ueteraq; tibi placeãt magis: q̃ noua. Vetera præceptoribus ducibus discas. Noua autem et quæras. et lectites cum tuopte ingenio atq; prudentia potens de iis iudicare. Omnia deniq;: quæ discis ac legis pares ad uitam beatam: quam imprimis efficit uerus dei cultus. Iusticia. Innocentia. Veritas: et cum his omnis pulcherrima et admirabilis turba uirtutum: quibus ut semp inseruias tibi sit ubiq; ꝓpicius illarũ effector et doctor Iesus christus optimus maximus: sine quo Superbiæ aut dementiæ obnoxiũ est quicqd molitur et tentat humana cupiditas. Hæc sunt fili: quæ ut ad te scriberẽ mihi primũ i mentẽ digitosq; uenere. Tu te uero his non aquiescens potiora scrutabere: quod ut facias et hortor et rogo. Generosis tamẽ et dulcissimis adolescentibus fratribus et patruelibus tuis et præserti Sigismundo filio mihi charissimo: qui adhuc puericiã agens signum ingentis probitatis et spem futuri Oratoris sustulisse uidetur: hanc nostrã cõmunem epistolã facies. Clarissimis uero et optimis parentibus ac patruis tuis me totum trades et cõmendabis: quorum memoriã præsertim inter oradum fideliter seruo. Vale mi fili et summæ spei Adolescens. Mantuæ ex sancto Vito. Idibus Augustis. Mcccclxxv.

Optima imprimis et uetera lege. Quo fine discendum.

Ad Franciscũ Teruisinũ patrẽ et Concanonicũ: ut scribat et de Cambio desyderato Epistola. LII.

q Vammulti dies prætere dum tuas nullas accipio. Sane magnus Saturni annus mihi iam esse uidetur: ita illas opto: ita desydero. Exple itaq; improbam meam auiditatẽ: eo iustiorem: quo amãtiorem. Amore certe sanctissimo nulla uis maior: quoniã nisi ambrẽ amor ipse desyderat: aut quæ fructũ redolent et

suauitatem amoris. Omnia bona atq; fœlicia cum tibi optem Cam biū uuum intendo: quo ita beatus plenissime es: ut apud te nullum habeāt cæteri locū/ neq; possit quisq̄ illo sine te frui. Illū uel nobis iā redde uel fac ad nos diligētius: cū alterius: tū utriusq; nomie scri bat: cuius aurea uerba semp admiror semp exosculor. Scis. n. quā/ tū animæ nostræ in eo situat: quo uiro in rebus hūanis nihil sane su auius gusto. De multis aliis mihi pfecto esset ad te scribendū Fran cisce charissime: Sed cū limo aurum nolo confundere. Vale itaq; pater: et Cambium ex me/ ac Io. Philippi fratris mei nomine exoscu lare atq; complectere. Veronæ pridie klls. Octobris.

Cōmendaticia ad Philippum Camerinum Pro Amideo Motitagna Epistola. LIII.

t Vo omni sancto cum grege te opto bene ualere optime/ ac suauissime patrum: nosq; omnes ualemus etiam. Amideus Montagna unus omnium Conciuium meorum mihi clarissimus istic exul agit: uir sane egregiæ bonitatis: et honorabilium di/ etum plenus: a quo nemo unq̄ uel offensus uel lacessitus auditur: Sed filii culpa: qui laxiore lingua quædam iactauit inter æquales in grata Senatui: exilio plectitur: cupit per me tibi charus fieri: ad mo nasterium sæpe diuertere. colloquia interdum sancta miscere cum fratribus: Cum magnificis istis Venetis nullum habet commerciū familiaritatemq;: siquidem mores: studia: exercicia dispartia sunt. Vnum et tantum solatium relinquitur Religiosa conuersatio. spi/ ritualisq; deuotio. Non te tenebo diutius. Quantum me amas: eū tantum omni officio. pietate. humanitate et solatio recrea: et quod optares me facturum pro iis: qui tibi sunt chari: id ipendat in hunc Senem benigna Charitas tua. Vale.

Ad Bernardū Iustinianum Patriciū Venetum summæ auctoritatis et sactimoniæ Virum suasoria ut sacris ordinibus Christi per exactiones attritis in Se/ natu ferat auxilium. Epistola. LIIII.

Nter omnes cogitatióes:quas mecũ de uiris optimis: iisdéq;
i sapientissimis interdũ habeo:nuq̃ de te cogito:qood cre/
berrimũ mihi est Bernarde clarissime:quin toties de singu/
lari tua/ et prope diuina uirtute:de doctrina.de ingenio. de sãctita
te.de moribus:quæ omnia in te certe non sũma mõ : sed nimirum
incredibilia esse uidentur:non mihi uehementer sit admirandum.
Multos sæpe lego : quosdã et uideo:amoq; et ueneror aliqua una :
altera ue egregia uirtute : tum colendos:tum imitandos . Te uero
unum non eximiæ cuiuspiam:sed multarum simul quoddam uirtu
tũ specimen/ spiransq; exemplar intueor : et exulto tanto me uiro
charũ utiq; esse:deq; eo me posse sparc/claris humanitatis erga me
signis illectus.Atq; ideo modo/ex me nõ tantum tamen :quantum
quoq; Religiosorũ cæterorũ rogatu: et patauini Pontificis iussu :
qui porro omnes eadẽ in causa uersamur:ad te Ber. confugere nõ
dubitaui:apud quem deplorãda est nobis gratuissima nostrũ: quos
dixi:omnium miseranda calamitas . Tum auxilium pissimum tu
um.uirtus.auctoritas quantũ maxima sane est iplorãda:qui læta/
ri tum præcipue soles:cum uiris bonis et famulãtibus deo officiose
aliquid præstas.Quæ uero tũ Causa nostra sit ista/ per Saluatorem
quæso parumper aduerte :et conquerentibus nobis de detrimentis
atq; uexationibus nostris etiam paulo breuius atq; frigidius :q̃ de/
syderet acerbitas rei bẽignas aures dignatio modestissima idulgeat
et accõmodet tua.Supra sextumdecimum annũ ecclesiarũ census.
piorumq; locorum omnium sibi uẽdicauit Serenissimus iste Sena/
tus:atq; utinam fauste:ut ex uobis pleriq; dictitare ex pietate/et cõ
scientia solẽt:et exinde decimas duas uobis in fiscum singulis cõtu
limus annis:præter quas bimestre quoq; Datiarũ onus :deq; rebus
omnibus quamlibet minimis simul et tributa et uectigalia pensita/
uimus semper.Graues profecto exationes istas nemo non dixerit .
Sed uide amabo prudẽtissime æquissimeq; B . q̃ i te uerissime gra
uiores existant.Has decimas geminas:quas:ut fertur:exigi Papa p
misit:plusq̃ trium haud dubie ualorem et rationem excedũt: quæ
res nisi monstret̃:uidebit̃ forsitan tibi haud posse facile credi. Sed
pfecto ita res est.Nam quibus datũ negocium contra nos fuit pri/
mum quidem ita nos lædunt ꝙ frugibus omnibus etiã qbuscunq;

uel minimis: quæ sub decimatione uenire iure non solent: maiora præcia constituūt: q̄ uendi commutatique ullo modo iam possint. Præterea omnem illam partem: quæ per tributa atq; dacias in uestrum iam cessit ærarium: iterum decimant: ut plane res eadem sub decimatione bis ueniat: quod est improbum. dolosum/et perniquum. Rursus contra diuina hūanaq; decreta de redditibus nostris impensas detrahendas nullas censent. cum sine impensa nullo modo fruges legere/ et assequi quisq̄ utiq; possit. Sed neq; tempestates. neq; siccitates. neq; pecorum mortes. neq; uillarum. tectorūque ruinas. neq; deflagrationes. neq; uim fluminum. neq; plantationum. insitionum. Stercorationumq; dispendia excipi patiuntur ulla. Audi rem crudam. et stuporis et amaritudinis plenā tu mitissime hominū. Vt primum cœperint arua flauescere: ut uitis botros edere: cogimur exactioni de soluendis decimis uadimonium dare: quod qui per amiciciam / gratiamque non inuenit: necesse ei quidem est precio emere: Iamq; uadimoniorū inuenta Mercatura lucrosa est: aliter interdicimur frugibus statim/et datam post breuem temporis moram fit in deprecabilis pœna. Venduntur publica tādem uoce præconis: neque induciis. commodoq; nostro ullus est locus ab improbo ministro/ ditoq; satellite. Sed neq; tantis nostris malis ac detrimentis satis plena et saciata res pu. in nostrum extremum exitium decem uiros nuper decreuit: quibus huiusmodi onerum aggrauandorum adhuc datum negocium est: q uniuersū ecclesiasticum ordinem. gradūq; et dignitatem ad suū forū: suaq; subsellia Venetias euocarunt: nulla cogitatione adhibita id liceat nec ne: quas nos distractiōes et rerū detrimenta subeamus: et quas ipsi censuras icurrant. Qui primū ecclesiasticarū libros rationū et iura exhibere sibi nos cogunt: ut quotquot uiderint a sexto decimo anno ecclesiarum prouentus auxisse/recte fideliterq; tractasse: hos mulcta grauiore afficiant/quasi qui rem suam bene aguut pœna atq; supplicio digni esse uideātur: cōmentantes ab inde citra et insimulātes deip ositis decimis, taxis. et quotis ærariū p nos esse fraudatum: Si non magis conscientias fraudant ipsi suas: qui ea: quæ tunc per Patriarcham uestrum definita fuerunt: p uos approbata, et deniq; apostolica auctoritate permissa atq; assensa: tunc ca/

uillentur ẽẽ acta per fraudẽ/nosq; uexent et inauditos cõdemnẽt : cum sit nemo ita humilis:ita sordidus . ita ridiculus : aut certe ita nefarius:qui ad iudicium si rapiatur:inauditus damnetur:defendi non permittatur:et si poscat:in iudicio contradictorio nõ sistatur. Sed O tempora O mores O retrouersa nostra cõditio. Illustrior christi soboles :et peculiarior domini grex. genus electum . regale sacerdotium . populus acquisitionis exploditur inauditus . uexatur , angitur . spoliatur . probris.conuitiis.minis.terroribus seruiliter afficitur:et quos/uos domini semper honorastis:uestri nunc serui dehonestant atq; ludificant . Est uero per se odiosa semper ois No. exactio:cum aũt exactioni additur uis.adduntur iniuriæ . adduntur contumeliæ . improbis oportet curuari ministris:et ante hos nudis astare capitibus:congeminatur pœna :augetur supplicium : gliscit offẽsio .Audisti hactenus erumnas miserabiles nostras B. magnifice et pientissime:de quibus nundum forsitan satis audieras : aut si audieras:nõ diligenter tamen quanti res sit tecũ ipse cogitaueras . Nunc uero aperte totam rem uides : latiusque etiam proxime uidebis : cum Oratores:qui a uestro omni clero ad serenissimum senatum mittuntur : te primum :et tecum non paucos optimos .religiososq; patricios adibunt :p̃hensitabunt.rogitabunt .pacem semel et uitam cum lachrymis implorantes :quos tu primus benignitate admirabili tua intento animo exaudi : consilio dirige:auctoritate adiuua :et qui te in re pu.amãt/atq; auscultant:quod omnes boni faciunt: eis concilia .Neq; enim tibi atq; iis:qui tui simillimi sunt :maius aliquid/ et dignius cælo dum humana tractatis : oblatum diuinitus est:in quo liceat uberius laudabiliusq; mereri:q̃ pius et uerus dei cultus/et seruandæ augendæque religiõis auiditas:quã qui coluerunt ueneratique sunt : et ipsi fœlices seruati / auctique fuere:qui lacerauerunt:et ipsi lacerati cladibus periere. At ærarium laborat inopia . Truculentissima bælua Turcus hostis ante oculos sæuit.Moles belli ferme tota Venetos premit. Quæ alii neglexerũt : nos iusta et sãcta pro re christiana arma suscœpimus: nostroque sanguine eam tutati : nedum quidem opibus sumus : nec quisquam nobis uenit in socium :neque pecunis : quæ sunt nerui belli : occursat instanti periculo . Nemo harum rerum

uerus existimator ista negabit . Nã et modo in tanto discrimine :
Laus Vene et omni præterito tempore cum casus incidit : uestris copus. uestris
torum classibus. uestris diuitiis : uestroq; cruore multas christianorũ cala
mitates atq; ruinas aut præcauistis singulari prudẽtia: aut ulti estis
summis uiribus uestris: pertinaci infractaq; uirtute. Sed et quãdoq;
ipsam etiam Romanam ecclesiam: cum a barbarico impetu : tũ ab
infidelibus bellis defensatis uestra ingenti pulcherrimaq; cum lau-
de. Quid plura: uos ab omni recordatione et propugnaculum chri
stianorum et murus semper fuistis et Turcorũ illud incẽdiũ: quod
dearsit hactenus ex Græcia in Adriaticũ usq; : sine uobis obicibus
iam totã incendisset Italiam. uixq; hodie templorũ nostrorũ fauil
las cerneremus: quæ tã pia: magnificaq; facinora dum humanæ lo-
quentur hystoriæ : dũ uirtutẽ ipsam stupebũt studiosi et illustres
animi : a nulla sæculorum memoria sint defectura: quæ et ipse ado-
lescẽs domi cum audiebam : iam tum quidem gloriosissima mihi
uidebantur . atq; deincepsper omne insequens tempus nunq̃ de-
stiti: ut potuit semp extollere: Nunc uero ut aueo: sic spero quoq; :
si me nõ spiritus fallit: uos hisdẽ uestris mentis uirtutibusq; serua-
tis deo uobis afflante de impuro tandẽ hoste uictoriã triumphũq;
relaturos. Quare tantam periculorum comunium molem sustinen
tes : tantam simul aflictis rebus spem ostendentes : non iuuandi
pecuniis modo mihi uidemini . Verum ad sanguinem usque uo
No. biscum cuiq; : qui zelo tangitur fidei iudico fore decertandum . At
uero cum his splendidissimis rebus : si recte quidem sapio : et libe
re mihi licet recũ fari: chara uobis esse debet et familia christi: quæ
est semper in acie : quæ semper et dimicat non his : quæ coospira
mur oculis armis: Sed quæ uim inferunt cælo: et auxilia inuicta ad
nos usq; deducunt. Duplex profecto militia: una: quæ ferro multo
que milite continetur. Altera quæ pietate. Lachrymis. Ieiuniis. ora
tionibusque depugnat qua Moises pharaonem: Iudith Olopher-
nem: Ezechias Senacherib: et cælum Iosue superauit. Harum uni
Milites mundi: Alteri milites Christi addicti sunt . et in his porro
No. ut sentit Apostolus : Stipendiis nemo militat suis . Quod si recte
ferrata militia quæ tractat arma mortalia: diuino stipendio sustẽta
tur et alit: cur non æquius quæ christi ẽ spũalis et sacra: quãdo for

tius et salutarius est dimicare inuisibilibus armis/ q̄ hasta qdem mu/
croneq̧ uisibili? Ad uestrā dignitaté et sapientiam ptinet exercitū
utrunq̧ seruare/ uegetare/ curare/ et propensius hunc nostrū eius
ob reuerentiam: in cuius militia nomen dedimus/ atq̧ iurauimus:
qđ maiores uestri uiri optimi studiose curātes pulcherrimū istud
uestrum imperium terra marique diffusum ex paruis initiis ad glo
riosissima incrementa fœlici successu ut euaserit effecere: diuturni
tatemque eam tenuerit: quæ nullis adhuc uel rebus pu. uel impera
toribus/uel regibus legimus contigisse: ut tanta iam sit Veneti no/ No.
minis ubique terrarū celebritas atq̧ opinio: ut nullus hodie popu/
lus sit/qui iure aut uos non colat: aut uos non metuat. Hoc uobis
religio/tametsi cætera preclara neq̧ defuerint: hoc inq̄ religio (Sic
te affari mi Ber. semper audebo) præstiuit magis q̄ arma Vulcania
fabrefacta a Bronte/ uel Steroppe. Refer animum sanum et eru/
ditissimum tuum ad regna cum iudæorum olim tum christianorū
modo. Gentiles hoc loco nobiscum habendi minime sunt (Siqui/
dem Dii gentium Dæmonia) a cultu diuino et orta primum/et p
pagata deinceps atque aucta deprehendes. Contra uero uel extin
cta prorsus/uel diminuta religione neglecta. Etenim christiana re No:
ligio sine imperio sæpe quidem uisa est potuisse constare: immo
et imperia sibi summittere. At imperium christianum sine religio/
ne diuturnitaté assequi non potuisse: quin labens imperiū et ad
ruinā uersū sola pietate/sanctorūq̧ suppetiis cū firmatū tū restitutū
animaduersum est sæpe/ et litteris proditum. Qua profecto de re
si te Bernarde non piget experimentum audire: magnificum faci
nus illud et recordatione sempiterna dignissimum: quod Exodi
habet historia mihi liceat hoc sane loco tecum refricare. amale/
chitæ filios Israel bello in Raphidim adorsi/cœperunt grauiter op/
pugnare. Moises uero conspiratus Israel premi/ trepidare oēs/ad ar
ma ūdiq̧ cōclamari: de utroq̧ præsidio mox cogitauit. Iosue uirū
fide militiaq̧ clarissimum cū robustioribus aliis mandat esse in ar
mis: et aduersus hostes q̄ra ui possunt dimicare. Tum Moises as
sumptis sibi Aaron et Hur mōtis uerticem occupat. Dū in plano Moises.
stringit gladius: dū cōtrariis hastis cōcurritur: dū intorquent in al Aaron.
terutros tela/ et pugna graui Marte cōmittit: euadit hostis longe Hur.

superior. At Moises ratus arma spiritualia quæ diximus plurimum
posse: præcari ardentius incipit: et iunctas manus in cælũ attollere.
Dum orat/ et manus regit immobiles: Israel uincit. Cum orationẽ
manusq; remittit: fit rursũ Amalechita superior. Tanta hac spiri/
tualium uirium Moises deprehensa uirtute/ neq; a precibus cessat:
neq; manus demittit. Sed ab Aaron et hur ne laxetur usq; ad so
lis occasũ utrinq; fulcitur: qua sub hora Deo aspirãte Amalechitæ
partim trũcantur/ partim funduntur/ atq; fugantur: ut quod arma
manufacta et pugnantiũ robur non potuit/ assecuta sit pietas atq;
No. religio. Quare agere satius credendi illi maxime sũt qui eo largius
elemosynas Christi ministris erogare incipiũt atq; contẽdunt: quo
se acrius sentiunt bellis et calamitatibus côteri: ut uirtute pietatis et
precum: quæ semper efficacia et maxima extitere præsidia; sibi cõ
parent uires: quæ superari non possint: et diuinã illam opem/ quæ
debuit a pietate uocari/ non uideantur immanitate quæsisse. At ue
ro exactionibus huiusmodi uideamur esse uexãdi: et hoc tempore
tam calamitoso tamq; funesto putetur utrũq; quærendum. Aurũ/
et preces. Ego illud magna fide et ratione tũ precor et moneo gra/
uius nobis non imponat onus: q̃ ferre tollerareq; possumus: et ut
in ꝓuerbio est. Sic quidẽ deplumet anser ne clamorẽ extollat pelle
conuulsa. Nam illud uerũ est. qui nimis emũgit elicit sanguinem.
Sed neq; ad ultimum ignominiæ tradamur ꝓfanorũ et ĩpudentiũ
satellitum manibus: q nos lõge contẽptibilius atq; deterius hẽnt/ q̃
dãnata mãcipia. Quæ tanta ludificatio unq; nõ ĩ hoĩes solũ: sed et
redũdat ĩ Deũ. Cuius et si nõ satis digne fortasse: ĩsignia tamen de/
ferimus/ q ministros sibi dicatos mõ christos: mõ reges: modo ãge/
los: mõq; et deos uoluit nũcupari: et ĩ ueteri lege nolentes his obe/
dire iussit occidi. Quod si iis olim: qui holocausta uictimasque tra
ctabant: tantum tribui uoluit: quid nostris sane tribuendum pu/
Clericalis di/ gnitas q̃ta. temus: qui diuina sacramenta ore conficiunt: et fidelibus pabula
æternæ uitæ distribuunt? Qui uix susceptos ab uteris matrũ a con
ceptionis labe mox proluunt atq; purificant/ Deoq; et initiãt? Qui
potestatẽ denique claudendi cælũ/ et aperiendi sup homines habẽt?
Sine quibus neq; Christiani tandẽ esse qdem possumus. Sed neq;
ulla re sacra lætari? Horum quicquam nullus regum/ Nullus impe/

ratorum/ Nullusq; aliquis aliqua in Repub. Primas potest efficere:
Soli sacerdotes omnium dignissimi hoc ut possit selecti prædestina
tiq; cælitus sunt: quibus honor et debeatur prope diuinus : et qui
ab aliis accipiant tanquam domini partem/ decimas atq; primitias/
non uero soluant. Non agendi sub iugum itaq; sunt : Sed primis
honoribus collocandi: cōmodisque iuuandi. Quod si curatum mi/
nus hactenus fuit iam per te Bernarde patriciorum optime curatū
iri sane confido. Quod ne differas per spem salutis: quam repositā
habes in cælo: perq; incolumitatem et diuturnitatē imperii: Cuius
causa nihil optimum est: quod sine noxa possis omittere / te rogo
supplex/ atq; obtestor i Christo. Vale: nosq; sic adiuua/ ut singu/
lari beniuolentia diligis. Paduæ Idibus Iulus

Ad Desyderium Vicentinum Concanoni
cum optimum ac Venerabilem De suo libello
de ingeniorom diuersitate/de eloquentia Timothei
Epistola .LV.

Ibellum de uita omni sanctisq; moribus beatissimæ Mōicæ
l Magni Patris Aurelii/ Augustini et fūdatoris pulcherrimi
nostri ordinis huius parētis fœlicissimæ a te compositum :
De quo meum iudicium quærit humanitas tua : legi libenter De/
syderi desyderatissime mihi : Qui quantum de ipso sentiam :
sentiat et mecum Rizonus noster: qui illum legit: amice syncereq;
iudicabo. Multa explorasse : et ex fide ea ordieq; pulcherrimo di/
sposuisse mihi plane uidetur accurata diligētia tua: quæ qualis ex
titerit : quantaq; et gesserit cognitu digna tam sancta hæc / tamq;
memorabilis fœmina lectorē admoneant facile atq; pleniussime. Ve
nustulus quoq; et tener et dulcis tuus est sermo : sed humilis adeo
mea quidē sentētia: ut ipar uideatur Monicæ meritis: nisi forte cō
sulere pusillis sīplicibusq; malueris. Sed porro nihil mihi uidet pos
se satis ornari sine amplitudie elocutionis/ dignitateq; uerborum :
non ꝙ in religiosis nobis ampulosam expompatamque oratio/
nem ita desyderem : ut commenticia phucataq; magis : ꝗ can/
dida et syncera censeatur ueritas ipsa sed ne a cultu sic abhorreat
dignitateque latina: ut penes eruditos euilescat / atque desipiat :

Quod in epistolis magis aduertisti tuis: quas cum lego / iis semper
oblector. Ad carmen potissime natura te genuit: in eo quidem poe
matum genere multum et commoditatis et facilitatis contulit tibi.
Quãdo te peperit mater / affuisse puerpio Musas crediderim: labiaq;
tersisse. Eo et ingenio fratres tui omẽs. Ipse etiam paucis cum litte
ris genitor poetat / ut potest. Aliusq; cognatis: et illis quidem poetis
No. magnis eam hæreditatem puto ad uos peruenisse. Raro uni data
Cicero est et soluti sermonis et carminis laus. Vide Ciceronem et magnũ
Augustinus iter sanctissimos homines atque doctissimos Augustinum / Bernar
dum / et huiusmodi multos. Quã deus bone pingues et dissonos ii
numeros edunt? Vide et Maronem cõtra et Ouidium / et Flaccum /
et Iuuenalem mandasse litteris ferme nihil laxa oratione atque so/
luta: q ea i re nõ Marones / nõ Ouidii / nõ Flacci / nõ Iuuenales uti
que fortasse extitissẽt. Dẽiq; ꝑpertiãs illis uersiculis nihil ẽ clarius.
Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta.
Flãma nec ex æquo ducitur ulla rogo.
Gloria Lysippo est animosa fingere signa.
Exactis Calamys se mihi iactat equis:
quod quare usu ueniat in sequenti quoq; uersiculo lepide canit
Naturæ sequitur semina quisq; suæ.
Eam tamen orationem / quam tu Regii habuisti cum ea in urbe
generale capitulum nostrum celebraretur: probaui semper / admira
tusq; sum. Sic enim impleuit aures omnium: qui frequentes aderãt:
ut nullus uel excreasse: uel a te uultum unquam uisus sit auertisse.
Sed neq; ipse possum satis equidem dicere quanta me exultatione
compleueris: quantumq; permoueris. Illachrymatus sum quando
commemorasti egregias maiorum nostrorum uirtutes / et documẽ/
ta illa præclara: quæ ad conquirendam sanctitatem illi nobis uiri
sanctissimi reliquere. Quorum meritis tanto numero / tantaq; præ
stantia uirtutũ atq; doctrinæ auctam religionem hanc nostram te/
nemus: nosq; ad imitandum excitasti prece / obtestatione / gemitu /
ac defluentibus lachrymis: ut mentes omnium fregeris: et sese coge
re certe coegeris: q̃q̃ pronuntiationi hoc mihi primũ tribuendũ ꝑ
No. Timo. suadeam: quæ in oratore prima pars quidem atq; potissima est.
Quod sæpe tu mecum de magno Timotheo nostro sic esse cen

suisti: quem cũ audiremus: non hominis uerba: sed oracula nempe
diuina audire uidebamur. Quoties Vir ille suauissimo eloquio et
admirabili suo euulsit nobis animas: et in omnis quas censuit affec
tiones illexit/ et rapuit: ut illũ non tam hominẽ/ q̃ angelum dicere/
mus? cuius post conciones speciosam imaginẽ/ uocẽ/ motus gestus/
inenarrabilemq; dulcedinem ubiq; inspicere: ubiq; exaudire: ubiq;
degustare ad multos inde dies tanquã præsentes equidẽ uideremur?
sed nunquã tamen quanq̃ scribere delectaretur/ et scripserit/ assequi
potuit/ ut calamo æquaret eloquium. Sed ad te redeo Desyderi cha
rissime qui si non ita publicasti codicẽ tuum istũ: ut illum ad te iã
nequeas reuocare: equidẽ uelim longiore lucerna illũ recognoscas.
Addas asciã. Addas dolabrum. Addas et amicam cuiuspiam manũ
atque iudicium: ut cum peruagabitur: nihil in eo sit: quod graui/
bus eruditisq; displiceat. Ex fide et charitate non ficta dixi quæ sen
tio. Atque utinam semper ego te meis in rebus uti possem censo/
re ac monitore. Quod facerem pene quotidie: si nos alpes non
diuiderent tuscæ: aut alatis pedibus essem. Vale: ac mutuo Mi De
syderi ora: communiq; pro fratre: qui Salutem in domino tibi plu/
rimam dicit. Veronæ. VIIII kallendas. Martias.

Ad Illustrẽ Gulielmũ Montisferrati Marchionẽ ut
cohibeat ab iniuria fratrẽ Epistola. LVI.

Raui profecto iniuria ordinem nostrum affecit Illustrissi/
g sime Marchio Cardinalis Reuerendissimus tuus: qui nul/
lo quidem/ quod sibi competat iure: sed neq; culpa a nobis
lacessitus ulla: nos nostra de ecclesia Castelleti: quos tueri par fue/
rat/ armata et quasi hostili pepulit manu. Nunquam ipse credidis/
sem Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalem/ eum præsertim: q
a tam illustri sanguine ortum ducit: quiq; nostro olim hospitio no/
stroq; contubernio tam sæpe/ tamq; amice usus est: quem deniq; ip
si incredibili charitate/ ueneratione/ cultu/ ac seruitute etiam prose/
quebamur: et a quo æque diligi admodum lætabamur: eo loci
deuenire potuisse: ut proposito aliquo sibi commodo/ aliqua ue
lucri spe nos deuotissimos illi: nos de eo et meritos: nos Christi mi

Vox di gnissima.

Poggii in genium

No.

Vis hone statis

nistros: nos suos etiam apud Deum precatores inuaderet / im / peteret / expoliaret. Ad quem rem istam meditari iam incipi / entem / cum patres misissent quosdam de Concanonicis nostris gra ues et idoneos uiros: qui eius amorem et solitam gratiam posce / rent: docerentq; ecclesiam ipsam prorsus nostram esse / semperq; fu isse. A fundamentis positam dicatamq; Regularibus nobis: ac de inceps per omne tempus a nobis possessam / cutatamq;: te postremo ut benignissimus es: ita benigne annuente annexã ceu mẽbrũ Ale xãdrino monasterio nostro ad eorum sumptus et uitæ subsidia qui admodum pauperes eo in loco seruiunt Christo: Ille inquit (Andi / audi maxime et sapientissime Princeps) inter reliquos Cardinales tenues reddiuis habeo: conductam precio domum habito. Quæ / renda ne mihi in Gallia atq; Britania beneficia sunt / cum ea domi habeam: quæ alieni occupant? Ingenio Poggiano / atq; licentia hic opus esset ad respõdẽdũ. Sed ipsi erubescimus / atq; cõfũdimur: q uiro pilleato defenimus: qui genus illustre reueremur sui: qui te tandem inclyte Marchio et æquissime princeps: cuius frater est / ue / neramur et colimus. Audiat iterum Dominatio. Illu. tua Vos in / quit ædem istam per surreptionem impetrastis nõ integro expresso ualore. Proh Deus imortalis. Quid sua interest cauillan res q̃ti sit: quæ est omnino / ut diximus / nostra? quã q̃ alienum ab omni quidẽ ueritate est / quod insimulat: quoniam quantus tunc erat: cum hu / iusmodi facta est unio: ualorem expressimus / patefecimusq; ad un guem / et si modo per industriam redditus ipsi aucti sint nostram: Stet nobiscum iam Dignatio sua reuincenda (pace illius dixerim) facili opera / facilìq; labore. Non condemnet inauditos: non eiiciat indefensos: non abutatur pro iure potentia. Non uires / non fortu nam exerceat ad nocendum suam. Pereũt quidem omnia ubi quã tum auet cupiditas: tantum potentia concedit. Quis bonus aut sa / piens duxerit ullam rem tanti: aut lucrum ullam tam expetendum: ut illius causa se poluat rapina uel fraude? Aut sane quis tam im / probis moribus / qui si fiat comparatio inter honestum et commo / dum: non commodo anteponat honestum? et non testimonio illi euangelico credat. Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur: animæ uero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit

homo pro anima sua commutationẽ? Non tam fidat q̈ rubro cri-
status est pilleo: q̈ uiribus præpollet:q̈ in Marchionatu res agitur:
q̈ negocium sibi est cum religiosis et imbecillibus uiris:q̄ interdum
cogitet Dominatio prudentissima ac Reuerendissima sua nihil la-
tere Deum: Non irrideri. Non falli. Non decipi:quin illum pusil-
lis etiam nobis in psalmo polliceri. Propter miseriam inopum et ge
mitum pauperum nunc exurgam/ dicit dominus: q̄ et illud diuinæ
sapientiæ animo uertat elogium: Potentes potenter tormenta pati-
entur: q̄ fabellam leonis et muris meminerit: Cum uiolenter iura
nostra depresserit:nostraq̈ bona diripuerit:se sciat (Si malū quod
inuitus facio præsagire licet) aurum rapuisse Tolosanum/ uineam-
q̈ Nabuthæ.quod periculum/ut ab eo Deus cælestesq̈ prohibeant-
tuam omnes imploramus fidem/tuum auxilium tuaq̈ auspicia ex-
cellentissime et æquissime Marchio: Cui et potestatem et habenas
imperii concessit Deus optimus Maximus: ut sis qui frenes/ et mo
derere impietatem malorum: bonorumq̈ innocentiam foueas: ac
tueare. Qui a nobis tam apertam tetramq̈ iniuriā si singulari uir
tute et insigni bonitate depuleris tua: quod ut facias: te per bea
ta Saluatoris uulnera/perq̈ æternam tuam salutem et cælestis regni
partem rogamus supplices. Tum te scito Gulielme Illu. maximum
Deo sacrificium obtulisse:nosq̈ tibi perpetuo ascripticios seruos/et
apud Deum/quantuli quidem sumus precatores uendicasse: Deni
q̈ fratri et nomen et laudem conseruasse: qui quāto in sublimiore
est positus uel fortuna uel luce: tanto delinquit grauius/seq̈ defor
mat. Vale fœlix atq̈ inclyte Marchio: nosq̈ sub alas confugientes
tuas serua/ac protege.

Ad Reuerendissimū Dominū Theodorū Montisferrati
Cardinalē nomine ordinis Epistola LVII.

m Agna nos certe admiratio cœpit Reuerendissime pater et
Domine q̈ benignissima Dominatio tua nos sibi filios:nos
sibi seruos:nos sibi religiosorum omnium quondam charis-
simos nulla nostra equidem culpa per solam iniuriam de nostra Ca
stelleti æde uiolenta eiecerit manu. Si cæteri omnes nos iuasissent:

rati te unum fuissemus nobis patrocinio affuturum: et pro nostra
uel laude uel commodo ad sudorem usq; dimicaturũ: et ad te præ-
sertim tanq̃ ad nostrum confugissemus certum/ac singulare præsi-
dium. Quod et nunc quoq; facimus/ tuam opem implorantes con
tra temetipsum: qui si ante cogitasti uel iniuria uel detrimento nos
afficere: nunc tandem subleuare atq; erigere bonitate ac uirtute de
No. liberes tua. Neq;.n. diu obesse potest uir bonus aut sapiens. Si nos
lædis/ te lædis: quia sumus omnino tui. Si nos laceras / te etiam lace
ras: et quod est grauius/ fœdas: quem tanta in luce et gradu colloca
uit optimus Deus: ut non possis uiolare iusticiam: exercere impro-
bitatem: aut indignum aliquid pro libidine gerere: nisi tuo cũ sem
piterno dedecore/ et indelebili calumnia laudis et nominis: a qua la
be teterrima/ neuoq; fœdissimo magis debet abhorrere dignitas tua
No. q̃ ab ipsa profecto morte: cum satius equidem sit mori cum laude/
q̃ uitam cũ ignominia ducere. Illud quoq; animo subeat generosis
simo ac Christianissimo tuo/ nos qualescunq; licet esse tamen chri
sti ministros: qui contestatur et inquit. Quod fecistis uni ex mini-
mis istis/ qui in me credunt: mihi fecistis: et qui uos recipit/ me reci
pit. Et qui uos spernit/ me spernit. Parce igitur pio generi / et ꝓpi
us res aspice nostras: qui pius semper fuisti: qui sanguine et generis
gloria iter omnes Italos emines. Tuæ sit laudis/ nostræq; fœlicitatis
nos dulces quidem tuos filios/ ac deuotissimos/ saluos esse apud do
minationem Reuerendissimam tuam. Pro cuius salute et ipsi inde-
sinenter oramus. Vale.

Ad Aloisiũ Anthillã iureconsultũ de dignitate ac laudi-
bus illustris sui Gulielmi Epistola LVIII.

Vdierã multa de illustri atq; inclyto Principe tuo Anthilla
a optime ac amantissime: quæ ad eum amandũ me sane uehe
Gulielmi laus maxima mẽter ĩpulerant. Sed ubi nuꝑ mihi licuit illũ et ĩtueri et al-
loqui/ uisus est mihi unicus: quippe q ceu Sol inter sidera: sic inter
omnes Italiæ princeps emicet dignus non modo angustis Mõtisfer
rati finibus: sed diademate fœlicis Italiæ. in quo ipso quid primum
admirer / an summi imperatoris laudes: an optimi principis orna-
mẽta: an uiri modestissimi ac christianissimi dignitatem haud faci-

te intelligo: quẽ sane aut colloquentẽ/ aut tacitum audientem: Ince
dẽtem etiã uel accũbentem/ maxima minima ue obeuntẽ speciosum
perpolitũ/ admirabilemq; semper inspexi: ita in eo simul exsistunt/
amiceq; conspirant egregia omnia et fortunæ et corporis et animi
bona. Cum ad eũ admissus sum: subdubitaui equidem mi Aloisi/
ne mea contra Cardinalem ad se iam offensus epistola toruo me q
dem intueretur oculo: essetq; ueritas odium in me paritura. Sed op
timus ille/ et improbis affectionibus liber/ et epistolam extulit: et fra
trem ipsum ingenue culpauit: plura in eum congetens atq; obiec/
tans: suãq; nobis operam spondens. Discessi ab eo (tibi fateor) stu
pore correptus/ et illius amore/ ut ita dixerim ebrius. Per omne iter
de illo meus inter comites sermo. Me quocunq; uertebam: tum in
tueri/ tum audire illum uidebar/ sic hærebat infixus pectore uultus/
uerbaq;. Quanta Deus bone est uis probitatis atq; uirtutis. Verũ
quidem est: quod tibi narro præstantissime mi Anthilla/ atq; charis
sime. Multos clarissimos uiros multos etiam proceres plerunq; colui
admiratusq; sum: ut plane nosse te puto: Sed isto tuo principe Gu
lielmo inclyto/ et fœlicissimo nihil memini unq̃ me gustasse suaui/
us/ atq; iucũdius. Vincit humana: uincet et cælestia propicio Chri
sto: si quibus artibus et uirtutibus cœpit: nunq̃ desinet sibi moliri
iter in cælum. Tu mihi beatus Anthilla uideris: qui tantas post re/
rum tuarũ uarietates/ et tam crebra uitæ naufragia tenes hunc tutis
simum portum quietis et laudis: ubi in gerendo magistratu tuenda
q; iusticia non est tibi opus flagitiis improbæq; libidini animum
flectere atq; summittere. Sed æquitati/ iusticiæ/ fidei/ sapientiæ/ ueri
tati inseruire facile potes: ad quas nempe uirtutes et laudes genero/
sus et modestissimus animus semper anhelauit ac deflagrauit tuus.
Redde bonorum omnium largitori deo immortales et maximas
gratias: et concesso tibi bono pie sancte religioseq; fruere. Hanc
de te quoq; principe gratulationem ab ingẽti charitate erga te mea
proficiscẽtem amico/ ut soles gratoq; accipe animo: et me/ si dignus
tibi uideor/ tam summi atq; optimi principis meritum facito grã/
ua: de qua primum in nos signum illud eluceat/ ut a nostris cerui/
cibus arceat uim atq; iniuriam Reuerendissimi fratris/ illum de in/
tegro litteris admonens/ ut iterum fecit. Vale.

H.iii.

Ad Io. Philippũ fratrem de fœlici malorum tolerantia Epistola. LVIIII.

t E audio ex more uiuere / et effectum non tam circũferre q̃
raptare corpusculum. Lõgissimum profecto supplicium / et
quod iam tibi insanabile fortasse uideri incipiat teq; tandẽ
uel frangere animo / uel fatigare facile queat. Sed ꝓfecto est mi ue
nerabilis et charissime frater tota Sanctorum fiducia: ut longo iam
De fœlici malorum tolerantia — tempore in libello de tolerantia malorum tecum diserui ac disputa
ui: in perferendis aduersis posita / ac constituta. Ingens namq; uis /
cruentusq; labor / ac dies longa / et plena malorum coronas beatas
conflat / et excudit prædestinatis Sanctorum capitibus: neq; sacrifi /
care quisquam deo holocaustoq; litare digne riteq; potest: nisi cum
Iugulũ atq; Ignis — iugulo / assanteq; igni: Sed neq; ad cælum eniti nisi profusione su /
Imbecilis — doris et sanguinis / ac diuturnæ patientiæ lacertis / uiribusq; in subli /
me delatus. Itaq; fit / ut qui tenui ac dissoluto sunt corpore / tolera
No. — rare conueniat: lætasq; deo gratias agere: qui autem ualido labori
Valide — bus assuescere / grauiaq; ac difficilia sibi ipsis imperare: quoniã ar
duus / et salebrosus est callis: qui ducit ad uitam. Planus ac mollis /
Christi membra — qui ducit ad mortem. Qui membra sunt Christi / bibunt de calice
Christi amaritudinẽ / atq; dolorẽ: Qui mẽbra sunt Dæmonis de ca
Diaboli membra — lice Dæmoniorũ bibunt uoluptatẽ, atq; delicias: inter quos interest
tantũ / quantum inter uitam et mortem / salutemq; / et perditionem.
Paulus — Ex quo Apostolus grauiter quidem inquit et scite. Qui seminat
in carne de carne metet et corruptionem: qui uero in spiritu semi /
nat / de spiritu metet uitam æternam. Fieri non potest / ut homo
sit beatus ex corpore: quoniam propria atq; præcipua hominis ra /
Homo in quo beatus — tio corpore contineri minime potest: magis autem ueri et interioris
hominis / ceu operimentum: et induuiuus / ut ita dixerim cortex est
corpus: concessum animo tanq̃ seruitium ad promerendum. Vnde
Salustius — Crispus optime quidem seruitio corporis imperio uero animi ma /
gis utimur inquit. Alterumq; cum bæluis: alterum cum Diis com /
mune est. Quare / si quod uerissimum profecto est / homo cæleste si
mulacrum est: Dei formam præseferẽs atq; imaginem: consequens
omnino ac necessarium est: ut ad corpus hoc non referatur: sed ani

mum: per quem homo est maxime homo: similisq; et comparabilis Deo. Parua ergo admodum nobis de cortice cura: paruaq; cogita/ tio. Abigatur malorum impendentium timor. Amor carnis faces/ sat/ et sanguinis. Pars hæc nostri/ lutea et moribunda / elementis cō plexa et agglobata contrariis beatitatis per se nequaq̄ ē capax / nisi quantum animus ipse diuinus et sempiternus illam afficit gloria. Datus nobis sensus est: qui acerbissimos dolores/ dirosq; cruciatus capiat/ ac patiatur: quo per exercitationem uirtutis superando attol latur animus ad ea Deo miserante consequenda: quæ ut scriptum est: nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec pectus unq̄ mortale per/ cœpit. Scias itaq; charissime mi frater ac modestissime mala ista nō esse/ neq; ulla nobis ratione fugienda: quibus deus ipse architectus humani generis et amator / electos/ charosq; suos dignos putauit. Expauescere itaq; morbos / uel fortuitis tristan calamitatibus/ phor rere ludibria/ iocos morsusq; fortunæ/ infidelis esse uidetur/ ac uirtu tis naturam penitus ignorantis: quæ potens quidem est aduersa eti am omnia sibi substernere et uictrix tanquam attritos hostes terro/ tes/ cruces/ ignes sub iugum fœliciter mittere. Sed philosophiam is tam: qua Stoici quondam ipsi etiam gloriati sunt: nosq; deinde Christum secuti/ constantius magnificentiusq; tuemur: alias/ ut an te dixi in dialogo tecum meo latius attigi: quem quoniam in mani bus habes: potes mecum facile esse / teq; solari cum iis. Quare no stra hic claudetur epistola: cum illud unum te monuero adhuc fra ter et anima: Ne prospera stultis inuideas: quæ sunt illis commu/ nia cum mutis. Vale: meq; uicissim tuis orationibus adiuua. Bono niæ ex Sancto Ioanne in Monte kalls. Nouembris.

No.

No. tim patientiæ

Dialogus de pferendis aduersis

Ad Seuerinū patrem de suaui bonorum consuetudine: qua nihil est in uita beatius. Epistola. LX.

Ervas ueterem tuum morem uenerande ac suauissime mi S Seuerine: ut perhumanus erga me sis: In quo quantum mi hi ipsi complaceam/ atq; adgratuler/ uerbis ullis si explicare contendero / haud facile consequar: quoniam quidem quanto tu uir sane humanissimus, atq; optimus de me benemereri studes: tan/

to equidem ipse tua delector uel dilectione uel gratia : nec uenit in
mentem quid huic possim gaudio tanto meo (humanũ dico) satis
anteferre. quid enim dulcius: quid preciosius: quid admirabilius no
No. bis esse potest: qui terrena comtẽpsimus: consuetudine eorum homi
num atq; amore: qui eximia quadam imprimis sanctitate singulari
deinde ingenio / et sacrarum litterarũ peritia pollent / ornatiq; sunt?
quorum cũ litteras accipias aut sermone fruare uel doctior uel meli
or semper euadas : quos deniq; quasi metrum inspicias / ac signum
quoddã: quod ipse sequaris? Queramus aliquid melius : si inueniri
iam potest i rebus humanis. At imagine / simulacroq; diuino gran
dius nihil / admirabilius ue excogitari licet. Quas tu mi Seuerine
uel opes / uel uoluptates / uel honores / uel regum sceptra / uel nostro
rum diuorum principum mitras ei antetuleris uiro: in quo p affini
tatem / ut ita dixerim / quãdam speciem ineffabilem Deum quidem
ipsum intueare / adoresq;: cuius uariis pariter ac suaue olentibus uir
tutum odoribus per sublimia deducaris atq; cælestia terrenorũ itero
blitus? Sic Paulos: sic Nicolaos: sic Fulgentios: sic Theodoros Mar
tinos / Cambios: ut reliquos uiuentes non prosequar: odorati quon
dam admiratiq; sumus: admirabitur et deuota posteritas. His ita p
motus me tibi plerũq; optimo et innocẽtissimo homini / et mihi ue
nerando / ac deuotissimo in domino patri præsentem quidem exop
to. Charitatemq; amabilem tuam dulci desyderio prosequor / et ta
cita cogitatione complector: sed accessum nihilominus ad te meum /
quem tu benignus tuis ad me humanissimis et ornatissimis litteris
efflagitare non desinis : neq; profecto aliter uel polliceri / uel dene
gare audeo: q̃ is põt / et debet: qui arbitrio uiuit alieno: quiq; uaria
uti me nosti: ualitudine crebro imutatur : cui pruina / hibernumq;
gelu: lutosum præterea iter / ac lubricum horrori sane non esse non
potest. Domestica quoq; et ea quidem generosa / ac sancta: quæ mi
hi semper arridet Generalis patris et Bartholomæi nostri consuetu
do: quibus non modo utor: sed ueluti diuino quodam bono delec
tor: diuersionem meditari neq; me sinit: cum ii præsertim me nõ de
dignentur: sed uicissim colant / atq; confoueant: Inuitationibus au
tem tuis usurus aliquando sim / necne: humanissimo tamen tibi mi
Seuerine gratias ago dulces et maximas.   Vale.

Ad Cambium Generalem ordinis patrem familiaris iocosaq; Epistola. LXI.

c Ogitaui ad te scribere sæpe dulce caput/et pater: Sed qui ad te iret (dispereant Turci) nemo occurrit mihi iamdudum. et multa quidem seruata memoriæ comminiscor / et refrico animo: quæ hora etiam nunc antelucana somnolentior ex matutino intermittere equidem cogor: illa tamen fortasse resarturus: cum æquinoctium uigilias longiores nobis attulerit: nec pulices tã procaci licentia audebunt somnos abrũpere/et turbare diem instrepitans iuge ci ci molesta cicada. Tu montibus lætus / cæloque sereno his me palustribus illuuionibus damnasti pater et princeps: ubi in caput meum Culicum iratus populus coniurauit: uix quidẽ ut possim ab aculeis oculos/et lucernam a turbine circũfusso tueri. Quare duorum uel mensium ad scribendũ paciscor inducias. Tu interim fruitor sublimi colle sancte atque perbelle: et aliquid supra facinus uisionũ Ezechielis Dei plenus meditare. Mihi uero (quod uoluisti) erit tantisper res rustica curæ: et uillicus corilos sequar / baccas/humilesque miricas. Verum id sane non ioco: quod uos patres fratri estis per me confici posse: Fundos S. Pelegrini Cæsenatis a Ceruiensi Episcopo recepi: qui omnes post Principis obitum publicari fuerant: et fisco ascripti nullo super hoc facto dispendio uel rerum / uel nominis. Alias et grauissimas lites/atq; diutinas sædaui/compescui/extinxi dexteritate / non ui: quo quidẽ opere ois lætata est Ciuitas: et gratas uoces dedit in cælum. Pergo ad alia nõ nulla: quæ cerebrum/diligentiamq; desyderant: si satis ea uirtus in me iã fuerit: Sed paternis et sanctis tuis nos precibus adiuua. Vale: æternum lætus in domino uiue. Rauennæ. iii kal. Augustas.

Facete

Ad Philippum Camerinum Concanonicum de uisitato Inclyto Federico Vrbinatum Duce uarioq; itinere Epistola. LXII.

p Rouincialiũ uisitationũ munus obituri Ambrosius Mediolanẽsis et ego ex Arimino Vrbinũ concessimus: et Federicũ

ducem magni ſplendoris/et uirtutis eminentiſſimæ/uirum ſalutaui mus : a quo complexi humanitate adeo incredibili ſumus : ut ipſe non modo /et qui adstant omnes : ſed parietes quoque laquearia q; palatii ex tanta principis ſerenitate nobis uiſa quidem ſint arriſiſ ſe .Non ſemel : ſed iterum / atq; iterum in amplexus nos excepit / et preſſit . Commemorauit epiſtolam non parua cum laude : quã ad eum dederam ex generali Synodo noſtra in petitione ſuæ Eugu bienſis eccleſiæ: quibus ſibi factum ſatis eſt faſſus ingentie in his : quæ ipſe non admodum caute /prudenterq; petiſſet: quod ingenti equidem nobis lætitiæ fuit quietum illũ dimiſiſſe litteras noſtras . Deniq; reluctantes nos /et abire uolentes coegit hoſpitio:uoluitq; biduum Vrbini teneremur : Vbi primus :qui illuxit dies:datus eſt totus in luſtranda aula · quæ admirabilis ſurgit amplitudine / ma

Aula Vrb .

gnificentia / ſymetria / et cultu : per quam ille nos ducens/magnã diei illius partem conſumpſit . Poſtridie uero libros omnis : quos curat/et ſeruat ſeorſum a curia unus ex ſcribis/donec bibliotheca ha beat ĩ palatio locum:ſcrutari nos iuſſit:quibus nihil admirabilius: nihil omnino ſpecioſius in libris uidimus unq̃ . Inde digreſſi / per reliquum Picenum Firmum appulimus :ubi nunc ex more fratres uiſitamus/et confirmamus in domino.Q nibus ad triduum(ut pu to) dimiſſis/per Apuliam Tremitanam noſtrã:quæ Diomedis oli: petemus inſulam.Inde Neapolim Romamq; tranſibimus .Mitiſ ſima enim hyems / nullo gelu rigẽs /nullis ĩbribus tardans iter ma gnum adiumentum attulit ſuſcepto labori . Habes quod roganti tibi mi Philippe promiſi/noſtri rationem itineris.Cum alta Capi / tolia retigerimus/tum ſcribam maiora etiã de romãis rebus noſtris: iiſq; maxime :quas ſuſcipere ex officio nos oportet:et tu mihi ma gnopere commendaſti.Salutabo ex te quoq; eos oĩs:quos mihi in iũxiſti aulicos ſacros:quorum gratia atq; auctoritas ſuffragari for taſſe nobis admodum poterit. Tua deuota interim et ardentiſſima charitas orare ſit memor:ut rebus bene geſtis ad uos ſalui tandem reuertamur .Vale. Firmi pridie idus Decembris.

De reſtituta nobis Eccleſia Caſtelletana ad Gregoriũ Pla centinum Conçanonicum Epiſtola .LXIII

T ad te sæpius scribã uehemẽter optas Gregori charissime:
u quod facio admodum raro:quid scribam noui nihil habẽs.
At hodie cum a romãis fratribus acceperim litteras optatas et iucundissimas/ quidem tu mihi protinus in mentem uenisti: qui cum cõmune gaudium impartirer:quod est de recuperata Castel/letana ecclesia nostra:de qua non leuiter concertatum est cum Cardinali Montisferrati multos iam dies.Scribunt enim cum opera et diligentia nostra apud Marchionem fratrem/magnæ sapientiæ/et gloriæ principem:tum orationibus gemitibusq ad Deum iamdiu perpetuis Cardinalem i ueterem gratiã nos admisisse:et q̃ inclemẽter spolium nobis tulit:tam clemẽtissime restituisse:et quidẽ cũ au/gumento et fœnore:nedum/ut sane fuerat integrum. Est enim in Marchionatu collis: quẽ incolæ Cretam appellant: et in eo collæ ædes posita Virgini: ubi signis et salutaribus auxiliis abundat pia atq; beneficia: ut eo non modo confluant indigenæ/atq; finitimi: sed undiq; remotissimi populi.Eam spondet nobis se esse daturũ: imo ut accipiamus ẽt propensius rogat: ubi Virgini seruituri con uentum habeamus/ ipso Castelleto nostro ceu membro addito ad fratrũ necessitates et uictũ. Id tamen opus conducat: nec ne/ipse non definierim: Sed hoc patrum esto iudicium: qui futuri sunt rerum nostrarum omnium moderatores et finitores in generali capitulo. Sed nos mi Gregori cogitemus nunc tantum: q̃ prospere atque perbelle periclitantem rem nostram uertit pius ac benignissimus Deus :et quantum ualet afflictis in rebus cum prece sollicita/ et pertinax cura :propter illos equidem dico / qui censebant cum Cardinale haud esse rixandum : quasi sic obdurasset / stomacum que signasset : ut a cupiditate flecti non posset. Sed ego recte ua/ticinabar: quando ad eum scribens/ uirum generosum et magnũ asseueraui diu obesse non posse : neque in uitio præclara morden te natura longe mansurũ.Sed neque mihi improbũ uidebatur/hominem religiosum et sacrum suis in rebus recte/ honesteque peten dis fatigari. Hæc tibi hactenus de castelleto recepto iucũda confabulatio. De cæteris uero rebus/ uel communibus/ uel domesticis nostris nihil habeo :quod serius scribam.Vale:et nostri ad Aram Domini sæpe memineris. Bononiæ. V.kal.Martias.

Ad Cābium Generalem patrem de coutumacia fratris unius Epiſtola . LXIIII.

I bene uales decorū caput:admodū lætor. Nos ſalui omnes
ſ etiam ſumus beneficio Chriſti. Patauus ille noſter: ſi poteſt
eſſe noſter:qui i re aliqua bona nunquam eſt ſuus: recuſat
nobiſcum Rauennæ eſſe:non mei cauſa: a quo neq; re/neq; ſigno
læſus eſt unq̄:ſed quorundam inquit:qui facile omnia quæ facit:
in malum uertunt/ atq; deprauant. Ego tamen perſuaſurū me illi/
ut perſiſteret/non deſperabam: quando leuiſſimus et incōſtantiſſi
mus ille elapſus eſt mihi:aſſerens,ut ex illo Lucretius retulit/ ſe nō
eſſe rediturum:niſi obedientiæ ſanctæ præcepto iuſſus et coercitus
a te patre Primario:adduciēs ſimul quæpiam abſentis fratris Paduæ/
atq; Venetiis quæ curet/ſe habere negocia. Durus articulus:ut co/
No. gatur ad ea:quæ pertinaciter denegat. Infectus ſtultitia ad ſanitatē
ſi ducitē: neq; minus prodigioſum uideri ſolet:q̄ cum ſapiēs iſanit.
Ego illo facile carebo:ſi non lucrum putabo a nobis procul abeſſe:
quem etiā/ſi ſteriſſet/patria charitate ſeruare fouereq; non deſiiſſ/
ſem/miſeratus illius paupertatem ingenii. Tu rerum dux:ut potes:
homini cōſule. Cæteri ad unum ſancte atq; fideliter domino ſerui/
unt:quorum meritis atq; uirtutibus frigidus ipſe ſæpe quidem icē
dor:gaudere uero non deſino . Vale

Ad Gabrielē Pœtā Bononiēſē nobilē familiaris Epiſtola. LXV.

E tuis litterulis præter cætera interrogas ſpectate/ornatiſſi/
m meq; uirorum:Quid cauſæ eſt/q̄ Iacobus Magnanus cōci
uis et familiariſſimus tuus/cum de me loquitur/Matthæum
compatrem dicit: quando Religioſis nobis ciuium compaternita
tes conflare atq; inire/uel more/uel iure uideatur haud eſſe laudan
dum:quin fortaſſe prohibitum . Narrabo rem tibi : ſi ille non fe
cit: aut tu ſi me tentas / aut ioceris ut rideas . Cum noſtro in Vi
ctoriano amœniſſimo ſeceſſu atque perfugio offenſus frequen
tia / popularique tumultu / per eos dies quibus illi natus eſt fi
lius / ipſe diuertiſſem: rogatum miſit me Iacobus / et quidem ma

gnopere / ut in urbem descenderem : et filium ex se genitum sacro baptismatis fonti admouerem : essemque et filio pater / et sibi com pater. Accepto nuncio neque a nsu neq; ab admiratione cohibere me potui. Et heus tu bone uir renuntianti hoc mihi plane respon/di : unde Iacobo de me religioso homine hæc cogitatio : hoc desy derium : hocque consilium ? Cu ille amorem præcipuum persuade pater utique tibi : atq; etiam ut beatis tuis manibus inicietur Deo charissimus filius. Tum ego tedio inq̃ ad dulcem Compatrē me/ um : eique refesto non unius huius : qui modo natus est : sed eorū omnium : quos multos habet : me fide / et amore equidē ponere cō/ patrem factum q̃ si manibus unq; meis singulos sustulissem e fōte. Sic ille me compatrem / et illum ego abide uocauit : Ecce tibi huius modi rei ortus / et ratio. De reliquis / quæ a me quæsisti : erit disputa/ tio coram in hortis urbanis nostro Lupuro arbitro / ut solitus sæpe : quem ex me saluta / et iube in domino esse fœlicem . Vale. Ex uictoriano recessu Idibus Iunii.

Ad Antonium Monsferratum Belliani nostri Archipræsby terum de Recreatione fratrum Epistola. LXVI.

D te in Bellianum ascendere / ut me iuitas et rogas Antoni a mi petamande / nullo quidem mō / nisi delatus equo tā pos / sem : qui nullus in stabulo nunc mihi est. Veniunt uero ple riq; deuoto cum magistro / ac pedagogo ex Neophitis et Tyroncu lis nostris : quos fessos disciplina diutina ieiuniis atq; uigilus recrea humanitate solita tua. Tn stiot nāq; sobrietas interlaxanda quādo q; : et cōuictus lautior / ac liberalior potio idulgēda mutāda domus et regio / ut maiore deinde nixu attollat se tefocillatus sic animus / surgatq; renouata uirtus alacrior. A te ita q; redeant pingues et ni tidi laturi rursum robustius Domini iugum / religiōsisque labores. Quod autem ipse non adsim / nihil nos ea cura sollicitet / quo mi nus læti uestram rem peragatis. neque enim et ipse modo carui recreatione animi solenni quidem : immo omnium : quas optaue rim : blandissima at iucundissima : cui et tu mi Anto. utinam affuis ses. Audi qualem : et si potes / desyderium cohibe. Nosti quanta No.

uirtute et q̄ emendatissimis moribus niuit Ioannes Bologninus q̄ que præterea nobis est deditus. Is præter cætera egregia: musica uoluptate uehementer afficitur: et aures omnifariæ harmoniæ lætus semper indulget. Misit ad me urbanus et humanissimus homo nudius tertius hora ferme nona nuntians atq; significans/ut ad se tum irē duobus tribus ue comitibus fratribus: quibus generosum esset ingenium. Ad fores positus erat uernaculus puer: qui ut primum limē attigimus nos in tricliniū stratum et egregio cultu dispositum induxit. Ibi aderant tum ptansi quotquot cum uirtute et laude musicum aliquid possunt: aderāt et noui hospites Tibicines Herculis ferrariæ Ducis. Supuenere auditum/ut ipe nōnulli alii religiosi uiri/et sacerdotes laudatissimi. Cœpit primū agi cātibus Tibiarū/nec cessatum/ donec auditum est quicquid audiri potest ea ī arte mirabile. Audita dauiacimbala suauissima quoq;. Ventum ad organa tandem/et in his agitandis/non manibus uelocissimis mō: sed pedibus etiam princeps extitit Dominicus Venetus is: quo laude maiore/nemo proximior Bernardo Germanico creditur: cui similem esse quemq̄ eorum: qui uiuunt: nescio ne q uixerunt: musici negant: Inter modulatiōes blandiores/acrioresq; conatus ita quidem incensus est Dominicus iste/ut tunicas ipsas bitetumq; a se ꝓiecerit: nec manibus ac pedibus solum: sed oibus corporis membris dissolueretur. Postridie et habui nostris in domibus Monachorū Dominiceorūq;/nonnullos deuotos sanctosq; cōuiuas. Vbi super cœna disputata sunt facete et iucūdissime quædā. Mox inducta lyra: quæ humana uerba modulabat/et oris humani cantus quoq; non defuere: i quibus graues uirorum toni/ et pueeorum uoculæ efficiebāt concētus cælestibus similes/ut cōuerterint multos i lachrymas: quos si ego possim audire equidem uellē cum ex hac uita migrabo moriturus ut holor. Non potest obliterari mihi hæc tāta dulcedo quo quo me uerto/tiniunt adhuc mihi aures canorum melos: et cor in deum himnorū suauitate mollescit. Ita mihi placeat nunc in ꝓximū asperso ciere lugere: et ad dominū cū tribularer audire. Vale. Bononiæ ex. S. Ioanne in monte. V. kal. Martias.

Ad Cambium patrem familiaris Epistola LXVII.

Cœpi lignum Aloes/et mirabolanos:p quibus tibi dulces
a mi Cambi gratias debeo. Litteræ uero/quas significas ad me iamdiu scripsisse/nondũ redditæ sunt neq; spero reddẽdas. Quare si quid ẽ quod me scire oporteat: scribendum denuo est. Albinus senus q̃ eius iprobi mores uesaniaq; postulabat a,pfessione defecit. Et q̃q̃ eius rasu: quæ sub pondere gemunt: est qdem iam tandẽ Cimba facta leuatior:nũtiauimus tamẽ Tuscis/ Insubribus uobis quoq; nũc Venetis ut transfugæ retia tendant: corrigen/do in aliorum exemplum. Audio tem nostrã Vercellensem Romæ magno fluctuasse discrimine legatis Sabaudiæ apud Pontificẽ iura nostra sanctissima turbantibus: et quæ æqtas iusticiaq; iis denegati p gratiã quærentibus. Sed Cardinali sancti Marci nos mienti respon/disse Pontificem se legatis nihil concessisse: neq; concessurũ: eosq; ex urbe decessisse frẽdentes in nos/et cuncta despumantes/et domi multa minãtes: quæ parũ sane uerenda: si Petri fides nõ uacillat: pro quo idesinẽter orandũ. De iis: quæ tibi Franciscus noster significauit: rescripta desyderat: quæ ne differas admodum rogat. Addit et se omnẽ illã parare pecuniam: quam istic librario ex libris: et muniis debet: quod ut faceret ego sum semper hortatus. Exacto die resurrectiõis octauo Ferrariã amne delabar/ubi te inueniã: et patres capitularia ex more parãtes. Interim me priori cõmenda: qui quetũ mihi aliquẽ angulũ seruet: cui si est necessarius ullus aut pistor/aut factor /aut coquus aut alius de horum hominũ nobiliũ grege: istæc oĩa talens/ meã illi operam strenue suppeditabo. Tecũ enim ut libenter/sic sæpe iocor. Valle.

Ad Generalẽ patrẽ Celsum Veronensem
Epistola LXVIII.

Eternum salue pater et caput honoratum in domino. Dũ
a uisitaremus nostros Placentiæ fratres / en febre non leui corripior / et simul profluuio uentris cum aculeatis / perpetuisque doloribus pene exanimor / data nulla mihi requie morbo inualescẽte quotidie. Quare cũ nulla nisi sera ualitudinis arrideat mihi spes: ne subeat detrimentũ religio de sufficiẽdo officio eqdẽ

meo quopiam alio cogitaui:qui Papienses/ Genuenses/ Astenses/ Alexandrinos/Vercellensesq; usitatum interim pgat.Mihiq; ido neus admodum sane uidetur rei obeundæ Mediolani prior. Atqui in hoc tamen tuã/ut par est/auctoritatem benedictionẽq; requiro. Quod si de isto haud tibi forte uidetur/ alium surroga. Ego tuo quidem iudicio optimo ac prudentissimo ero quietus. Plura ĩ do loribus neq; scribere neq; bene eloqui possũ: quin et paucula hæc alio exscribẽte dictaui. Tu Vale patrum pater:et si expedit:ora ut ualeam:meq; patribus atque fratribus arcte commenda. Placentiæ III. Idus octobres.

Ad Baptistam Iustinianum familiaris Epistola LXVIIII.

e Go plerosq; dies grauissima febre/alui profluuio uiscerũq; doloribus uehementer elangui: Minusque ideo potui/ uel litteris tuis uicem/uel beniuolentiæ sanctissimæ uostræ offi/cium reddidisse:et quod mihi molestius est: Genuam ut putaram ad te uenisse. Nunc paulo morbo leuatior:et si serenum nondum aspicio:sed continue inter medicamenta sum positus urceolosque urinaceos tracto:tamen istuc accedentibus collegis patribus meis/ duxi mi Bap. te salutandũ:ut intelligas/nulla tempora esse: qbus non sis mihi cordi. A medicinis abhorreo: et quoad eius fieri po/test: eas neq; mihi nominari patior. Verũ aromaticum preciosum aliqd stomacho/epati/cerebroq; amicũ desydero:qđ omni fiducia atq; libertate/ quam ĩ te me uoluit semp habuisse benignitas admi rabilis tua/tibi idico:qnod satis supq; esse haud ignoro uolentissi mo erga me tibi. Vale amicorum deliciæ. Placẽtiæ kl. nouẽbribus:

Ad Celsum Veronensẽ/ ordinis generalẽ patrẽ Epistola LXX.

i N domino salue q̃plurimum uenerandũ ordinis caput. Ita sero accepi tuas/ ut iis respondere nullo iam qdem mõ sit opus.tere patres pro me multos iã dies tua bona et facta cũ uenia Liguriã/ Insubriãq; uisitatum. Ego tandẽ post asperrimum ĩ quietissimumq; ualitudinis supplicium me senio deniq; ad sanita

tem roburq́ì dies accedere:ut ſatie ſperem/ad uos cũ illi redierint:
Venetã oram peragrare uiſitando me poſſe:et ſi me exterreat hye
mis horror. Verum quantum equidem potero pãnoſus et abditus
uultũ incedam. Vnum hoc bono me iubet animo eſſe noſter dul
cis equiculus. qui et ſi acer et ſpumans ad ſaltum et curſum brauiũ
extulit nunq̃:ſecure tamen et perbelle ac molliter / ut ſeſſorẽ decet
religioſum/ geſtauit:et me tanquã agnoſcat dulcis et moriger fuit
mihi ſemper. Si tu Romam non iueris: aut Veronæ / aut Venetiis
ſpero tuis amplexibus me fruiturum. Sin ieris:te Celſe mi oro ad
ſanctorum Apoſtolorum cineres atq́ reliquias noſtri ſis bene me
mor. Vale. Placentiæ Solemni Epiphaniæ die.

Ad Federicũ Sfondratũ Iureconſultũ et ciuẽ cremonẽſem orna
tiſſimũ de beniuolẽtia amiciciaq́ quæſita Epiſtola. LXXI.

n Eſcio quid a me uelis/ ac tibi ſperes Federice uirorum opti
me ac fœliciſſime:qui nequeam præclarum tibi aliquid uel
præſtare uel polliceri:quod uberius in te nõ habeas/beneq́
poſſideas. Sed potiorum amor atq́ cupiditas nunq̃ ſatis expletur. No.
Simile eſt regnum cælorum homini quærenti bonas margaritas:et
Vberior ſeges eſt alienis ſemper in aruis.
Vicinumq́ pecus grandius uber habet.
Scribit ad me Ioannes Philippus dulcis et uenerabilis frater:et pri
or ueſter iſtic/te erga me affectum deuotione charitateq́ mirabili:
flagrare etiam deſiderio beniuolentiæ amiciciæq́ ineundæ:inde ille
ctus motuſq́ præcipue / ꝙ uirum me bonum et frugi domini ſer
uũ exiſtimes:et ꝙ mea quædam legeris ſcripta/tibi profecto gratiſſi
ma ac periucunda. Sed opuſculum illud maxime:quod de gerẽdo
magiſtratu iuſticiaq́ colenda a nobis inſcribitur:quo putas eo in
genere nihil inueniri melius:nihil præclarius/nihil cõmodius(Deus
bone) quid legere potes mi Fed. de limoſo fonte niſi limoſum? et
de ſordida maſſa niſi ſordidum et fetulentũ?Neſcio quo nã mõ no
ſtræ umbraculæ ſolidæ imagines uideri tibi queãt. Lucubratiũculæ
quoq́ tãti a te fiãt Federice uiro plãe docto/et iurecõſulto/ac ꝑte
rea magno prudẽtiſſimoq́ iudicio. Vtinã ſemel ad eos fũmæ uirtu/

Degerẽdo Magiſtratu libellus.

tis gradus euadam:in quibus me collocas. Sic et nostra de magistra
tu atq; iusticia præcepta uel penultima habeant loca i fori subsel
lis/et nõ exhibeantur a paliatis/togatisq; consulis. Tu/qui ita es cõ
positæ mentis/studiosusq; uirtutis: ut maiestatem ueritatis et quæ
ædificat doctrinam syncæram et solidã præferas inflatæ ambitio
sæq; facundiæ: facile consectaris : non quæ aures implent:sed quæ
animum alũt: quo admodum ipse profecto tecum etiam oblector/

No . Quippe qui et eo semper animo scripsi :ut magis prodessem/ q̃ le/
nocinaret. Ita quoq; Ioãnes Ludouicus ille meus/ad quem libellũ
dicaui in eo ita sibi blanditur : ut domi semper illum ante oculos
habeat :et quanq̃ capita operis singula memoria teneat / et memo
riter recitet: captus etiam decore ueritatis/ simplicitatisq; dulcedine
a uertice ad calcem usq; sæpius relegat . Foris uero (Nam crebræ
illi legationes obtingunt)sarcinæ nunq̃ sint absq; libello. Precatur
et frater a tua charitate sancta rogatus :ut nũquam ad se scribam /
quin altera sit uel epistola uel uerbulũ ad te. Ego non q̃ tanti meæ
plãe futuræ sint litteræ : quanti tu illas suspicaris Federice : sed ne
existimer rei utilissimæ auarus etiam hãc tibi rem largiter suppedita
bo : Semperq; eris inter nos tertius et frater et anima : non charus
modo/et commemoratus in litteris:sed insculptus uisceribus/et ma
xime præsens/cum rem sacram ad altaria Christi tractabimus:quã
et ipse frequentas ista in æde nostra Cremonæ ferme quotidie diui

Argumentũ Salutis no. nis laudibus canticisq; lætissimus:quæ signa sunt prima atq; certis
sima prædestinati animi perbeatiq; futuri . Nihil est enim cælesti
uitæ similius q̃ honoribus gaudere diuinis:et pio animo in re
sacra uersari: quod sedulo ita tu facis : ut in basilicis sanctorum ac
religiosorum hominum claustris uel orans/uel deambulans magis
inueniare q̃ in foro publicisq; triuiis atq; porticibus . Testatur.n.
mihi frater q̃ta est tibi uoluptas cũ eo colloqui : et præclarũ et sua
uissimum de deo aliquid tractare atq; condicere : et eos agnoscere
homines:teq; his addicere qui habent spiritum Dei / et gustarunt
quod inflammare potest appropiantes. Addit et multa cum his de
tua egregia liberalitate:qua eum ita deuinxisti tibi:ut dissoluere ac
cumulatissimum debitum tuorum erga se officiorum / et numerũ
nullo quidem modo per se possit: Sed oportet me quoq; in disol /

nendo debito socium habere atque consortem: quod spondeo uolen tissime/ et fide quanta eqmdem possum. Ita quoque tuis in rationi bus signato me obnoxium Federice: qui o possim utinā tibi tantæ beniuolentiæ / tantorumque meritorum uices aliquando referre: aut etiam i referendis te quidem superare. Genua Raueonam iturus i ꝓximū ad annuū nostrū/ generalemque conuentū polliceor tibi mi. F. Cremona iter me esse habiturum: ut te amicorū gloriā atque de licias in Christo cōplectar atque deosculer: nonū pasca atque solēne te cū et cum uenerabili fratre concelebraturus. Ast itenm et Vale fre lix/ et mutuum ora. Genuæ. XV. kal. Apriles.

Ad Desyderiū Concanonicū familiaris Epistola LXXII.

m Ea gaudia desyderata a Ioanne Sigismundo Viro optimo/ et cū arte medica politioribus quoque litteris culto: si ad me transmiseris: et mihi et illi rē facies admodū gratā Desyde/ ri charissime. Misimus olim per Bartholomæū Alex. Mirabolanos selectos et optimos / et larga manu passulas: Accepis necne sumus icerti: nisi tu scribas. Celsum patrem putat generalis noster/ et multi secum Romam esse mittendum multis de causis/ quibus solus uide tur idoneus: tum propter ingenium: nō ꝓpter magnos et sacros he roas: quibus est gratus. Nostra dulcis deuotaque familia incolumis lætaque uersatur: et rem Iesu Christi strenue gerit. In Tremitana in sula nostra Sanctes Appulus/ quidamque Neophitus scribuntur mor tui: et Alexandrinus Senior post. Lxxx. si uerū audio: et eo āplius sub iugo xp̄i ānos uiriliter exactos ad imortalitatē euolauit. Cæte ra quæ uulgantur in generali nostro tractanda capitulo: quoniam incerta/ et fortassis inania ipse non scripserim/ audies Nicolaum nō ignarum pene omniū: a quo et nostras istas accipias. Vale.

Ad Seuerinum patrem de obitu Cambii Concano nici Sanctissimi/ illius uitam memorabilem laudesque complectens Epistola. LXXIII.

p Ossum ne apud te uel acerbius aliquid uel lachrymabilius

deplorare Seuerine optime ac uenerabilis : q̃ Cambii patris obi
tum : qui graui laterum dolore et longa urinæ difficultate suum
ad Tertio kalendas octobris Cremonæ diem/non sibi quidem/sed
nobis dolentissime obiit/In quo nõ qualis esse solet unius hominis
probitas:sed omnes simul ingenui mores/omnes uirtutes:omnis sã
ctimonia:omne fulgoris ecclesiastici specimen concidere : ut tantã
in eo existimem factam esse iacturam:quantus ex nostro hoc ordi
ne/et candida Iesu Christi familia eorum est numerus:qui eo opti
mo et sanctissimo patre fruebantur/trahebantq; exempla uiuendi.
Cuius:si conscientiam et pectus inspicimus : leue nihil ducere sole
bat:non quod Deum dixerim:sed hominum quempiam læderet :
adeo/ut uno trigintaq; ãnis/quos uixit religiose nobiscum: nullus
se lacessitum aut affectum ab eo re/uel ligua meminerit:si non res
communis aut causa Iesu Christi eum permouisset : in q̃bus cuiq;
tuen licet quod sẽtit/atq; etiã nõnunquã efferuescere:aliter omnia
ferre:omnia pati :omia dissimulare:eodem scilicet nouerat uultu .

Prudentia atq; ingeniũ

Si prudentiã itigeniũq; mente reperimus:quæ res sane tam ardua?
quod negociũ tã inextricabile?quis euentus tã repẽtinus et subitus:
quẽ suo callenti cõsilio/ prouidẽtia/dexteritateq; mirabili celenter
ac rite nõ explicaret et ubi nõ potiora deligeret/percaueretq; dete

Eruditio.

riora?Quanta præterea eius eruditio/qui saperet solus quicquid re
liqui ferme sapiunt. Nec una tantũ uel altera : sed omnibus æque
liberalibus disciplinis uel excellenter uel mediocriter uideretur ex
cultus(Mirabilis Deus) si turbata manu atq; extẽpore scripsisset :
Plinii dignitatẽ et põdus Senecæ effingebat. Si uersu cãeret:quod
fecit raro:suo nihil altius/aut plenius carmine. Quæ alii nõ legũt :
hic domestica habuit Diõysũ / Hylarii/Anselmi/Vgonis/et reliquo

Lingua. Memoria.

rum priscorũ sanctissimorũ hominũ opera. Lingua prõptissimus /
et ea ubertate memoriæ præditus:qua obliuisci nihil posse uidere
tur:satisq; esset/ legisse semel / uel audisse . Sed ingenium ita ap /
tum atq; uersatile:ut ad omnium mores / tempusq; omne uideret

Grauis. Comis. Humilis.

eum effinxisse natura : impulisse uoluntas: usus et consuetudo fir
masse . Cum grauitate comis:et cũ comitate grauis. Appetibilis cũ
ctis: Amabilis atq; dulcissimus. De humilitate et contemptu sui ta
ceo : quandoquidem humiliorẽ apud semetipsum eo nosse queã

neminem:qui maioribus ſemper ſeſe non modo ſubſtrauit:ſed pa
rem īfimis fecit qui et latere magis : ꝗ̄ agnoſci ſemꝑ utiqꝫ ſtuduit.
At ſi deuotio quæritur :ſenſuſqꝫ diuinorum et guſtus : quomodo
quis eum non deuotiſſimum ac efferuentiſſimum dixerit. Qui ex
quo Deo ſeruire cœpit : nunquam deſtitit perquirere ac indagari
quicquid uel optimum potuit/uel diuinum/Studere: Orare: Medi
tari ?Cui ſolitudo/ſilentium lachrymæ/gemitus in deliciis extitere?
Qui quāto mentis æſtu/et deuotionis amore ſancta Saluatoris mo
numēta Hieroſolymis uiſitauit?Cuius ſermo melle fauoqꝫ ſuauior
ſemper de laudibus Dei/de charitate/de tolerantia/de pace deqꝫ reli
qua omni catetua uirtutum modo alliciens/modo excitans/modo
fouens/modo edocens ut nemo eſſet:qui eum non ſentiret uel ad
profectum uel ad ſpirituale ſolatium . Si pudiciciam laudare et
ſenſuum cōtinentiam libet:quem unquam Seuerie uidiſti minus :
ꝗ̄ illum ullis uoluptatibus deditum /ocio minus deſeruiſſe ? quem
caſtigatiore oculo et puriore ſermone uerſantem/ne quidem corpo
re:quo illibato tanquam āgelus utebatur?Quem leuiore cibo / aut
agreſtiore contentum?Qui in uictoriano integros annos nuce cari
ca/crudoqꝫ olere maiore ſeſe ſuſtentauit ex parte ? Quem dēiqꝫ cul
tu deformiore/ſtranſqꝫ et operimētis abiectionibus uſum ? qui neqꝫ
tunicam nouam ullam/ neqꝫ pallium / neqꝫ calciamenta unquam
paſſus eſt ferre integra?Qui barba et capillo magis ꝗ̄ nouacula:an
tro et ſpecu / ꝗ̄ diſpoſita cellula molli ue cubiculo delectaret ? Heu
quanta ī ſolo homine eſt amiſſio facta eo preſertim tempore: quo
totū ſe uerterat ad publica matris religionis et altricis cōmoda:quā
o fortunatam : ſi mors illum ocius non rapuiſſet. Tibi Seuerie nō
mentior : Superiore iſto āno cum noſtro in capitulo generali diffi
nitoratum pariter gereremus : nihil eſt mihi uiſū illius īgenio acu
tius:iudicio certius:ſentētia grauius:bonitate melius : uirtute diui
nius :qui quoties loqueretur tanquam oraculum ſic me tenebat.
Heu ꝗ̄ prodiga præſētium bonorum /et abſētium auara imprudēs
mens hominum eſt. Ego nunquam quidem illum tantum concu
piui præſentem : quantum modo queror abſentem / et mente ac
recordatione ſuſpiro . Pruriunt rurſus mihi aures iis rebus : quas
cum ab Hieroſolymis rediſſet/mihi narrabat . Video illum perlu

Deuotiſſimus.

Pudiciſſimus.

Abſtinentia præcipua.

Cultus abiectiſſimus.

No.

strantem ruinas/et beatissima saxa lambentem : Oliuetum / Calua
rium /Sion et Tabor / Betaniamq; peragrantem / et cætera diuinæ
pietatis monumenta exquirentem. Et sic etiam te āplector mi Cam
bi:et purifiratas super Christi sepulchro tuas speciosissimas manus
exosculor·cuius beatam memoriam nulla mihi arripient tempora:
nulla offuscabit aut delebit obliuio:ut non suo in Matthæo Cam
bius sanctissimus uiuat. Hinc dum funus mi Seuerine ad aram do
mini solemniter obeo :dum ipsis cum fratribus dulcissimis nostris
de eo uerba facio: dumq; ad te scribo pater hinc/hinc inquā mihi
lachrymæ profluunt:singultus erumpunt : caligat sensus . Sed cū
exurgo:et parumper animū tollo:subit mira nescio quæ / et ineffa
bilis magnitudo dulcedinis:ut quid uelim equidem nesciā. Optem
ne illum esse nobiscum adhuc:an cælo potiri . Meq; ipsum sic allo
quor. Est utiq; præciosa in conspectu domini mors sanctorū eius.
Bona co hortatio
Nascituri sunt pro patribus filii ex ea : quam dominus habitare fa
cit sterilem in domo matrem filiorum lætantem. Successura nepo
tum beata posteritas. Manus domini quæ fecit illum / abbreuiata
non est. Filios Abrahæ suscitare potest de lapidibus istis. Sparge flo
res tumulo:et extinctū caput sertis coronaq; deuinci. Gaudio mœ
rorem confunde . Fas non est palmam detractare uictori/et Athle
tam Christi triumphantē lachrymis prosequi. Regnat in cælo :quē
luges in terris:et Deo uiuens omnibus uiuit :qui alioquin ulli nō
uiueret·nisi uiueret Deo. Hæc sūt uenerabilis mi Seuerie atq; cha
rissime:quæ ex desyderio ītegerrimi atq; sāctissimi et patris et ami
cissimi nostri Cambii mente uersaui : quæ tibi illius obseruantissi
mo/ dum uiueret:mei quoque amantissimo quasi in epitaphium
succinte perstringens uolui esse comunia . In quibus nolim diuer
sos affectus mirere. Vnde enim humanitas ipsa innata naturæ /uis
q; debitæ pietatis in matrem excussit lachrymas mihi : inde gaudi
um procreauit fidei magnitudo /et militis Christi parta fœlicitas .
Neque puto tibi aliter euenisse/quin et uices religionis :cui sangui
nem animamque sacrasti : pro ingenti pietate / et solito tibi amo
re suspires:et contra Cambio nostro consecuto Paradisi tutissima
Deoq; fruenti/non uehementer arrideas. Planxit et Lazarū domi
nus : is : qui etiam discipulis intulit Lazarus mortuus est/et gau

deo pp nos/ut credatis. Et de Martino beatorũ gemma pontificũ: in ecclesia catholica sancta concinitur/ Pium est flere Martinum: et pium congaudere Martino. Ad utranq; itaq; partem fecimus satis Cambio dignissimo nostro. Abiit ille ad cæli fulgorem uitæ huius superato naufragio: tenetq; municipatum cum angelis eius: quæ sursum est matris nostræ hierusalem. Nos deorsum iactamur fluctibus/ et incertam ludimus aleã. Ora mi Seuerine / ut possimus et ipsi uictores euadere/ portumq; tenere. Arbitror Ioannem Lodouicum Bossum insignem equitem et consultissimum uirum / clarũq; nostræ familiæ decus non minus: q̃ ipsos Germanos mortẽ uiri huius ægre laturum: qui ut nobis usui/ sic et laudi erat Bossio generi. Hortor humanitatem in domino tuam / illum meo uisites nomine: et quantum potes hortere. Vale: et mutuum ora.

Ad Reuerendissimum Franciscum Gonzagam Ro. Ecclesiæ Cardinalem Consolatoria in sanctissimæ Matris funere Epistola. .LXXIIII.

m Vltos fuisse arbitror Reuerendissime domine in acerbissimo funestoq; mœrore: quo ex desyderio Illustrissimæ ac sanctissimæ genitricis animus excruciatur pientissimus tuus: qui cum absentes litteris: tum ueris uocibus coram uel cõdolendo/ uel dolorem detrahendo/ fidem/ deuotionem ac pietatem declarare erga te suam annixi sint / atque contenderint: qui auctoritate / et dicendi uiribus plurimum præstent: et dominationi præterea Reuerendissimæ tuæ charissimi sint. Ast ego: in quo nihil est eloquentiæ. nihil nominis: non multum etiam consuetudinis tecum tenta rem id nec ne anceps nimirum animo fui. Videbam enim me rem arduam aggredi: et meis profecto humeris imparem: si uel dolorẽ animi exhaurire penitus: uel flagrantissimos mentis tuæ æstus temperare me posse confiderem. Descendisse tibi i ima præcordia hoc uulnus satis extimescebam. Recens enim et cruentum adhuc neq; posse uel leuiter tangi audiebatur. Sed perfregit tamen istam prudentiã/ meq; prouocauit eximia illa charitas atq; sanctissima: qua

et ego parentem Illustrissimam et beatissimam tuam ueneratus
sum semper/atq; excolui: meq; illa complexa est/et inter cæteros reli
giosos homines dilexit unice atq; sanctissime: effecitq; ut etiam qui
loqui uereor/tacere non possim. Quæ omnibus fuit uel mater / uel
domina/deflenda est utiq; omnibus/ac memorabili pietate prosequē
da: In qua non unius/ut ille inquit/ mulieris animula / sed salus pu
blica/uirtutes omnes / et quicquid deniq; boni est inter humana /
uno ictu conciderit: ut uisum equidem sit/dimidium lucis orbi ter
rarum ademptum fuisse /suumq; fulgorem æthera perdidisse. Atq;
idcirco dum ad te scribo sacratissime Domine/uix quid agam intel
ligo. Si in luctu nostra uersatur oratio /ago contra meum pristinū
morem: nec dicentem Apostolum audio Nolo uos ignorare de dor
Paulus mientibus: ut non contristemini sicut et cæteri : qui spem non ha
bēt. Si sicca decurrit/inhumanus omnino sim atq; ineptus: qui aut
prorsus non sentio : aut si sentio/uniuersa dimetiar nullo discrimi
ne. Est igitur mihi/quantum quidem licet/utrunq; curandum : ut
et humanitatem non effugiat oratio : simulq; nec cōstantiam dese
rat: quæ Christiani est et ingentis animi propria. Et enim quis tam
est inhumano agresniq; animo: cui lachrymas nō excutiat icōpara /
bilis illa iactura: quam in illius morte fecere omnes/quæ tanta illa ē/
quanta est inter quadragita horarum curriculum: quo et egrotat /
et emoritur Barbara parēs fœlicissima tua nobilissimatum uirtutū
omnium amissio/atq; naufragium . Quod enim uirtus specimen/
quæ forma boni/ quæ decoris et laudis/ imago/ quæ illa emigrante
non emigrant? Cuius si fidem/religionem/sanctitatēq; inspicimus:
Fides. ubi puellares excessit annos : nullum tempus omisit: quod religiose
Religio. non coleret: nullum sine Deo oblectamentum/nullumq; solatium
Sanctitas. cœpit. Quin in ipsa iuuenta/primoq; ætatis flore : Inq; omni ma
tronali munere et cura coniugii: assidueq; insuper ciuitatis et impe
rii gubernaculo : quod tam bene curauit: tamque fœliciter gessit:
ut Illustrissimus genitor tuus rem illa gerente in eius fide et proui
dentia admirabili et præsens et absens tuto conquiesceret. Ieiunia/
uigilias/canonicas laudes/reliquasq; sacras cerimonias rite ac deuo/

rissime celebrauit: fuitq; illi inter terrenas delicias: quibus affluebat:
pro summis delicus non aurum/non gemmæ/non mundus reliquus
muliebris: sed religio sancta et immaculata / deuotio pietas/ Psal/
mus atque hymnis: quibus si interdiu quiuisset minus intendere/
noctu uacabat: ut nullum sane diem delabi passa sit et uacuum ef/
fluere a laudibus Dei. Dies uero festos: Sanctorumq; solénia non
minore deuotione et gaudio / q̃ fide admirabili celebrauit. Tum
uisitare basilicas/ precones sanctos audire/sacra colere / de uirtuti/
bus loqui/ meditari/orare: et cælestis denique cælestia contemplari et
plurimũ et intente solita fuit. Secedebat æstate quasi in amœnissi/
mum perfugium quietis et ocii ad nostra hæc suburbana. Me acciri
plerunq; iubebat. Terebamus perbelle/ atq; uenuste longa tempo/
ris spatia sermonibus usquequaq; suauissimis atq; sanctissimis. Si
catholicũ aliqd graue ac perdifficile incidisset i mediũ: illius igenio
nihil sublimius et in nodis extricandis nihil acutius. Si sermo de
moribus candidisq; uirtutibus esset / nectare atq; ambrosia suaui
us quiddã spirare mihi plane uidebatur. Si ad res humanas se quo
q; uertisset/mores omnium gentium/uitæ rationes/uires/imperia/ar
tesq; callebat: et memoriter sic recẽsebat: ac si ongo illi patriaq; ubi
q; fuisset Recedebã attonitus nouo semp miraculo/ uel morũ/uel
sapientiæ/uel sanctitatis illius ceu illa Austri Regina sapientia Solo
monis et maiestate conspecta. Sed ne tam multa percurram / quãtũ
in se fidei/spei/ bonitatisq; haberet/supremus uitæ dies declarauit:
cum generosum illum spirĩtũ animãq; inocentissimã Deo sempi/ No quid
terno/parentiq; suo reddittura: quæ ad sacra spectabant efflagitans agas mori
Agite uiri patres et sacerdotes domini inquit: Exhibete uiaticum: ture.
Inungite corpus: Deo animam credite properantem exire. Quod
illi cum facerent/ se accusare/ se arguere/ se condemnare tanquã in
dignam/ flagitiosam impuram. Simulq; et prouocare cõtra se oẽs
ut detegerẽt/ si qd ignorãs ipsa nõ proderet. Si quo opus esset ꝓ ue
nia/ atq; salute icessanter nõ desinebat. Cũ denique extremũ robur
intentans astantium ceruicibus inixa tremulũ in genua corpus ere/ Verba po
xit: et alligari collo cingulũ postulauit. Atq; in hunc orãs modum strema mori
Parce supplici ancillæ tuæ Christe saluator inquit: et q̃ inumeris/ entis.

Contritio at- gratiſſimiſq; obnoxiæ criminibus peccatrici ignoſce: quæ tua toti/
q; humilitas ens præuaricando diſceſſit a lege. In te deliqui domine deus:et ma
lum coram te feci. Indignam me eſſe/indignam certe:ad quam tu
uenias dulciſſime Ieſu et teſtor/ et defleo. Sed tu pie domine Rex
meus et Deus meus. Tu redemptor omnium mihi tamen adeſto/
et egredientem animã meã miſericordi tuo excipe ſinu. Ne explo/
das a regno gloriæ tuæ quam creaſti/et redemiſti. Tua in fide et mi
ſericordia ſperãs/ad te euolat ſpiritus et anima mea. Inter quæ uer/
Emigratio fœlix. ba collachrymantibus omnibus demiſit lumina:oſq; conticuit. Cæ
teros illius mores diuinaſq; uirtutes et ſi teſtimonio grauiſſimo tuo
excellentiſſime Domine ipſe contentus ſim:neq; tamen ſilentio in/
uoluere poſſum:quin bona cum uenia precor ſacratiſſimas tuas au
res accommodari mihi hoc loco parũper: atq; optes quæ te genuit
natorũ fœliciſſimum/deoq; ſacratum omniũ laudari linguis/et effer
ri ſcriptis: ut ſit admirabilis Deus in creatura admirabili ſua:et ſan/
ctus ĩ omnibus operibus ſuis:cuius eſt: cuius inq̃ quicquid poteſt
Beneficẽtia. mortalis ipſa uis et humana conditio. Beneficentiã igitur illius in
Largitas. ciues: Diffuſas opes in ſuos: Liberalitatẽ in exteros: Magnificenti
Liberalitas. am in ſumptus. Plurimũq; pecuniæ:cũ in pauperes/tũ in Chriſti ſer
Magnificentia. uos atque ancillas frequẽter erogatæ tota conſequentibus ſæculis fi
delis enarrabit eccleſia: permanebitq; iuſticia eius in ſeculũ ſeculi:
Elemoſinæ. et ſemen eius erit in benedictione. Quiſ opis illius indigens occur
rit unq̃:cui aures obturauerit ſuas? Quis famelicus:quẽ non paue
rit? aut quẽ offenſum fortuna conſpexit:quẽ non erexerit/iuuerit/
fouerit? Erat ei tanta in ferendo beneficio communicãdiſq; rebus
uoluptas:ut ſæpius indignaretur ſibi: ſi indigentẽ non præueniſſet
anteq̃ peteret. Nulli penu:nulli horrea:nulli celaria illius defuere.
Multos de ſe meritos locupletauit. Virgines dotatas plures con/
nubio iunxit. Sanctimonialium cœnobia et infirmorum hoſpita/
lia quotidiana fere aluit impenſa. Templa quoq; ædificiis/ cultu/
ſacriſq; ornauit inſignibus:hoc noſtrum præſertim cuius apud nos
Eccleſia. memoriam nulla unq̃ oblitterabunt tempora: nulla fuſcabit obli/
.S. Viti. uio. Sed dum ſtabit religio/ſtabit et BARBARA germanica pia
Aequitas. omniũ inſculpta pectoribus/omniũq; celebrãda cultu/et piis fouen
Iuſticia. da ſuffragiis. De illius æquitate admirabiliq; iuſticia quæ propria

Dei est:atq; herorum uirtus:neq; dicere omittam:cuius ad unguem
ita munus expleuit:ut nulla unq̃ causa uel sua odia/uel suam grati
am secuta sit/ uel ut pleriq; solent/ timore cuiusquam preceq; uel
pretio animum a recto deflexerit. Magis uero oppressos/pupillos
uiduas ciues peregrinos:et quotquot impetisset fortunæ temeritas/
quanta quidem potuit auctoritate atque ingenio ab iniuria uendi
cauerit:dissidentes inter se homines incredibili dexteritate concili/
auerit eloquio dulcissimo et suauissimo suo/ quo tantum poterat:
ut non homines modo:sed immanes/ut ita dixerim/feras ualeret ad
se conuertere/ et quoquo uellet impellere : ad cuius eloquentiam :
quã peperit illi natura : si eximia aliqua et accurata accessisset insti/
tutio(dicam profecto quod sentio)nullis fuisset inferior nostri sæcu
li summis et eloquentissimis uiris. Sed quod est de fœmina igenio/
q; germano auditu mirabile/priscam illã gloriam et dicendi grandi
tatem attigisset : cum ipsaq; Hoetensia : quam doctrinis et linguis
Hoetensia.
omnibus affluens caput rerum et orbis Roma stupebat : potuisset
de laude contendere. De illius autem ingenio/prudentia/consilio
Ingenium.
satis me dicere posse diffido:quibus i rebus illam:si reliquis nostro
Prudentia.
tum temporum claris et illustribus fœminis cõparem/dixerim nihil.
Consilium.
Si uero priscis:quas æternæ memoriæ consecrauit antiquitas/fortas/
se parũ. In ea reliquarũ mulierũ more nihil timidũ/ nihil humile/
nihil iracundum/nihil morosum/nihil effractũ/nihil molle/nihil in/
fulsum : Sed de omni uirtute et genere laudis cũ ipsis insignibus et
ãplissimis uiris poterat decertare·ut iã esset oium iudicio non unius
ciuitatis:sed regni pulcherrimi atq; latissimi digna. Quale Deus i/
mortalis illud erat: cũ sæpe Ludouico patre Illustrissimo et inuictis
Virago.
simo tuo foris militiam agente/ ipsa domi in extremis rerum diffi/
cultatibus/bellorũq; periculis suo ducatu/ suisq; auspiciis imperium
incolume/ciues tutos/oppidanos quietos/in fide socios/in pace fini/
timos: in beniuolentia omnes seruaret/ atq; teneret ita/ut toto fer/
me latio odii facibus deflagrante/bellisq; fremente Mantua uel so/
la quiesceret? Ex quibus equidem rebus æternam sibi famã aucto/
ritatemq; pepererat:et ad se diligendam non Italiæ modo:sed Ger/
maniæ Galliarũq; nobilissimos proceres/potẽtissimas res pu.et sere/
nissimos Reges allexerat. Quantũ uero miraculi romanæ illi curiæ
Quantũ ad mirabilis.

sua uirtus præsentiaq; præstiterit/auctor ipse non fuerim. Tu egregie meministi omniũ obseruantissimus et dulcissimus filius. Meminere complures ex pilleatis confratribus Reuerendissimis tuis. Meminere ex omni ordine innumeri: qui in ea expeditione fuere: quã Mantuæ indixerat PIVS Pontifex maximus. Sed ut ad alia/ quæ supersunt / oratio properet/ Constantiam illius / Fortitudinem/ inuictumq; animi robur magis admirari quidem possum/ q̃ ullis consequi uerbis: cui sæpe/ grauiterq; aduersata fortuna nihil tamen intulit mali. Neq; enim est unquam aduersitas uirtute potentior: neq; se ictibus incuruat collisa constantia. Quoties (Deus bone) illã ipse uidi: quem conscium atq; participem consiliorum suorum plerunq; inter charos adhibuit: grauibus petitam terroribus / et cũ fortuna strenue magnificeq; rixantem? Quoties aduersus calamitates euntem humanis diuinisq; uirtutibus circunseptam? Quoties suorum orbitates et funera sine lachrymis tolerantem? ut plane uideretur mihi/ aut fœminam non fuisse/ aut super uirtutes fœmineas animum extulisse. Quibus insuper facundiæ neruis orationisq; nitore illius pudiciciam honestatisq; decorem ab ineunte ætate ad sexagesimum usq; annum efferram? cuius aulam terebant assidue uirgines Christi: et quasi magistram docentem sic audiebant? Et uiri celibes Deoq; sacrati illius pudicissimis honestissimisq; sermonibus fruebantur: et ad eam non aliter diuertebant/ q̃ ad pudoris domicilium / et honestatis scholam? His quantus honos / quanta clementia/ quantaq; io excipiendis/ compellandis ue suauitas? Sed neq; Matronale decus/ uiduasq; castissimas dedignata est unq̃: uerũ illas pudicas/ et uiris morigeras: Has seruare se sobrias: Christo nubere: et i xpo forsan pgebat hortari. Quid domesticã disciplinã/ et optima uiuẽdi īstituta cõmemorẽ? Quid illi⁹ cũ dicta/ tũ facta præclara? Quid gloriã: quã foris/ aut fœlicitatẽ: quã domi nõ tã illi fortuna/ q̃ uirtus attribuit: cũ uolumẽ magis/ q̃ epistolã ista desyderẽt? De subditorũ uero erga se pietate ac fide: a quibus plus amari/ q̃ timeri semper optauit: postremus funeris dies indicauit: quem urbs tota/ oppidaq; et municipia incredibili luctu/ publicaq; mœstitia decorarunt: decorantque adhuc: ut hic tantus mœror uideatur neque eunci posse / neque sedari. Quodq; mirabilius est / nos ipsi:

Conuentus Mantuæ. Constantia. Fortitudo.

Pudicicia.

Subditorũ amor in illã. Publica funeris mœstitia.

qui foliti fumus charorum noftrorum mortes et defyderia ferre ali quanto conftantius: non poffumus in monafterio a fletu defiftere: fed omnis de illa inter nos fermo a luctu et gemitu incipit: dūq; ad facrofanctam domini aram: ubi illius fefe oftentat imago uerā fpi/rantemq; imitata: rem diuinam tractamus: tacite per ora lachrymæ defluunt: ducuntur ab imo corde fufpiria: recrudefcitq; de integro uulnus. Teftis eft mihi Ioannes Francifcus frater inclytus/atq; illu ftris tuus: quem adire fæpe cura mihi fuit illius folandi ftudio et te uerentiæ gratia. Teftis ipfe grauiffimus annitenti mihi plerūq; fer monem defuiffe lachrymis ora complentibus: qui me intuens nihil poterat præter gemitus lachrymasq; et ipfe referre. Sed nulli acerbi us/q̄ tibi dolorē hūc terebraffe animā/et laniaffe præcordia omnes exiftimāt Reuerendiffime Domine: q̄ nihil maius arbitrabare ab i/mortali Deo tibi cōceffum (Excipio animi bona: quæ tua tota funt: et ī quæ fortuna nō pōt) q̄ tali te matre progenitū: cui tamē dolori: omniū: quos unq̄ paffa paffura ue fit Dominatio facratiffima tua acerbiffimo cū primas cōcefferis lachrymas: ægrūq; animū fatis im/pleueris: Is ne pgrediatur egregia uirtute laborandū erit tibi: nec longi temporis fpatiū expectandū: quæ uulgaris malorum omniū ē medicina: Quod ut et ipfi poffimus nunc deniq; enitimur/atq; cō tendimus. Huc generofi atq; ingentis animi tui uires: huc falutaria confilia omnia: huc fapientum uoces/chriftianæq; dignitatis et fi/dei robur aduocandum/et paffim tibi eft adhibendum. Summam conftantiam poftulat fumma dignitas et fapientia tua. Humilia: quæ defcendunt in plebem/ fequi non poteft fine dedecore celfitu/do et auctoritas tua. Sed neq; illi: quā defyderas: neq; tibi fi defyde rio langues/profuturæ funt Lachrymæ: inter pueriles errores eft op/tare temere/quod habere nequeas. Si redimi iactura ifta poffet hu/mani fanguinis pretio/ darent homines uenas: In commune fan/guis proflueret. Sed inexorabilia funt diuina lege fuprema homi/nū fata quoad in iuffu Dei uoce angeli tubaq; nouiffima furgant qui dormierunt et reuiuifcant/pro bonis malis ue: quæ commiffe/rūt: recepturi meritā uel cū fuperis gloriā/uel cū inferis pœnā. Non illi uitam quæ imortalis effet natura concefferat: neq; certam/quæ uotis noftris poffet extendi. Vt homo primum ædita eft: ad mor/

Picta illius imago

Io. Fran/cifcus.

Remedia in dolore.

Nō.

Sua cuiq; dies Moritur nafcimur.

tem cœpit properare: neq; locũ neq; tẽpus tutũ accepit ullũ/ne inopi nantibus quasi furtim surrepta aliquando esse uideretur. Itaq; re/rum incusare naturã/quæ nõ oberrat insipientia ẽ: mortem flagiti/um: quæ imortales animos crassa hac et corruptibili corporis cõtagione solutos beatos efficit sola. Est.n. humanus ipse animus de cælo cælestis/diuinã ui habẽs quodãmodo acq; naturã/ et Dei expressam præseferens imaginẽ: qui dum in hoc includitur luteo carnis ergastulo/atq; demergitur: ut Apostolus iquit peregrinatur a domino. Qui tursus Scimus ait/quoniã si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: q̃ ædificationẽ ex Deo habeamus/domum nõ manu factã: sed æternam. Nam et in hoc ingemiscimus habitatio/nem nostram: quæ de cælo est. Si mors ergo est/ quæ beatitudinem afferat: et uita functos cum laude/singulariq; uirtute æternos efficiat Deoq; consociet: quis tãdem de morte queratur: aut illi iure succenseat de tota re humana tam digne merenti: et mortalibus immortalitatẽ tribuenti? Quod si cui per mortẽ patuit unquã iter in cælũ: BARBARAE profecto parenti illustrissimæ tuæ atq; sanctissimæ his meritis quæ ante perstrinximus patuit. Quare decorent cæteri sua funera lachrymis. Atras induant uestes. Capillus squaleat: iton saq; barba. Aeternũ quoq; epithaphia lugeãt: quoniam perierunt pituri. Tu sapiẽtissimus hominũ. Tu sacer Christi minister: Tu natorũ charissimus parenti plaude uictrici. Triũphantis caput cige lauro. Inscribeq; Mausoleo: Auete dulces exuuiæ et in spe requiescite ossa sanctissima. Adde hymnos lætissimos et sempiternæ laudis sacrificiũ solue christo Deo optimo maximo: cui pfecto tuæ geni/tricis diutissime uiuere licuisset: neq; deberetur mihi uidetur do/minatio prudẽssima tua suo uel cõmodo uel solatio ei imortalitatem inuidere. Dedisti lachrymas: traxistiq; ex imo pectore gemi/tus: munus profecto honestissimum/atque hactenus debitum. Sed diutino inseruire dolori: nullum flendi gemendiq; terminum quæ/rere: nulla solatia salutaria admittere. Hæc si peccas/nimitum a ra/tione constantiaq; discedis/ nullum habens cum rerum natura et uirtute commertium: qui queri uideare interire morituros: et sem/piternos non esse mortales. Quod quoniam de eximia tua pru/dẽtia singularique animi sublimitate nec suspicari quidem possum:

No. Mortis bonum

Non ẽ mors incusanda

Cælum Barbaræ patuit

Sepulchri fidelis inscriptio

Modus in luctu

hic finem habebit epistola : Vnum illud cum abs te efflagitauero Reuerendissime pater/ excelseq; ac sacratissime Domine:ut quãtus tibi fuit amor charæ genitricis atque sanctissimæ: tantum nos orba / tos illa:quos charissimos habuit regulares Canonicos suos diligas: tuoq; sinu fouendos excipias. Vale. Mantuæ ex .S. Vitto . De cimo tertio kallendas decembris. M .cccc. lxxxi.

Ad clarissimum Virum Christophorum Zobolum in cõiugis atq; nepotis funere et fratris morbo Consolatoria Epistola. LXXV.

p Hilippus Parmensis Cõcanonicus uenerabilis noster/ uir sin gularis/ præterea in te beniuolẽtia atq; fide ad me hodie scri / bens / Elisam cõiugẽ præstantissimã tuã quatriduo uẽtris ,p fluuio affectã nunciauit ex hac uita migrasse: et octo ãte diebus Ba siliũ paruulũ ex fratre nepotẽ eodẽ uentris morbo extinctũ: illã præ cessisse. Nunc iacere graui et incerta ualitudine Bonromeum opti mũ ac suauissimũ fratrẽ/ et ante hæc omnia ædium partẽ deflagras / se quasi prodigio . Ego de tot tamq; subitis casibus tuis quantum mœroris capiam : quantus in animum cruciatus irrumpat/ malo si / lentio præterire: q̃ dolendo nouum tibi dolorẽ cumulare/ atq; ignẽ igni superaddere: quod ab officio amici et religiosi et cõstantis bo / minis prorsus debet abesse. Quid igitur agam? Me christianũ esse docebo/ et christiani fidem atq; uirtutem in te consolando aduoca bo. Tu te etiã in istis tuis casibus atq; molestiis non martni/ nõ fra / trem/ non patruum/ sed christianũ esse debere memineris : si iam id solita uirtute non meminisii tua. Puelli innocẽtissimi spiritus fide nõ ambigua in cælũ abiit: cælestiũ spirituum ascriptus agminibus . Itaq; in eo lucrũ fecimus mi Christophore non iacturã . Germani est incertus euẽtus: ut non tibi liceat animũ neq; mœrori ,pmittere: neq; gaudio laxare. Coniux ipsa luce charior tibi erepta est. Quia honesta quia morigera/ deo deuota/ uirtutibus dedita/ perhumana / ætate florens: quæ multos tecũ annos degere potuit fortasse ange / ris. Sed equius est de concesso tibi beneficio/ q̃ de morte cogitare: et in lucrũ referre quod accepisti/ q̃ in dãnum quod reddidisti Aut auatus aut ingratus/ si non omnino stultus necessario ẽ q̃squis rerũ No.

suarum tribuenti ac mutuanti non facit arbitrium: cæterū cum ip/so usu gratitudinis debitum terminat: quæ noxa si est in ꝓximū detestabilis/ q̃to magis in Deum? Quãobrem acceptū a Deo munus agnoscito: et lætos sparge flores sepulchro. Ad epithaphiū non elegos poetarū modos: nec mœstas Rhetorum uoces: sed sanctarū omnium ac uenerabilium turbã uirtutū excita: quibus inseruiens sic uixit: ut cum diem suum obierit: nec mortua uideri debeat: sed ab humanis ad clarum cæli fulgorem sublata: ubi fœlicissima est æuo sempiterno cum pace fruitura. An non certo illã gradu ad Deū creatorem suum/ uitamq; perpetuam/ ac beatissimam iuisse credenda est: quæ quia de suis uirtutibus agitur imprimis incredibili fide/ eximia

Lisæ egregia fides atq; deuotio

pietate/ ac in res diuinas incenso mentis ardore semper prædita fuit. Quoties pie Iesu mihi contigit commeminisse deuotionum suarū: Oratoru/ cultæq; ac uenerabilis aræ: quo de cubiculo certis quotidie horis oratum diuertebat/ laudesq; diuinas cõcelebratum: ubi ꝓ gemmis et margaritis: pro monilibus et pectoralibus fasciis reliquoq; muliebri mundo/ domini columnam/ flagella/ spinas/ et crucem contẽplari nõ desinebat. Hinc spirituales sanctiq; libelli. Inde uariæ sanctorum imagines collocatæ/ quas festis solẽnibusq; diebus sertis uinciebat/ et cæreis uenerabatur collucentibusq; luminibus. Adde ꝙ aliquando cum tota ciuitas choreis et laruis operam daret/ cum solemnes celebrarentur ludi: ederenturq; spectacula publica: ferme hæc sola præter morem muliebris ingenii: tum maxime humanis se subtrahebat aspectibus/ uidere et uideri/ audire et audiri secum reputans haud culpa uacare et contremendas illas domini uoces animo uertens. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam/ iam mechatus est in corde suo. Et ue illi per quem scandalum uenit: nec ociosa modo delitescebat: uerum pro iocis hymnos/ pro saltu religiosas uenias/ pro sono et cantu uirginis coronas secreta sumebat: et eo maiori studio sanctorum basilicas petere satagebat: quo maiore frequentia reliqua ciuitas itenta ludicris esset. Nulli etiam unq̃ de

Pia

sidiæ dedita/ res domesticas cum tempus posceret/ non quasi domina: sed quasi ministra sic obibat/ affabilis/ blanda/ liberalis/ facillima omnibus/ atq; compatiens/ quæ ĩfirmorū/ si opus esset/ per seipsam pulmenta/ cibosq; conficeret/ adesset/ hortaretur/ curaret. In ampla

familia et nepotũ/puerorũq; et ancillarũ turba tantã oris et oratio/
nis modestiã tenuit/ut neq; uerbum arrogans/neq; rixarũ seminari
um uel improuida unq̃ expuerit. In tantisq; opibus paruo semper
cõtenta fuit/rata omne superuacuũ in pauperes ꝓpensius erogan/
dũ:deq; superfluis effusisq; rebus ante Christi tribunal reddendam
esse aliquando rationẽ. Vestes et gẽmas et omnẽ corporis cultũ ita
neglexit/ut profanis oculis haud quaq̃ exitio/simul nec tibi stoma/
cho fieret præcepto apostolico illi recte obtemperans. Mulieres in
habitu ornato cũ sobrietate et uerecundia:et quæ nupta est mulier
amplius potestatẽ non habet corporis sui/sed uir: quærítq; quomõ
placeat uiro. Longe plura sunt Elisæ nostræ ornamẽta uirtutũ/de/
coraq; monumenta industriæ/ingeniiq; sui:quæ scriberemus:si tibi
ante omnes agnita non essent:non ut moleste feras:q horũ omni/
um in eius obitu tibi amissio facta sit: sed ut ãte dicere cœpimus ꝓ
eo quod acceperis lætus offeras debitũ Deo ipsi: ac speciosũ sacrifi
ciũ laudis:a quo ea tibi cõmodata fuere. Mihi crede humanissime
Christophore atq; sapiẽtissime:si in dolore et fletu uerũ intueri po
tes peropportuna tibi proposita est et constituta materia/ratioq; cũ
lætitiæ/ tũ meriti non exigui: quã incassum abire atq; delabi nullo
pacto permittere tua uirtus debet. Quid causæ est ꝑ Deũ immor/
lẽ cur non sereno feras animo atq; lætissimo:ne quidẽ forti amatæ
coniugis uicẽ? quam neq; potes dubitare earũ uirtutum:quas atti/
gimus gradibus in cælũ cõscendisse? Quã de manu imperioq; for/
tunæ durissimo ereptã cernas:de ꝑegrinatione laboriosissima/et ple
na supplicii i patriã:de naufragio in littus:de bello ad pacẽ:de mor
te ad uitam euectã credas/atq; confidas? Infœlices ipsi et miserandi
mi deuote et in christo peramãde Christophore q̃diu amarã tene/
mus hanc uitã et lucem aspicimus tam dẽsa offusam caligine/uitam
inq̃ et lucem/cæli motu et cõuersione uariabilẽ/et semꝑ incertam:
quæ nobis cõmunis ẽ cum cæteris animantibus: in quã uentus cre/
bet incursat: fulgura/tempestates/ignes/tonitruaq; descendũt. In
quã quisq; cum fletu intrat:et cũ intrauerit/statim fortunæ cõcedi
tur humana rotãti: ab illa nulla alia de causa q̃ q in mundo natus
est innumerabilia mala passurus: ut extiterint plurimi q puerperia
fletu funera gaudio sint ꝓsecuti:q neq; de Christo/neq; de christi/

Sobria in sermone.

Inuictu psi monia.

Bonis mise nor est ui ta q̃ mors.

anæ fidei sacramento: uerũ de ea quæ sapientibus omnibus semper eluxit ueritate hoc susceperũt. Sed o insana eorũ capita / et corda durissima/qui humi defixi et elusi falsis rerũ mortaliũ et pereuntiũ imaginibus: quæ quoniã et uideri et tãgi et apprehẽdi sensibus pos sunt:charæ sunt:et uulgi oculis admirãdæ cælestia et sempiterna cõ tẽnunt. Tẽpus breue ẽ/et rapidior flumine præterit mũdi figura.

Paulus. Reliquũ igit̃ est queãdmodũ Paulus noster pulchre et fideliter ad monet/ut qui utuntur hoc mũdo sint tanq̃ non utentes: et ipsi illi parẽtes:q filios hñt:et filii/q parẽtes:et uiri/q hẽt uxorem:et uxor/ quæ hẽt uirũ:sint tãq̃ nõ habẽtes et q gaudẽt/tãq̃ nõ gaudẽtes:et q emũt tãq̃ nõ possidẽtes. Infirma/nutãtia/iania fucata/sẽpq; cadẽtia hæc omnia:quæ qui habeat lætari:et q non habeat tristari/est excel/ lentis insaniæ. Quis iure doleat eũ quẽ adamauerit chariũq; habue rit/ex hac lachrymarũ ualle/ ubi creatura omnis humana exul suspi tat et ingemiscit/ ad cæleste illam patriã gloriosissimãq; et sempiter nam:unde omnes orũdi sumus/decerptiq;/atq; deducti peruenisse/ et in sorte sanctorũ esse relatum? quod Elisæ ipsi si qua fides:si qua uirtutũ præmia:et quod maius est:si a deo non fallimur:haud dubi to cõtigisse. Et hæc ratio est si non desipis prorsus sapiẽtissime mi Christophore: cur non angi sed lætari sorte optimæ ac dulcissimæ

No. coniugis debeas. Non est.n. emigratio ipsa totius hominis inani tio:neq; nostrorũ perpetua amissio:ut i nihilũ eant:aut nusq̃ sint: iisq; nunq̃ nobis liceat frui. Sed neq; omnino mala mors est/ nisi male uiuẽtibus. Quibus aũt uita est inocenter acta / malorũ termi nus est:fœlicitatis initium laborũ requies:uictoriæ palma:et deniq; ad parentẽ suum /ciuitatẽq; sanctorũ recessus. Quod si nec satis his rationibus desyderiũ illius tibi potest aboleri: nec mœror exhauriri totus:adhibe consiliũ passionibus:et egregiã tuam uirtutẽ ac solitũ pectoris robur aduersus cõflictũ/animiq; molliciẽ aduoca. Cogita si rem suam homini denegas:furtũ facis/et iusticiã uiolas. Si Deo: quod ne faceres paulo ante suasimus: sacrilegium perpetras pariter et iniusticiam. Quod si uis Deum non lædere ut scio certe te nol le:ita quoq; eũ tibi debere optare placabilẽ:et animi semper ad men tum: quod facillime ostensa tibi iam uia præstabis: ut scilicet prom ptus ac lubens restituas depositum suum reposcenti: et ad sublimis

illius maiestatis pedes prostratus/uocem illam inuictissimi Iob emit
tas optima mente : Dominus dedit/dominus abstulit : sicut placi/
tum est domino / sic factum est . Sit nomen domini benedictum .
Quam uocē præclaram Demetrius ille perceperat: cuius ī libello de prouidentia Dei Seneca magnifice meminit . Dii immortales in/ quit quen possum: q̧ non ante mihi uoluntatē uestram notam fe/ cistis: prior enim ad ista uenissem: ad quæ nunc oocatus sum . Vul tis liberos sumere: uobis illos sustuli . Vultis aliq̄ partem corporis ? sumite nō magnam rem promitto/cito totum relinquā. Vultis spi/ ritum ? quid ni ? maluissem offerre q̄ tradere . Potest ne mi Chri/ stophore christianus aliquis tam fractus et mollis esse: qui philoso/ phi huius animosam et tanti roboris uocem sine rubore possit au/ dire; nonq̧ pungatur tanqoam aculeis: et impellatur ad imitandū ?

Demetrius
q̄ aīmose

Cogitetur et hoc loco de Horatio Pulullo: quē in Capitolio tem/ plum Ioui dicantem audita filii morte nec a cerimonia destitisse / nec mutato quidem uultu ad filii dolorem flexisse animum ferunt. Eodem animo. Q. Fabius Maximus extincto filio cōsolatorio mu nere est per se functus. Paria atq̧ his sororia de Pericle atheniensi/ um duce/et de Xenophonte Socratico historiarum monumenta cō celebrant. Anaxagoræ quoq̧ omnium litteris est nobilitata respon sio: qui filii interitum nuncianti Nil inquit mihi noui aut inexpec tati refers: Sciebam enim illum esse mortalem. Sic Lu. Paulus cum inter septimum diem duo filiorum funera excepisset: nec se a publi co triumpho semouit. Consueuere Licii gens forte nec satis docta/ nec culta cum quis eorum esset in luctu: ut muliebrem uestem indu eret/quasi luctus non uirorum esset sed fœminarum . Quid Marsi liensium mos ? Hi enim solemni conuiuio decorarunt orbitates : diesq̧ unus tantum luctui tribuebatur: ne uiderentur mortales im mortales optasse . Non itaq̧ uirorum est ille dolor immodicus et fletus/qui terminum non habet etiam perexiguom: sed neq̧ homi nis nisi eneruati quidem/ et elumbis planeq̧ muliercculis ipsis dete/ rioris: qui nullum habeat cum uirtute commertium: nihil cum ra/ tione commune . Elisa nostra/ Elisa uere : quia ipsis campis elisiis non modo digna : sed cælestium ac superum regno dignissima/si uti ostendimus/haud mortua est: sed regi uiuit: cui omnia uiuunt:

Horatius
Pul.

Q. Fabius
Maximus
Pericles
Xenophon
Anaxagoras
L. Paulus

Licii

Marsiliēses

si bonorum suorum nihil amisit: sed magis capit præmia suis maximis digna uirtutibus. Si iam secura huius euasit uitæ naufragia. Si tu denique commodatum Deo ultro non reddens/ redderis ipse sacrilegus: et maiestatis reus: te ne permittes mi Christophore opri/me/ac sapientissime acriore/ac diuturniore morderi dolore. Et quod Demetrius ille/ Puluillus/ Fabius/ Pericles/ et alii quos ante commemorauí potuere/ ipse non poteris christianissimus ingenuus atq; optimis moribus refertissimus? Quod sane quia aut eximia tua prudentia/ inclytaq; generositate animi tui per te iam potuisti/ aut his nostris ueris ac fidelissimis monitis incitatus nunc tandem facile poteris: Longior tecum nostra hæc non erit epistola. Vale.

Ad Valerium Concanonicum in funere
Contis Facini Consolatoria
Epistola LXXVI.

c

Ontes Facinus noster mortalitati/ cui natus erat: concedens pie quieuit in domino: cum quo q̄plurima ornamenta præclara ex humanis simul abiere. Egregia bonitas/ quæ in optimo quoq; primū exquirıtur. Mira prudentia/ ardens ingeniū/ culta facundia/ liberalium artiū ferme omniū caterua/ Musarū chori/ litæ/ carmina/ et cū his pariter salutaris medicinæ peritia. Atq; i ipsa tantarū rerū fœlicitate et florentissimo et laudis et nois cursu (heu uana atq; caduca humana cōditio) et agēdi et uiuēdi abrupta sunt fila/ et ueluti a texēte præcisa. Proinde acerbior tibi in hoc homine ut ipse coniector mors certe uidebit/ quem sui memoriā bonis operibus extendentem tanq̄ immaturum florē impia falce substrauit. Et collachrymabere forsitā Valeri dulcissime/ surreptum tibi quem alumnum: quem parentē: quem magistrū adolescens habuisti: qui inter claros Facinæ uestræ familiæ uiros iam princeps enitebat. Sed ita sunt humanæ uitæ incerta curricula/ et angusti/ citatiq; termini: ut ipse non uideātquæ ætas longa dici possit/ etiam si illam quidem proponamus quam longiorem aliquis uixerit: aut quæ breuis deplorāda sane sit: in qua uel pauculos dies recte quis egerit. Ad unā siquidem omnes/ dies atque noctes tāquam sagitta ad signum pro/

Con. Facini merita laus

Mors cita atq; incerta

peramus metã quam singulos attingere inexorabilis tandem neces/
sitas adigit: qui cursus perpetuus ac citatissimus nunq̃ stans / nisi in
fine perspicitur. Quare satis ꝓfecto ille nobis diu uixisse uideri de/
bet: cui recte uixisse ac cõmode contigit: non qui canos compleuit
annos diemq; suum ad senectã perduxit. Quod iste cum sit assecu/
tus: ut decurso uelociter stadio palmã sustulerit: quid est: cur ei bea/
tũ finem inuideamus? et mortalitatis moram erũnosam optemus?
quod ne ipse cõmitas / monitorẽ tibi Senecã adhibebo: qui uiuendi
cupidos admirans ad Paulinũ inquit. Omnes mortales circũspice/
larga ubiq; flendi materia. Aliũ ad quotidianũ opus laboriosa ege/
stas uocat. aliũ ãbitio nũq̃ qeta sollicitat. alius diuitias: quas optaue
rat / metuit: et uoto laborat suo. Hic non habere se dolet liberos:
hic perdisse. Lachrymæ nobis deerunt antequã causæ dolendi.
Non uides qualem nobis uitam rerum natura promiserit? Quã /
primũ nascentiũ hominũ fletũ esse uoluit. Hoc principio edimur.
Hoc oĩum sequẽtiũ annorũ ordo cõsentit: uitãq; sic agimus. Quæ
omnia mi Valeri q̃ certe uerissima sint / non modo summorũ homi
nũ testimonia: sed tota cõtinue uita declarat. Quare / ut naurica si/ Similitudo nauigantiũ
militudine utar / longe melius enauigasse illi mihi uidenĩ: q integra
puppi / atq; integris mercibus portũ breui remigio et secundis uen /
tis intrarunt: q̃ qui incertis adhuc fluctibus errant. Sed Contem
fortunatissimum nostrum portũ salutis tenere / suspicari: immo cõ/
fidere omnino quidem mihi licet: qui contritus corde / et ore confes
sus: omnibusq; præsidiis ac uitalibus sacramentis sacrosanctæ matris
ecclesiæ me partim cohortante / partim ministro munitus exierit.
Quæ alioquin in contritione et gemitu cordis utilitas? quæ in san/
guine Christi fiducia? Quæ in promissione Euangelii et diuinorũ
oraculorũ et carminum consolatio: si per penitentiam quicunq; no
xius expiari non potest? Quod ueritatis sacramentum quoniam
religioso tibi et erudito et fidelissimo Iesu Christi seruo / atq; mini/
stro compertissimum est: temperate atq; infideliter mœreas. Vale.
Valeri in domino dulcis atq; charissime / et mutuum ora.

Ad Philippum Parmensem Concanonicum de multo
rum fratrum mortibus Epistola LXXVII.

Ta ferrens/ut scribis/esse non potes uenerabilis mi Philip/
i pe/atq; charissime:ut cum tot casus/totq; nostrorũ obitus:
quos paruo quidem curriculo aut peste contabuisse/aut do/
loribus/ac febribus absumptos audisti:mente reuoluis:/grauiter nõ
moueare. Ego ipse: cui præcordia satis humana ac mollia natura
concessit: et cui ex cõfratribus iam numero septẽ paucos inter dies
nostro de grege partim atrocitate pestis partim febrium æstu occu/
bere:equidẽ tecum mœrore distringerer:nisi putarem:/mihiq; per/
suaderem niueo hoc nostro/et regulari de cœtu decorari etiam cæ/
lum Deus ipse uoluerit:quæ res ita me recreat:ut non tam/doleam/
Legito/mortaliaq; cõtẽnito. q̃ lætus exultem:illisq; congratuler:et o nos miseros suspirem/et di
cam: qui relinquimur: qui residui sumus:qui hæc infirma et sordi
da/ac malorum et periculorũ omniũ plena loca tenemus:et iter Scil
lã atq; Carybdim male tuti nauigamus adhuc: Illudq; ĩprecer: ne/
scio ne sapienter. Pereat/ pereat/ociusq; diffugiat quicqd nobis est
lucis:et splendescat tandẽ sacer ille: q̃ cælestem in/lucẽ nos reponat
dies:et quo ossa humiliata et tabefacta sanctorum uiuentium Deo
exultabũda resurgãt. Cum mecũ interdum reputo:quid egi paruu
lus:quid iuuenis:quid uir:quid et modo in seniũ uergẽs patiar/pas/
surusq; sim. Quæ rerũ:quæ famæ:quæ uitæ:quæ salutis discrimina:
quæ quoquo te uerteris undiq; circunfusa nos manẽt:insurgit mi/
hi rerum omniũ desperatio quædã. In idq; mi Philippe (nec tibi
mentior) sententiæ animiq; deuenio:ut si decursa/mihi cõduplica/
ri ætas possit:nesciã ne uelim equidem a calce (ut aiunt) ad carce/
res iterum reuocari/ ita tedet animam meã uitæ meæ: et aduersum
Solonis monitum. me loquor i amaritudine cordis mei:ita et fluctuans/et incertũ/et in
firmum agnosco quicqd iam non fuerit magno et graui ad Cre/
sum Solonis oraculo postremus hominum dies:morsq; ipsa turata.
Qua cogitatione nõnulli ueterum atq; gentilium/ ut latinæ/græcæ
q; narrant historiæ/uitam perosi/ suis se manibus interemerunt. Et
Dauid. noster Dauid maximus et sacratissimus Regum plerisq; psalmorũ
Paulus. carminibus cælestre illud regnum anhelans/ incolatum terrestrem si
bi prorogari deplorat. Nec aliter Paulus/ pollens uirtutibus maxi
mis/ gratiaq; redundans:deq; salute iam certus/ recessum a terrena
domo et manufacta non desinebat sibi precari. Recte igitur illi mi

hi sentire plane uidentur: qui ne christiano quidem: sed altissimo tamen ingenio atq; animo Mortem definiunt non esse odiosam: quoniam ne mala quidem: quæ tantis nos eripit malis/ et iter sola patefacit in cælum. Quamobrem melius profecto nihil uideri pōt/ q̄ ut scite Aneus inquit tota in uita emori discere. Quo maxime uenit: ut et Plato ipse censuerit totam sapientiam hominis mortis meditatione constare. Te itaq; optime ac sapientissime o mi Phi/lippe para/atq; accinge: qui agis in pestilentissima urbe. Et ut idem ipse indesinenter efficiam/pium mihi Iesum in auxilium tuis arden tissimis precibus inuoca: quod et ab Egidio dulcissimo nostro fra/ternæ ac sanctissimæ charitatis fiducia exigo: cum maxime deuotis/simus atq; innoxius aram domini tenet. Vale mea suauis recorda tio/ et in Christo delicium. Venetiis pridie idus Iulias.

Mors mala non est

Seneca

Plato

Ad Ioannem Andream Ferrariensem Consolatoria in patris funere Epistola. LXXVIII.

Ixtus ferrariēsis Concanonicus noster uir officiosus ac phu manus: qui Ferraria nuper ad nos adnauigauit: patris opri/mi tui mihi retulit obitum: quē quidem ægro laturū te aīo uehementer addubitans: fraternæ duxi charitatis/ et beniuolētiæ sin gularis erga te meæ Ioannes Andrea pamandei atq; dulcissime (si id possum satis) occurrere tibi/ et consolationem præstare aliquam: quæ tanquam repentinum remedium/ ac medicina præueniens: si re tinere dolorē istū tuum omnino etiā non possit/ uel saltē leuet/ ac tē peret. Neq; ad hoc ea me suspitio impulit: ut existimarim effœmi/natoi/discinctoq; animo abenas totas lachrymis indecore te cōcessu/rum: qui pp regnum Dei uiuentem illum reliquisti: et te lamentis prosequentē et adiurantē ne se desereres: cum niueā Christi tunicā cogitares/ alto animo ac surda aure pertransisti: illum audiens: qui inquit Deus tuus. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum/ et filiam aduersus matrē suam/ et nurum aduersus socrū suā/ et inimici hominis domestici eius: et qui amat patrē aut matrē plus q̄ me/ non est me dignus. Tantæ fidei uiri/ tāq; ingentis ardoris nō est summittere sese mœrori/ et imperitum uulgus imitari nihil amās

atq; perspiciens : nisi quod oculis cernitur/ sensibusq; subiicitur : quod peccaturũ nullo te equidem pacto subtimeo. Noui quid ĩ te fidei/quid modestiæ/quid rationis/ quid prudentiæ uigeat. Ad intimum tuum spiritũ meus/nescio quomodo animus penetrat:et ĩ secretum pectoris ac mentis illabitur : teq; excruciandum hoc uno peruidet:q; dulcissimo tibi filio : quo duce atq; magistro ille se totum etiam inter sollicitudinem curiæ in Deum fidebat posse conuertere:nouamq; spiritualis uitæ formulam consectari:surreptus interim fuerit . Hic tua cura maxima/ hic tua pietas / hic tuus mœror totus uersatutus prorsus mihi uidetur:cui eo difficilius mederi consolatio aliqua potest/etiam egregia : quo honestum atq; probabile planeq; et sanctum et debitum iudicari tuum istud desyderium potest: qui rectus recte/religiosusq; religiose tuum partẽ cupias/ames/excolas/te non modo: qui læto oculo/patrioq; affectu semper conspexit:sed in domino obseruauit:et natorum dulcissimum honore præuenit:cuius ut attigi/consilio/cuius precibus:cuius ope/ac deniq; meritis sese putaret/ac crederet tecum futurum aliquando beatũ. Hæc te si mouebũt/si uexabunt/si laniabunt plura esse mala cogitato : quæ.M.Galeotus præstãtissimus genitor tuus euitauit/q̃ bona quæ perdidit . Emigrauit in Christi fide / gremio fotus piæ matris ecclesiæ/ cõfessione/ uiatico/req; sacra omni religiose ac rite suscepta . Audi hoc loco prudẽtissime mi Io.Andrea. Audi (te quæso) irrefragabilem illã domini uocẽ Qui credit in me/etiã si mortuus fuerit/uiuet:et omnis q̃ uiuit et credit ĩ me nõ morieẽ in æternũ. Illud quoq; te cælesto soleẽ oraculũ Ioãni in Apocalipsi allatũ diuinitus. Beati mortui qui in domino moriuntur . Quod tuo plane/ut ante dixi/optimo et modestissimo cõtigit genitori:ut in Christo dormierit:et p Christũ sit euigilaturus in gloriã. At ĩ humanis diutius agere potuit:sese præparare/ atq; accingere : et accinctus deinde tutius emigrare. Hæc illum cogitantem dira et inexorabilis parca corripuit . Hæc eadem mihi precanti illum interim extrema fata subducũt. Non est/quod importunũ dicas/ac sæuũ: quod mortalibus omnibus primus ipse uitæ dies / primaq; infantiæ rudimenta portendũt:atq; denunciant. Insidum.s.atq; incertum cuiq; futurũ uiuen

M.Galeotus

di ſpacium:locumq; et modum. Vbi enim in lucem edimur/mox I
hos caſus mortis ordo/lexq; diuina raptat / et proicit:ut ſuæ ſortis
atq; fortunæ nemo ſit expers. In unum omnes locum miris ſane et
innumeris trudimur modis:aut ſi ſapimus/ultro cõmeamus. Quod
ſi ſic emori hominem Deus ipſe naturaq; conſtituit/nos amabo hu
mana temeritate indignabimur ſua neceſſitati iura concedere?nos
q; decipiet/qua flagramus/uitæ cupiditas? Deniq; præter excellẽtes
diuinaſq; uirtutes:quæ terminos fineſq;:quos apprehendamus/ulti
mos non habent:quid amplius/ſi adhuc quidem uiueret: tu illi fili
us chariſſimus ac modeſtiſſimus poſſes optare?An non tibi ſatis tu
iſq; fratribus uixit?Nam Alphonſum te natu maiorem in ſummis
honoribus domi primum: Foris quoq; Prætorem florentiſſimarũ
urbium uidit/ expectantem deniq; honoris ultimum/dignitatẽ ur/
bis Senatoriam. Te uero anteq̃ iugum melleum ac ſuauiſſimũ do
mini ſubites:ac tolletes / inter togatos docendi cathedram cum lau
de tenentẽ conſpexit. Tertio bonæ ſpei /ac probitatis coaleſcente
filio etiã exultauit. De ipſo autem quid loquar:qui ſane tũc obiit:
quando iucundiſſimum eſt obire : quando in eo iam erat uite et — Quando eſt optimum emori
omnium humanarum rerũ ſacietas:cum læta proflueret ætas: ſub/
irent morbi triſtiſq; ſenectus:cum ſomnus/quies/guſtus / tactus/in
ceſſus ſimul hæbeſcerent et omniũ ſenſuũ uigor ac ſpiritus abuola
ret? Quis per deum ſapiens ad extremam ſenectam deuenire non — Senecta grauis
horreat/cumulatã oibus malis/nullis uero blãdientẽ illecebris?ſed et
inſup et dies et noctes ſui faſtidio laborantẽ / ac diſſolutis cõpagi
bus fatiſcentem?Verum enimuero ſi tum illũ lues cõfeciſſet : quã
do peſtilentiſſima tota ciuitas erat:et ager ois eodẽ cõflagrabat in
cẽdio:cũ patria obſeſſa/atq; attrita Veneto bello euerſionẽ excidiũ
q; timebat:et ſua dignitaſ ois/et apud pricipẽ ornatiſſimus gradus/
iterq; ciues merita auctoritas ipſo cum imperio caſura putabaſ:ſic
illum tibi deſyderari forſitan concederetur parua admodũ uel cen
ſura uel culpa. Nunc uero cũ florentibus rebus oibus ſuis domi in
ter ſuorum ãplexus exceſſerit cunctis optatus: Pricipi ſodalis acce
ptus/et conſiliorũ particeps fidus gemmarũ quoq; et toreumatũ/
moniliũ/ſignorũ/ac p̃tioſorũ oium cuſtos:quem princeps ut dilexit
incolumẽ:ſic nec dedignatus eſt morientem:quin et thoro aſtans

et solatus et blanditus: et ad omnia in suos benignitatis et opis offi cia sese promptum futurũ iucunde ac perhumaniter pollicitus est. Cum hæc ing ei in morte contigerint/ quid plane est/ quod in hoc homine doleamus: nisi forte imprudẽtes ipsũ/ aut inuerecundi mortem quidem ipsam a mortali duellere: et quod omnes necessitate sunt subituri/ tuo uni genitori detrectare ausi fuerimus? quod quia fieri non potest: non tam temeritatis q̃ extremæ dementiæ signum/ illud optare mihi prorsus esse uidetur: a quo errore teterrimo/ ut a cæteris quidẽ grauissimis uitiis/ sic abhorrere debebit singularis modestia ac bonitas tua. Denicq non ei congratulari: quem credas obisse sub titulo et nomine/ Christi/ quemadmodum qui spem nullã de dormientibus habent: apertum quidem est infidelitatis ac desperationis inditium. Quare quod superest/ uideto ne uiuentem cum mortuis defleas/ et lucem in tenebris quærens/ propheticam illam imprecationem incurras. Ve qui dicitis bonum malum/ et malum bonum/ ponentes lucem tenebras/ et tenebras lucem. Longe melius et uerius quidem illum aspice in tutissimo Abrahæ sinu/ et inter cælestes angelos/ animasq fœlices ouantem: aut sane/ quod tertium est/ si adhuc illũ aliquid contagionis pertimescis habere: quod diluendum/ expiandumq õnino salubriter sit/ priusq̃ ad cæli purissima euolet: quod ut suspicere probo: hortorq/ et moneo/ quando uel astra quidem ipsa in conspectu Dei imunda esse sacris i litteris referantur/ mortaliumq: etiã oẽm iustitiam coram Deo menstruũ pannũ Esaias nuncupet: donec ab eo ois labes/ oisq aboleatur im puritas: q̃ta tu potes ui charitatis/ oratioĩbus/ lachrymis/ atq gemiti bus illũ subleua: et quod sũmũ oium et efficacissimũ piaculũ ẽ: altaris adde suppetias: q̃ una i re/ ut religiosi et optimi uiri: sic et piẽ tissimi filii mũus explebis. Vale: tuiq Matthæi mẽinens itero rãdũ.

Optandum non ẽ quod fieri non põt

Infidelitas ac desperatio

Abrahæ siñs

Obserua

Esaias

Altaris suffragium

De falsa Affectione Sacerdotii temporalis domini Saluatoris ad Polycletum phisicum
Epistola. LXXVIIII.

q Vem mihi nuper attulisti de temporali Sacerdotio Saluatoris nostri libellum: meum de illo iudicium quærens Poly

clete uirorum optime ac suauissime legere equidem sine indignatio
ne non potui/ita mihi uisa est fabulosa puerilis / et commẽtitia oĩs
illa narratio. Et sane præconem illum tuum ueteranum/probatum/
cultumq; doctrina:cuius nec nomen nec ordinem nomino:quẽ te
dicis hoc arcanum mirabile tractantem in populo audiuisse cũ gau
dio:uehementer ego indoctum / ineptum et mendacem admiror /
nesciocq; ut potuerit tanto supercilio tantoq; plausu populari/ut tu
inquis:somnia in uulgus hæc dare : et illa tanquam oracula tertio
e cælo delapsa iactare:si non illum papalis illa maiestas fortasse fefel
lerit. Iactat siquidem passim/atq; disseminat se primum Romæ ar
canum istud in Pontificis maximi bibliotecha uidisse: et quasi cũ
doctis uiris errare non possit:testimonium Francisci Philelphi gra
uissimũ addit:qui forte cum mysteriũ legisset/nõ modo crediderit/
uerum magnifecerit/atq; probarit deq; eo et scripserit. Ego uero tã
etsi pauca admodum nosco : lõgeq; absum ab singulari horum ho
minum celebriq; doctrina/hac tamen in re sentire me rectius ac gra
uius q̃ istos arbitrãs/Iesu Christo diuino atq; unico ueritatis aucto
re mihi fauente tuo geram desyderio morẽ:teq; uel dux uel comes
ad semitam ueritatis perducam paruo quidẽ (ni fallor)labore:par
uoq; pedum tritu:si me hac ĩ re quod falsum est refellentẽ/et quod
uerissimum est confirmantem atq; tuentem obseruabis intentus et
docilis. Atq; illud / si ita est:ut Dominus sacerdotiũ temporale su
sceperit:eaq; fuerit dignitate perfunctus/ut spargit/et prædicat iste.
Et enim quis est:qui cerebrum habeat: q̃ id in archiuis Iudæorum
tamdiu latuisse crediderit:cum uno et uigiti suffragiis dicatur isto
in libello tuo ad sacerdotii apicem assumptus/ magnoq; sacerdotũ
omnium consensu de mortuo suffectus? Qui sacris initiantur my/
steriis/in christosq; unguntur/ non quærunt latebras/sed apertum.
Ipsi dant nomina :dant patriam / dant genus/dant et progenitorũ
origines/genealogiæque principium. Gestu/habitu/moribus/et om
ni uitæ parte pollent cæteris notiores. Delitescere ergo quomõ po/
tuit:quod nisi publice fieri potuit?nisi palam exerceri?nisi spectan
tibus omnibus peragi? Quod si perfidam Iudæorum improbamq;
maliciam facti forte pœnituit/potuere nihilominus illi rem tam cla
ram obtegere/tamq; conspicuã/ut non discipulis:qui a Christo ne

Confirmatio efficax

transuerso quidem crine discedebant: uerum eluxerit? non euangelistis: quibus curæ fuit Saluatoris etiam ad unguem indagari gesta: atq; ea sempiternæ consecrare memoriæ? non denique tot hebræorũ milibus: qui Christum secuti credidere? Aut contra: si clarum adeo et recens facinus uniuersorum impleuit oculos/ passimq; uulgatum innotuit: cur illum Scribæ/ cur Seniores/ cur consacerdotes reliqui: cur inq̃ magistrum illum tam sæpe: sacerdotem uero nunq̃ nuncupatunt? Cur tam auide et diligenter quis / cuiasq; esset sunt sciscitati: nisi te uera quia neq; sacerdos / neq; pontifex fuit: neq; eorum munus expleuit ullum? Pōamus hic testimonia: quæ latius pateāt: Paulumq; imprimis hebræos ipsos de uero ac immortali domini sacerdotio instituentem audiamus: qui dominum Saluatorem Iesũ pontificem ac sacerdotem appellat templi quidem non manufacti .i. non huius creationis/ sed cælestis utiq; ac sempiterni: in quod neq; per sanguinem hircorũ aut uitulorum ut cæteri: sed per propriũ semel sanguinem introiuit: qui ut talis esset decuisse inquit: qui nō haberet necessitatem quotidie quemadmodum sacerdotes primum pro suis delictis hostias offerre: deinde pro populo: quod consumauit sublatus in cruce se offerendo semel hostiam Deo patri sempiternã publica pro mundi uita atq; salute. Nicolaus lira in Matthæi cōmentariis/ ubi templi Salomonis situm/ dimẽsiones/ ordinesq; locorum distinguit/ ac pingit: negat Christum intrasse unquã uel in sanctasanctorũ: quod soli fas erat summo sacerdoti semel in anno dũtaxat: uel in sanctũ ubi sacerdotes reliqui litare quotidie et offerre solebant: uel eam etiã in areã: ubi leuitæ uictimas iugulantes sacerdotibus hostias expedirent: ea profecto de causa ac ratione / qꝛ neq; sacerdos esset/ neq; leuita. Sed uersatum ac docuisse inquit in lateralibus templi basilicis: inque ipsa porticu Solomonis: quo confluere/ seq; recipere turbæ populoque licebat. ibiq; in locis adulteram absoluisse: et mercantium cathedras/ et nummularias mensas euertisse / cæteraq; patrasse: quæ de eo feruntur uel diuina opera / uel mirabilia. Sed neq; se extricabit ab Eusebii Cæsariensis episcopi testimonio auctoritateq; grauissima/ siue Theodosius ille: siue familiaris eius Philippus: siue quisquis ille fuit delirus auctor et fallax: qui tam puerilia tamque nefaria suo dolo construxit. Hæc

Apostoli testimonium

Nicolaus de lira

No.
In qbus pribus templi Christus uersatus.

Eusebii auctoritas.
Theodosius.

insanus ille atq; ridiculus: hæc in ecclesiasticis historiis audiat. Verus hic: qui de cælo uenit Christus: non humanis opibus quæsita sumit unguenta: Sed nouo ac singulari modo paterno spiritu infusus et unctus Christus efficitur: sicut multis ante sæculis de eo uates Esaias prædixerat: dicens ex ipsius Christi persona. Spiritus domini super me: propter quod unxit me. Euangelizare pauperibus misit me: prædicare captiuis remissiõem: et cæcis uisum. Et ex persona iterum patris de filio Dauid ita pronũtiat. Iurauit dominus: et nõ pœnitebit eum. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinẽ Melchisedech. Hic antem Melchisedech in diuinis noluminibus sacerdos summi Dei fuisse refertur. Sed qui nõ oleo cõmuni perunctus fit: neq; q ex successione generis suscepit sacerdotiũ: sicut apud hæbreos mos erat: et ideo secũdũ ordinẽ ipsius sacerdos futurus dicitur Christus: q nõ olei liquore: sed uirtute cælestis spiritus cõsecretur. Quare ex his cũ falsũ satis appareat: quod oĩum maximũ eẽ uidebatur: Christũ s. tẽporalis sacerdotii fastigiũ suscepisse: iã reliquas cõsequentes ineptias ꝓsequamur: quas si preco dignissimus ille nõ uidit eqdem nescio quõ uoces factas accipiat: quõ studeat: quõ cõciõari præsumat. Philelphũ taceo: q sane de poetica et oratoria græca latinaq; lingua: q̃ de re catholica certius poterat iudicare. Laurum autem Quirinum Cretensem nobilem: Venetumq; patriciũ qui has transtulit umbratum nenias: et insignem Marcellum: qui eas Renato transmisit Regi: tanquam sacrum munus et maiestate Regia dignum: non aliter uel excuso: uel culpo: q̃ sine duce peragrantes ignota.

Philippus

Melchisedech.

Lauris Q.

Nauita de uentis: de tauris narrat arator.

Vide quæso quibus cæcucientes isti se tenebris implicant: et in quas errorũ scrobes ꝓlabunt. Sequitur et in ipso libello. Sacerdotes cum de assiscendo sibi Christo cõsultarent: deq; ortu eius et parentibus quærerent: Ioseph induci non potuisse. qui suũ iam diem obierat: fuisse autẽ matrẽ itroductã: quæ cum Virgine sese perhiberet: atq; affirmaret: et illi de intacta filiũ nasci nec credere: nec assequi possent: inspiciendam illam obstetricibus tradiderunt: atq; eos omnis qui puerperio interfuissent testes ueritati adesse iusserunt. Quæ portenta sunt ista: quæ præstigia mi o Polyclete? Quantũ eni pri

O insania

De Ioseph mum ad Ioseph attinet/aperte mentitus est Veterator :qui ista con
No. flauit.Nam post Saluatoris mortem superuixisse Ioseph / nulli qui
sacris in litteris sit eruditus/dubium esse iam debet:Porro cum ma
ximus Ambrosius/ Aureusq; Ioannes:quorum alter apud nostros/
alter apud graios eminet imprimis luce doctrinæ et irrefragabilis
nominis gloria scriptum reliquerint:illum post domini passionem
No. Mariæ mansisse socium/et cum Ioanne solatium.Deniq; Virginẽ
traditam obstetricibus contrectandã quis dicere / nisi blassemo qui
dem ore: uel audire/nisi sacrilega etiam aure iam queat : Rem pro
fecto non minus fœdam et stomachandam:q̃ absurdam omnino :
et creditu alienam? Sed o uesanum caput/et cerebro uacuũ:lingua
petulans/et suffusa ueneno:quæ audes polluta et execrabilis uirgi
nei pudoris fulgorem suffundere:et in diuinitatis theatrum manus
inferre.Quam dei filius non temerauit inoffensam serenitatem et
lucem:tu impudenter attrectas:tu prophane inspicis : tu impauide
nudas.Nescis procax:nescis ad humana non pertinere/quæ diuina
iam sunt?Si uirginitatem Mariæ spectas:inter astra non est Luci
fer et Hesperus ita mirabilis. Si partum prolemq; diuinam : nescis
Deum ne in illa/an in Deo illam magis admirere.Si maiestatem at
q; indolem:præsefert.si qua est/quæ uideri possit:numinis formã:
et tu sacrilega(Proh pudor)obstetrices tuo mendacio astruis : quæ
res ut indigna domini matre ita prorsus inanis si tibi uidetur et lu
dicra/immo execrabilis ac stomachanda mi o Polyclete.quæramus
et illud tandem: qui nam illi sunt/qui de Virginis partu testes fue
rint accersiti:si præter exultantes angelos/ et GLORIA in excelsis
Deo concinentes ulli mortalium oculi oriens illud æterni luminis
iubar intueri potuerunt.Quæ tanta fœlicitas/si cui contigisset. nec
No. is sane cui contigisset:ingratus/nec scriptores ueritatis torpentes /
ut arbitror/obliuioni mãdassent:quod quia ita nõ fuit: idcirco cũ
eti tacuere.Reliqua uero quæ coargui cũ his /quæ iã refutauimus :
facile possunt:quoniam leuiora quidem sũt:et radicibus iam extir
patis arescere per se plãe mihi uideror:prætermittere satius iudico:
ne et ego in paruo laborem:tuq; tædio afficiare . Quare mi Poly
clete iam uale:et iis quæ certa atq; optima sunt/frequenter inuigi
lans/Apochriphum omne deuita.Vale.

No.

Ad Ioannem Mapheum preſbyterum in domino uenerandum de prædeſtinatione Epiſtola. LXXX.

q

Væ de prædeſtinatione fœlicium deq; præſentia reproborũ diuinarum litterarum interpretes ſubtiliter lateq; diffiniũt: qua plãe materia uix altius aliquid cognitu/difficilius periculoſiuſq; ſuſceptu tota in theologia uerſatur/tu mi Ioãnes apud tuum illum Plateãum ita aperte enucleateque diſcurris diſcuſſaq; in dialogum digeris: ut ingenue fatear me neque legiſſe unquam neq; audiſſe in eo diſputandi genere ſatius aliquid atq; lucidius/ et quod maius uideatur in tãta re breuius: q̃q̃ magiſtris ſæpe diſſentientibus: non modo aures et mentem: ſed ipſam animam quoque deuouerim. Aquinatem/Egidium Romãum/Scotum perlegerim: et cum Pergulanis illis Venetis noſtris aliquando contulerim. Tu quæ illi ſparſere perſtringis: quæ nodoſa et iextricabilia poſuere diſſoluis: Quæ barbara ſcripſere/latina reddis/ſi ſatis tamen reddi poſſunt: dum ab uſitatis eorum uerbis/ et argumentorum ac locorum forma: qui ſeſe nunc theologos nuncuparit: tuq; ſequeris: diſcedere haud facile liceat. Sed nequid plane diſſimulem/de re ego ipſa tamen ſic ſentio: neq; te/neq; ſapientiſſimum ante te quenq̃ ſic docere/ſic ſcribere potuiſſe unquam/ne quo plus dixerit/minus equidem doceat: aut quanto plus deſudauerit/minus efficiat/fiatq; agitatum arcanum ſemper obſcurius: et quod nõ tam animum faciat/q̃ exterreat: et in periculoſiores ſemper ſcopulos inuehat. Atq; hic concuti ſæpe ſpem hominum omnem/et fidẽ. Subire ſuſpitionẽ de benefica illa diuinaq; natura deterrimam: deſperatos ire q̃pluri mos et flagitiorum omnium licenter inquinamenta ſectari/diuina humanaq; haberi nullo delectu. Conſilium/ſapientiam/patientiã/ uirtutes omnis etiam profugari nõnũquam. Quid nempe dãnandis prodeſſe ullo modo poteſt: ſi ſaluari illi poſſũt/nec tamẽ ſaluẽtur? Quid ſibi ſapientes iſti ſõniãt punctos illos/inſtantia ſigna uetriplicia/aut quadruplicia/compoſſitum ſenſum/atq; diuiſum/et quæ iactantur argutiſſime huiuſmodi cætera: ſi utcũq; ſit iſta/præſciti nihilominus damnãtur omnino: prædeſtinaſti uero ſaluantur? Quam dira illa argumentatio (Sed nec aliam nos cæci miſerãdiq;

Thomas.
Egidius.
Scotus.
Pergulani.

No.

Punctus.
Inſtans.
Signum.
Senſus diuiſus compoſitusq;.

dignoſcimus)perdendos ad amplioris decoris cumulum eſſe proge
niros?Quale decorum iſtud mi o Ioannes /quod tantum exitii/tan
tum ſanguinis/tatũ pditionis cõtineat?Quid tã ſæuum ? quid tam
cruentũ q̃ nauim fabricare:quam q fabricet / naufragaturam ãte
præuident ?aut eo filium mittere/ ubi diſcerpendum eſſe pferas pa
ter intelligat?At nunquid iniquitas eſt apud Deum ut Apoſtolus
inquit?Minime.Minime inquam.Sed ineſt maior fortaſſe mortali
bus nobis temeritas: qui arcanum incomprehenſibile humano ige
nio aſſequi poſſe credamus:et rem diuinis in theſauris altiſſime cõ
ditam(quod nemo adhuc potuit quantus ille fuerit)ipſi conemur
No. eruere:non intelligentes ſolius Dei notionem hanc eſſe non homi
nis:quod idcirco ſemper uoluit Deus latere hominem:ne unquam
hebeſcat:nunquam et ſibi in proficiendo finem iponat.Tale itaq;
eſt/tam abditam rem quæri/inueſtigatiq; ab homine :quale ut pul
chre Apoſtolus edocet:ſi contra uel architectũ uel plaſtam.Quare
me finxiſti ſic/aut domus/aut ſtatua argumẽtetur et quærat. Ego
itaq; ſic cẽſeo/ſic mihi perſuadeo rationes alias quidem nullas ptæ
ter illas:quas iſti Theologi tuq; inducis/ad ea quæ quærũtur affer
ri poſſe.Sed ſimul/ſi non fallor /contemnendas prorſus aut omittẽ
das/ pieq; de clementiſſima Dei circa opificium ſuum bõitate cre
dendum.Euangelia ſacratiſſima/Vatum oracula / Pſalmorum car
mina/uoceſq; omnes:quæ nos erigunt atq; excitant: tanquam De
um ipſum a quo demanant audiendas:illam ptimum atq; tẽacius
Io. Saluatoris noſtri apud Ioannem.Qui bona egerunt/ibunt in uitã
æternam:qui uero mala/in ignem ſẽpiternum.Hæc tecum mi Ioã
nes fiducia charitatis/quæ mutua et maxima inter nos eſt:Illud abs
te efflagitans uiciſſim/ut ores:ne nobis ad cæleſtia capiũda unquã
animus concidat iis propoſita omnibus/qui recte ac fideliter agũt.
Vale .Romæ ex æde uirtutum Idibus Ianuarii.

Ad Ioannem Philippum fratrem Epiſtola. LXXXI.

Voties lego tuas illas:quas nouiſſime ad me dediſti /nũtias
q ualitudinis:diuino(ut inquis)tibi munere reſtitutæ:quas ut
ſæpius legam:ubi libris incumbo/ac pugillari mihi quidem

ante ueulos statui:toties charissime mi ac uenerabilis frater : toties inq̃ grato in Deum: atq; læto efferor animo: qui clamantes ad se tandem est miseratus. Cum quo pariter mentem subit sollicitudo quædam et pauor:ne satis te serues atq; refoueas. Nemo est qui nõ bonam ualitudinem optet cum non habet:sed habitam pleriq; negligunt plusq̃ cætera omnia. Pecuniæ tectorum/prædiorũ/ totiusq; pattimonii omnes obseruãtissimi sunt/ut nõ atca/non supellex nõ fines/non iura:non dignitas in detrimentum incidat:qui iidem maiore quidem ex parte salutis et uitæ/propter quam cætera ista:prodigi ac profusissimi sunt:ignari fortasse quid ipsi sit:quidq; sibi utroq; ex homine debeant:q̃q; honesta etiam est unius huius rei parcitas. Neq; me putes solum de sæculi hominibus dicere:quos tenet rerum cupiditas:loquor de nostris religiosis hõibus/et seruis probatissimis Dei:qui id minime seruãt:quod ut assequantur et habeãt: quotidie Deum maxime obsecrant /salutem mentis et corporis : et ut mens sana/ut Satyrus ait/in corpore sano. Quod si scelus est alterius hominis corpus uel uiolare/uel lædere/uel etiam non adiuuare/ cum possis:quanto detestabilius et immanius est sese uel conficere ĩ iussu Dei:uel deserere? Et si liceat interdum perleges malos quidẽ perdere:ullis tamen nunquam aut diuinis aut humanis decretis fas est qualicũq; de causa sibi ipsi impias manus inferre . Ex quo Lucretiam illam castissimam / quæ a Tyranno compressa infamiã putauit uiolenta nece diluere. Et Catonem Vticensem/qui C. Cæsarẽ uictorem non ferens/propria se transuerberans manu/dolori suo remedium pertinaci cede quæsiuit cæterosq; illos omnes qui immortales suspicati esse animas / tanq̃ in cælũ migraturi sibi ipsis manus iniecere Theũbratum dico/Cleantem / Chrysippum/Zenonẽ/ Empedoclẽ/et quoscunq; deniq; alios siue gentiles illi / siue fideles:qui se sponte eripuerint rebus humanis/iure damnãtur / paricidæq; habẽtur:a quo quidẽ errore uel culpa Sãson ille fortissimus/ uel unus excipitur ꝓ agente illũ spiritu Dei subducta columna molisq; collapsu extrema subierit . Quod cũ ita sit mi dulcis ac uenerabilis frater egregium illum tuum impolutumq; animum in custodia ac domicilio corporis eatenus seruandum curabis : quo ad dies domini ueniat : qui educat illum et aduocet in perpetuam cælestis bea

Valitudinis cura

Homicidium sui
Lucretia
Cato

Theũbratus
Cleans
Chrysippus
Zeno
Empedocles
Sanson

titudinis gloriam : quam ut tecum ipse immeritus assequar / illius Regem Deum optimum maximum uehementer roga / mihique concilia. Vale.

Ad Augustinum Strozam fratrem concanoni cumq; dulcissimum Epistola. LXXXII.

Vanti apud te sumus Bartholomæus noster uenerabilis / at q; ego / immeritus litteræ tuæ / quas nuper ad me dedisti / late declarãt Augustine charissime: quæ utriq; nostrũ extitere gratissimæ: quippe qui ab integerrimo homine et ardentissimo Christi seruo uideamur nõ diligi modo: quod perexiguo mihi plane satis esset: sed amari quidem mirum in modum / coliq; et obseruari. Nullum / ut de me loquar / unq̃ tempus extitit: ex quo cognitus mihi esse cœpisti: quo non persuaserim mihi ita futurum / ut amantẽ amares / quæ est beniuolentiæ egregia ac peculiaris uis quædam: a qua ingenua et suauissima institutus animus / gratusq; aberrare ne possit quidem. Sed in ipsum Bartholomæum: cuius in te / præter dilectionem quidem ipsam / beneficium extat singularis eruditionis atq; doctrinæ / propensior fortasse est generosius animus tuus atq; reciprocus. Quid tuus animus dixi: quando quidem tantũ et ipse ego ei debere me putem et uelim: quantus est fructus eorum omnium / quos ille erudiuit / quantusq; nostri ordinis honos: quanta reuerentia: quanta maiestas est litterarum / ac studiorum? Quicquid enĩ officii confertur unius corporis membro: ad totum pertiere digno scitur utiq; corpus / cuius est membrum. Adde Augu. mi prudentissime doctrinam quidem ipsam et sapientiam nõ unius alicuius exigui corporis tantummodo esse: sed uastissimi illius / quod totũ continet genus humanum: et quod posteritatem moratur omnem. An est aliquid in tota re humana uel utilius / uel suauius uel melius / uel denique sanctius atq; diuinius ea admirabili ubertate scientiarum et copia: quas aut prisci sapientes nobis scriptas reliquere / aut præsentes impartiuntur magistri atq; doctores / quæ solis instar coruscãtes depellunt tenebras / quibus passim obuoluti ceu armenta deuia / sic ageremur / ac ueluti cæcucientes quidem noctuæ nihil ferenum

Doctrinæ fructus

No.

intueremur: O utinam quod te dicis mente uersare: posses te ipsa Augustine mi assequi: ut nobiscum adesses/nostra consuetudine/nostroque contubernio fruerere. O inquam Deus ita tulisset: Adesset que et Bossius noster/æqualis tuus et frater in Christo/ad hæc ipsa studia et idoneus et côcitatus et plurimus. Iam maturos et sapidos amari seminis/lucernæ atque sudoris capere inciperent fructus: quos calatho sportulaque subsequerer/lecturus uel fragmenta quæ pere unt. Sed o Deus bone in uita q̃ difficile optata eueniunt: q̃que raro mortalium sitis extinguitur. Ille ille beneficus atque dulcissimus Bartholomeus talium ingeniorum iacturam pro suo in religionē ma trem amore perpetuo beniuolentiaque in uos singulari suspirare nō cessat: qui uidebamini sibi ex omnibus quos docuisset: breui quidē spacio ad magnum doctrinæ cumulum euasuri/palmamque laturi. Ego uero utcunque res est: uos hortor percepta hactenus fideliter teneatis: ne quid ex iis omnino depereat/eadem ipsa repetētes sæpe ac confirmantes: dum Deo ipso propicio detur optatus fœlixque ad ea studia reditus. Vale mea dulcis in domino anima: et pro me ardentissime ora.

Ad laurentium Medicem Virum insignem atque clarissimum Epistola .LXXXIII.

Iuturnam p̄ absentiam ueteor ne sim forte tibi factus iam d incognitus Laurēti clarissime: Sed Petro genitori auoque paterno tuo/dum uiuerent/et charissimus et familiarissimus extiti: dumque fesulana assurgeret fabrica: quicquid in me ingenii ac diligentiæ fuit: id omne operi côtuli/non partia illorum uel satisfac tione/uel gratia. Absens ubicūque deinde me reperi: et eorū qui a no bis iā decesserūt: et tui/qui adhuc incolumis supes: meis in oratiōi bus/pūsque suffragiis: quantū perexiguus ipse potui/et gratus et me mor ppetuo fui: tantusque mihi est insignis Lau. erga te amor/reue rentia/pietas/fides etiam/atque opinio: ut p Aloisio Antilla ciue ue tere tuo/et omniū: quos unice ipse amo mihi plane charissimo tuā apud benignitatē egregiā ausim intercedere. Qui sane uir qualis quidem sit: et quid optet/ac flagitet/aperiam q̃dilucide ac breuiter

potero. Huic Robertus Antilla genitor fuit: qui cũ Palante Stroza eo q̃ illius factionis forte habitus esset: ãno gratiæ. M.cccc xxxiiii. pulsus patria est: hoc Aloisio filio tum nato/ cunaq; uagiente. Qui infãs cũ adoleuisset/ bonis primũ litteris traditus est. Deide legẽ ciuilẽ aggressus iurisconsulti gradũ honorifice est assecutus. Magnã uitæ partem Pisauri. Maiorem Mantuæ. Hanc postremam apud Illust. Gulielmum Montisferrati cõsiliarius egit. Qui cũ doctrina singulari sua: tum optimis moribus/ ingenitaq; bonitate præcipuai et ciues omnis et proceres quibus cum uixit: ad se amandum mirũ ĩ modum allexit. Nostræ quoq; Religioni tori peramabilis semper/ atq; charissimus extitit. Is deniq; Deo benefauente: qui in se sperãtes non deserit: nonnullisq; amicis ac gentilibus suis auctoribus reditum in patriam concedendũ quidẽ sibi sperat: quẽ nisi tuo impri mis auspicio/ tuaq; placabilitate et nutu accepturus sit: qui es patriæ pater: et ab eiusdem uere patribus ortus: et unus ille: quẽ obseruãt/ et audiunt merito omnes: non dico petere: sed ne optare quidẽ con stituit. Ergo tua sibi data dextera cupit. Patria te decernẽte dõari. In ipsã usq; seruitutẽ ultro tibi cõcedere. Quẽ si admittis in tuũ: si pio oculo aspicis. Si auctoritatæ iã tua: quæ diuinæ prouidẽtiæ dono ãplissima est/ patriæ restitutis/ ea fide/ integritate/ ac gratitudine animi præstat: ut deuicti hominis/ atq; erecti: te pœniteat haud fieri posse credideri: cuius de rectitudine ac probitate si Religioso mihi spõdere fas est: in uadimoniũ meã equidẽ fidẽ et cõsciẽtiã itrepidus dede rim. Quare si digna peto: nec rõnes uel reipub. uel amplitudinis excellẽtiæq; tuæ aliquid pıculi subeũt: quas nec nosco/ nec quæro: te rogo Laurẽti inclyte atq; magnãime p Christi sanguinẽ preciosũ: in quo et misericordiã et ueniã habituri sumus omẽs: perq; tuam immortalẽ dignitatẽ et laudẽ suplicẽ exaudias/ atq; attollas. Quod si feceris/ mihi crede/ magis ac magis indies te fecisse lætabere. Vale decus patriæ: pietatisq; muneribus tibi struæ iter in cælum.

Ad Aloisium Antillã de reditu suo/ deq; Mãtinea insigni pictore Epistola. LXXXIIII.

p Ro reditu tuo mi Antilla ad insignem Laurentium quales

potui efficaces et supplices/ut uidebis/litteras dedi:quæ tibi si satisfa ciunt/admodũ lætor. Sin minus/non fidẽ et studium sed ingenium ac uires credito mihi defuisse. Spero te lætum uidere/ atq̃ exoscula ri cito:uerum interim moram mutuis solemur litteris:quæ præcipu am atq̃ mirabilem hanc in se uim habẽt: ut ueras sæpe uincãt ima gines/et dulcius/q̃ ora loquãtur. Nudius quartus ex urbe Mantua digressus Generalis pater ordinis nostri huc se recepit:a quo mecũ lõgus de te ẽ habitus sermo: quo deprehẽdi quantum eum delecta uerit istic cõsuetudo dulcissima tua/uirtusq̃ peregregia. Quæ res sũmæ profecto mihi letitiæ fuit: q̃ charus æque habearis patribus cætens:ac mihi semper fuisti. Mantineam nostrum audio filii mor tem dolẽtius ac grauius ferre:cui digne compatior atq̃ condoleo: cũ pp seipsũ iter pictores unicũ plãe:qui primã gloriã nostro æuo est assecutus:et si de priscis loquendũ est:Zeusim ipsũ/et Apellem et quotquot æternæ memoriæ gratissima cõsecrauit ãtiquitas/facile nõ modo sit æmulatus:sed uel æquatit/si nõ superatit:tũ pp iuue nem:cuius obitu Heu quantũ spei est surreptum Italiæ. qui fœlici bus suis cœptis nobis pollicebatur egregiũ se paternæ laudis heredẽ futurũ:Sed quod solet secundissimis in rebus accidere:tantã inuidit fortuna/uel ut fidelius dicã:Deus ipse non tulit in patre et filio glo riam:ne adhuc mortales/beati sibi uiderentur. Docet enim rerum natura ac humana fragilitas desperatione præsentium quærenda esse futura/et mobilitate fluitantiũ semper et transeuntiũ diligẽda cælestia atq̃ mãsura. Quantũ præstat pẽniculo/præstet et aio no ster Andreas:ĩgenio ne dixerĩ:quod plãe altissimũ habet/et oĩa pui dens atq̃ cõplectens. Sed incidunt quædã in uita ita grauia et tolle ratu difficilia:ut sapiens quandoq̃ succũbat:nisi fidis erigatur ami corũ lacertis:quod tu quantũ per te potes/ex me quoq̃ quem sem per audiuit efficito. Vale amicorum deliciæ:ac pro me ora.

Insignis Mantinea.

Secundis aduersa miscentur

Ad Laurentium Medicem exhortatoria ut Abbatiã Fe sulanam pergat absoluere Epistola. lxxxv.

q Vod tu Laurenti clarissime atq̃ magnanime fortasse uix cogitas:omnes/qui in Fesulanum ad nos diuertunt inspec

tuti monasterium omni opere clarum intuentibusq mirabile:cum particulas illas: Templi frontem.s.et subsellia fratrum:quæ Chorus appellantur : nonnullaq alia minora conspiciunt inabsoluta senescere relictaq iacere:conuersi ad te suspirant tibiq animum ad hæc perficiunda diuinitus dati:ut datæ sunt diuinitus uires com precari non desinunt. Ego uero:qui templo ædibusq surgentibus operam curam intentionemque etiam non exiguam præsens adhibui chatusq ex mea hac diligentia tuis progenitoribus extiti:et qui mecum sub his tectis Concanonici Christo famulantur et militant:quantum fœlicem húc diem:quo beneficam tuam manum apponas operi peroptemus : nullis plane uerbis satis indicare possum. Vincit enim hic ardor:qui decorem domus Dei et locum habitationis gloriæ eius tãtopere cupit ac diligit:eloquium meum omne atq sermonem. Taceo ordinem uniuersum nostrum omni præsertim Italia diffusum et Deo miserante numero uirtutibusq nitentem:cuius uel tibi aliqua ratio habenda etiam est:cum tui peculiarius simus omnes et quantum fictilia et morbida uascula possumus tua pro salute: quæ una omnium est et conciuium tuorum et nostra:precibus gemitibus uotis meritorumq suppetiis cælum pulsamus. Nullæ hinc atq hinc litteræ:quibus non quæratur num perficiendi operis tibi insideat animus. Quod si cœperis uelle:atq ita equidem uelle ut incipias agere:non solis nobis qui tecũ Florentiæ degimus:sed singulis q ferme omnẽ ut diximus Italiã cõplent : nostris te confratribus dum stabit Regularis hæc nostra religio ex colendũ memorandũq præstabis:tantus est uniuersorũ delubri huius amor:et ut absoluatur auiditas. Quibus plane rebus uersatis sæpe mecum atq libraris cõsilioq eorum maxime adhibito:qui chari tibi sunt tuaq pro dignitate et laude uel animas obiectarẽt: statui equidem mihi te laurenti insignis atq magnanime multa alia atq diuersa cogitantem : Rei præterea publicæ tuæ perpetuo consulẽtem et cælestis prouidentiæ dono fœlici omnium commodo primatum agentem:ad nos etiam tanquam ad præclarã aliquam tuã laudem ac sempiternam in cælo mercedẽ reuocare atq cõuertere : q incohatũ a paterno tuo Auo:deinde a Petro genitore desinturum nunquã opus:nec prorsus ipse destituas : eorũ uirtutum omnium:

atq; opum hæres non modo pulcherrimus:et nobilissimus:sed tan
tæ præterea fœlicitatis et nominis : ut maiora q̃ illi ipsi unquam:tu
facile possis:qui auitam uirtutem omnem/fortũas atq; potentiam
seruasti non solum:ac tenuisti: sed afflante tibi Christo tam longe
lateq; extendisti:ac dilatasti: ut nemo iam uideat quo te sublimius
tua uirtus possit attollere:et illustrius collocare. Ingens animus / ac
sapientissimus tuus effloruit in utraq; fortuna admirabilis atq; cõ
spicuus/omniumq; uocibus nobilitatus. Quid Laurenti per deum
tu uitium:tu ingenii: tu fortitudinis declarasti:cum furentem illã
fragoremq; tonantem/ et innocentissimi tui sanguinis et generosi
spiritus necem extremaq; nefanda exanhelantem modo cædẽs/mo
do repugnans incredibili constantia / dexteritate : prudentiaq; tua
sub iugum traxisti:et tanquam manibus post terga reuinctam in
triumphum duxisti? Quæ tandem cum grassari uiolentius ultra nõ
posset benigno te uultu conspexit uel muita. Quam certe fortunã
non ut insanus hominum furor uel omnipotentem uel diuinã ap
pello: Sed in quo Peripatetici /nostriq; catholici recte conueniunt:
uim quandam et flatum:unde aut quomodo fiat ignotum . Hanc
contra assistentem tibi Deum/proximeq; tuentem habuisti : illi te
conciliante uirtute/Sanctorũq; gemitibus : qui fidentes illi atq; cla
mantes nouit exaudire/de angustiis eripere:atq; saluare:ut inde elu
cescat uox illa lætissima Pauli : ut castigati et non mortificari / et
quasi morientes / et ecce uiuimus : manasseq; et uideatur comicus
etiam ille uersiculus: Qui per uirtutem peritat:nõ interit . Tu ita
q; protectus diuinitus atq; seruatus una et immortalitatis gloriam
tibi propagasti : et incolumitatem patriæ quietisq; dulcediem attu
listi . Quæ cum flos Italiæ iure nuncupetur et extet: sic fausto cæle
stiq; dono te suum alumnum insignem/charissimasq; delicias pepe
rit:cuius auspicio/sapiẽtia uirtute mirabili fœlix degeret/atq; regna
ret:quod semper est assecutura facillime:si quandiu tibi uita supe
rerit/quibus cœpisti itineribus gradiere:et te non cura modo:sed ꝓ
curatio atq; anxietas tuendæ illius atq; ornandæ semper incenderit:
pro qua dedisti hactenus et opes et sanguinem : et ab cuius ceruici
bus bellorum pericula plerumq; propulsasti:qui et imperium auxi
sti:et tuscum nomen ad barbaras usque et remotissimas gentes ex

Laurenti amplitudo et claritas
Munitus aius contra fortunam

No. Quid sit Fortuna

Paulus Platus

Laurenti apud oēs auctoritas

tendisti. Tibi serenissimi Reges: tibi respublicæ potentissimæ: tibi Sultanus grandis: tibi formidatus omnibus Turcorum imperator mittunt et legatos et munera: Te romanus pater terrestris deus et mortale numen / acceptissimum et perdilectum ueluti filium salutari ac beatissimo complexus est sinu. Complexi et pilleati patres: qui tuum filium adhuc / impuberem et primis litterarum institutis / ac sanctis moribus sub pedagogo coalescentem cardinei culminis numero adiungere ultra mores et leges non dubitarunt. Tu lucro sæ ciuitati ubiq; fere gentium atq; locorum commertia tutissima et mercaturam coaptasti: ut cæteris ferme italis urbibus tua ista (dicā ut audio) et nummatior sit / et omni cultu et affluentia rerum uberior. At uero famem atq; penuriam / si quando incidit / uel consilio / uel opibus īgētibus tuis / patria pietate / aut leuasti / aut / ꝓpulisti: atq; ita / ut reliquæ sæpe italiæ oræ / tractusq; famelici in florentinū agrū: quod mirum uidetur: sed ita sane res est: ad lanificium / effossiones / cementationes / scrobationes ligonizatiōes / reliquaq; onera sordida ac despicatissima / ceu ad beatas olim promissionis glebas confugerit. Sed qualis ego aut quantus tuarum laudum campum usurpo: qui ab illo eloquentiæ atq; doctrinæ nitore longe equidem absum: qui explicandæ conuenit rei / cui neq; huius negotii impræsens est ullo modo propositum / cum ad incitandum te magis ac permouendum mea tota annitatur et gliscit oratio? Quam ut exaudias Laurenti benefice inuocatum supplex te uenio / cohortor / adiuro. Neq; enim alium præter te incolumem hæc fabrica habet: quem citra iniuriam possit rogare. Ex te pendet tota / tuoq; genere sui auctore: ut quæ per illos creuit in tantam admiratonē et decus / per te æque hæreditario quodam iure accipiat postremam dignitatem / leuigationem / et manum. Negotium exigui sane temporis / paruique sumptus: at speciosissimum: at necessarium: at pium: at sanctum: plane que et omnibus gratum: his maxime: qui tam pio inflammatoque studio opus cœpere: Maioribus illustribus tuis: nisi tam humanis exuti: ut superstitiose in poetarum fabulis est: lethæo amne libato humana dememinere. Sed absit a nobis / et ab salutari sanctaque fide somniatus hic gurges / obliuionem ac noctem offundens atque inuoluens profectus a nobis. Perniciosa hæc infideli

Quā hodie uber tuscus ager

Fabulosa emortuorū obliuio

tas est/ratione uacans et mente/sacrisq; repugnans litteris/ præclaris
q; et multis Sanctorum exemplis/ac uisis. Sed quod ad te attinet/da
bit ista res imprimis imensum tibi ac sempiternum præmium apud
illum Laurenti. Illum inq̃: qui pro his caducis paruisq; muneribus
spondet munus æternum. Dabit et inter mortales: quibus õnibus
magis/q̃ nobis ipsis nati singuli sumus: tibi laudem et gratiam: qua
nulla honestior: nulla cõmunior: nulla dulcior/nullaq; et diuturni /
or. Pecunia/signa toreumata/purpura/gemmæ/ ãbitiosus uictus/et No.
prodigus/equorum strata/multitudo puerorum omnia uix diurna:
quin effugiunt uelut umbra. At operum magnificentia sacrorum Magnificen
maxime et publicorum æternitatem quandam æmulatur/uel monu tia operum
mentis litteratum illustrata/uel quod ut permanere huiusmodi ta /
lia diutissime possint/uim habent atq; naturam: cumq; ea ipsa se /
nuerint: religione præcipua tum excolantur: q; uicinitatem habere
cum Deo uidentur quæ longissime perstant/tum lapsa corruerint /
misericordiam et pietatem etiam ab hostibus sentiant. Sane itaq;
quæcunq; ad magnum illud sacrificium transtuleris / cælestiq; arca
condidens: ea sola Laurenti et tua/et tibi propria erunt: neq; cum iis Certa mor
uaria insolensq; fortuna communicabit unquam: sed neq; ulla te / talũ bona
merabit inuidia. Cogita tu omnium prudentissime quantum ex
hoc Maiores tui Medicæ familiæ reliquerunt honoris et nominis.
Quantus odor Religionis et pietatis omnium impleuit aures atq;
intuitus/et ad deuotionem animos incitauit. Vestes et gemmas/ser No.
uos/ministros/ancillas: cæteraq; id genus nemo curat: nemo comme
morat: nemo et prædicat: quoniam utiq; danda fortunæ sunt ista.
Aedificiorum uero sumptus/et sacrarum ædium ornatus/quoniam
uirtutis sunt opera: quisq; non ciuis modo / sed peregrinus: non
Italus noster/sed barbarus quoq; obstupescit: nec urbem præterit:
nisi prius collustratis tantis operibus / tamq; magnificis atq; subli /
mibus. Hæc quæruntur studiose: hæc uisuntur cupide: hæc obstu
pescunt quotidie omnigenæ gentes et populi. Hinc per omnium
ora Cosmi nomen et petri genitoris tui uagatur et uolitat: et emor Perpetuame
tui adhuc uersant̃ in luce celebrati omnium linguis et litteris. Quæ mona de
so quo zelo incendebatur Cosmus idem noster iam senex / euen / Cosmo et
tusq; præsagiens: tum Fesulanum/ quo de nunc agimus/opus con / Petro

ſtrueretur:qui nos exuſcitāſ frequenter aiebat. Euge fratres inſtate
ſtrenue operi:ſatagite/manus ducite:ad ueſperū īclinatur/et prope/
rat dies/feſtinatq;/et ſubit occaſus: Et tuum Genitorem eo tempore
dixiſſe memini / Quantū ueſtro pecuniarum impendimus operi tā
tum extra petulantiā ludumq; fortunæ nobis in lucrum concedit.
Impenſarū fructus — His impēſis aluntur artifices: ſuſtentātur inopes:cohoneſtatur pa/
tria:et religioſe excolitur Deus. Te idem ſenſiſſe atq; optaſſe iam/
dudum facile credimus / immo confidimus Magnanime Laurenti
ac pientiſſime. Sed tempora quandoq; uidimus/et occaſionem tuo
uoto defuiſſe. Nunc uero cum arrideat tibi ſumma proſperitas:te
q; eo dignitatis et loci ꝓuexerit non caſus aliquis: ſed maxima tua
et admirabilis uirtus:ut honoribus/potētia/opibus nulla recordatio/
ne maioribus ornatus ſis ac cumulatus:aggredere ac perfice ꝓſpero
ſidere/ac benefactore Ieſu Chriſto fauēte noſtrā hanc quā te roga/
uimus fabricā. Quod ut queas efficere:ardēter omnes uitā tibi in/
columitatēq; precabimur. Vale niſcæ gloriæ ſplēdor et pater:tuoſ/
q; ſupplices audi. Ex Abbana Feſulana tua nonis Septembribus.

Ad Robertum Saluiatum amicorum ſuauiſſimum
de Heptaplo Ioannis Mirandulæ
Epiſtola LXXXVI.

Xameron hoc ē interpretatio illa ſex dierū/qbus deus cōdi/
e dit oīa Ioannis noſtri Mirādulæ:quā dono mihi miſiſti / ab
Heptaplus Io.Pi.M. — illo Heptaplus īſcripta atq; notata:et ſi plane eiuſmodi eſt:
ut a legēte et ꝑcurri ſimul etītelligi haud facile queat:ſed ītentionē
ſtudiūq; deſideret:ita me tamē initium operis/et auctoris amor ille/
xit/et traxit:ut cupidus finis anhelū nuſquā ſpiritū retinēs non tā li
brū deguſtauerimq̄ certe uorauerī ꝓpoſito illius ruminādi ꝑ morā
actiori nixu et lōgiore lucerna. Viſus ē mihi Roberte chariſſime/Pi
Non Picus ſed Aquila — cus hic noſter non Picus ſed / Aquila:qui peruolans omne ſublime
ſe tollit ſuper humana/et arcana diuina nobis ad myſticos ſenſus al
legoriaſq; deflectit. Quæ noſtri temporis qui ſapientes habentur/
et eruditi uix notant/ aut prorſus ītentata prætereunt difficilia atq;
cæleſtia hic enucleat:et q̄tum res patitur patefacit/et aperit/et quod

mirabile est/ ita iuuenis adhuc et in sæculo agens priscis illis docto/ ribus et sanctissimis atqꝫ rarissimis ecclesiæ uiris Dionysius dico Hu gonibusqꝫ/ Hilariis/ Damascenis / Ambrosiis/ Aureliis/ Hieronymis se proxime iungit: quē omnis sit admiratura posteritas : cum liuor quieuerit: et auctoritatem dies lenta præscripserit. Quid supreme de us daturum illum expectemus: si par animo illi uita contigerit: qui prima barba quod in Origene atqꝫ Hieronymo obstupescit antiqui tas/ latinis litteris græcis æque eruditissimus iam sit / hæbreasqꝫ nec ignoret omnino. Et in sacris præterea tātum equidem possit: q̄tum uix alium inuenias ? Verum quid deliciarum in proximum etiam expectamus de psalmis carminibusqꝫ Dauid : quæ tractat iam pridē et explicat: quicquid Latini omnes super iis græci Hæbreiqꝫ scriptū reliquere infinito labore rimatus ? Ad quod negocium perficiun / dum lætor meo hoc tempore nostro in Fesulano Cœnobio ocium sibi delegerit: quem plane et speciosum uidere/ et sapientem audire fœlicitas est . Habeo itaqꝫ tibi mi Roberte quantas sane gratias pos sum / qui imprimis opus tam diligenter et emendate curaueris im / primi: quod ad communem utilitatem et generosi tui animi laudē spectat : Subinde ꝙ protinus me illo donaueris: in quo ut gratus ti bi: si quo modo possim/ uidear: en nostrum aliquid accipe: quod ui cissim legas/ et forte degustes. Vale . Ex Abbatia nostra Fesulana

Mirandulæ formositas et sapientia

Ad Lucam Grimaldum Clarum equitem et con
sultissimum uirum de ocio præclaro
Epistola LXXXVII .

Vper cum genuēsis Vicarius noster Florentiā se recepisset : n multa cū illo de te sum sciscitatus : multa et collocutus . Pla cuitqꝫ mihi illud magnopꝫ pimū: ꝙ prospere agas et ætate ferme iā plena/ ut aio sic et corpore ualeas: quorū alterū sanū semꝑ custodisti: alterū quādoque inualidū tolerasti. Tū ꝙ præclarū et li bero hoie dignū tibi arrideat ociū: quo ē nihil suauius: nihil oio be atius ei qui potest recte philosophari/ et ab his terrenis illecebris ab ductū animū ad cælestia ac sempiterna traducere: qui cum in magi stratu agēs insigni plane atqꝫ magnifico/ haud satis posses: te quidē

memini ingemiſcētem et tranquillum iſtum uitæ modum peroptā
tem : quo tibi nunc domi frui licet diuinæ bonitatis et prouidentiæ
dono . Hæc uitæ ratio iam tibi honoribus maximis functo et hone
ſtis fortunis cumulato ad uitam beatam aſſequendam una ſupere/
rat . Et plane iam potes magno cū uiro grauiqꝫ philoſopho Aneo
In epitaphio Senecæ. Seneca illud tibi pulcherrime uendicare. Cura labor/meritum: Sū/
pti pro munere honores ite : alias poſt hac ſollicitate animas . Me
procul a uobis quies euocat . Non ꝙ probem propterea ſocietatis
Timon . humanæ penitus fugam: et mortaliū omniū Timonis odium: inqꝫ
deſerta loca receſſum: quod luporum cæterarumqꝫ immanium bæ
luarum magis/ q̃ hominū eſt. Tantum .n. abeſt a laude atqꝫ uirtu/
te non opitulari quibus iure debes: ac recte poſſis· non tueri offen/
ſos iniuria: non dare conſilium : non egentes de opibus alere: non
commiſereri: taliaqꝫ id genus prætermittere: ut potius qui hæc pec/
cat: uel non ſit homo: uel cum imagine hominis careat totius hu/
manitatis ſenſu atqꝫ affectu . Quamobrem alternatim et mixtim
utroqꝫ munere opoſo .s. ac ocioſo: ut res tēpuſqꝫ poſtulauerit: uſurū
cum laude ſapientē atqꝫ optimū quemqꝫ equidē cenſeo . Te uero
mi Luca q̃tum ego perſpicio/ et ad ea ipſa/ quæ ad ingeniū ſpectāt/
præclara otia atqꝫ ſtudia/ et ad humanitatem atqꝫ beneficentiā potiſ
ſimum uiſa mibi eſt natura finxiſſe et coaptaſſe/ cum locus et caſus
exegit: ut in te enituerit pulcherrima ſemper indoles/ abſolutaqꝫ ra/
tio utriuſque et ſtatus et uitæ ſingulari cum gloria . Quid eſt (De/
us bone) coniugata cum ocio beatiſſimo iſto/ communione/ affabili
tate/ conſortioqꝫ eruditorum ac ſanctiſſimorum uirorum fœlicius ?
No. Quid mutuis officiis beneficentia/ miſericordia/ pietate diuinius ?
Quam maximi inde atque uberes tanquam ex ſtirpe fructus colli/
gunt? Quibus q ſe referſerit accumulauerit/ haud ſcio certe an cer
tiore ſemita ꝓpius ad Deum poſſit accedere/ ampliorēqꝫ theſaurū/
ac tutiorem in cælo ſibi conflare. Secūdo itaqꝫ ſidere hoc ē Deo ip
ſo ꝓpicio et ſalutari duobus quaſi efflātibus uētis uiciſſimqꝫ pellēti
bus in ſublimi nobis faciēda ſunt uela quorū altero in philoſophiæ
portū tranquillū et pacatiſſimū delati ex tēpeſtatibus æquoris con/
quieſcamus . Altero/ cum eſt opus/ prōpti et alacres ad agendū ꝓ/
uehamur . Qui utiqꝫ duo ſūt fines et limites tū ſciendi tum agen/

di: et radices præterea beate sempiterneq; uiuẽdi. Grãde negotium cœpi:quãdo in ipsa philosophia tota/inq; sacris nostrorũ Theolo/gorũ scriptis nihil sparsius atque frequentius relictũ sit:q; receptui nisi cecinero:p immensum campũ flectemus equos/nedum per angustũ hoc foliũ. Quare iam uale:et dulci et libero ocio cũ actionis et frugalitatis dignitate et usu nauiter fruere:meq; apud piũ Iesum ad hæc præstanda/quæ scripsimus tuis precibus adiuua.

Ad Aloisiũ Antillam de fortuitis casibus Epis. LXXXVIII

f Alue mi Antilla in eo semper i quo uno saluari beariq; possumus deo:præter quem cætera inania/infirma/fortuita/mi/ferrima. Que qui habet neq; melior:qui non hẽt neq; deterior:de quo periculũ ut mõ facere: domũ lætus ecce dum e Tuscia redis:uetulæ tuarũ rerũ custodis subitum funus offendis. Tua omnia patere cognitis atq; incognitis:nullo phibente supellectilẽ diri/pi:incerto tumore te florentiæ detentũ uulgari. Vides q̃to ludibrio hominũ uita uersatur: q̃q; icerta sunt p omnia momẽta studia no/stra/cogitationes/et curæ? I modo mortalibus fide rebus: aut pfidã fortunã incusa et ab illius fuge manu/temeritateq;:si potes/in cuius dominatum et potestatem speciosa hæc omnia et uulgo gratissima ut primum orta sunt/atque comperta deueniunt. Quo circa tu te bene consulens tibi/ illius sæpe iniquitatem experto: strue iam tibi mi Aloisi ibi thesaurum/ubi neq; fur penetrat/neq; rubigo exedit: neque tinea rodit/neque ullus territa metus. Quod est ut bonum id solum existimes/ quod extra fortuita sit positum. Virtutem ui/ delicet quæ sola quoniam animi est / neq; eripi neq; uiolari omnino potest: quia immortalitatem eandem quam animus/habet: et quod maximũ diuinũq; est/ p õnifarios casus et flatus cõstans semper et fortis suos cultores Deo efficit dignos. Quæ dignitas mi Antilla mecum ut tibi contingat pium Iesum oro magis ac magis. Vale. Ex nostro Fesulano Cenobio. IIII. idus sextiles.

No.

No.

Ad Augustinum Papiensem. Concanonicum patrẽ Epistola. LXXXVIIII.

Vod ego semꝑ optaui / qui Genuẽsem patriã istã singulari
q pietate atq; constantia sum ꝓsecutus/tuis litteris audio fieri
Augustine uenerabilis atq; charissime. Ciues .s. istos ardẽter
curare atq; moliri/ut tandẽ Monialibus suis istis minus honeste/mi
nusq; sobrie ac religiose uersantibus modus adhibeatur/adhibereq;
iam cœperint. Dignam rem ꝓfecto eorũ ipsorum ãplitudine/et di
gnitate: et quæ præsertim Deum imortalem hac una causa fœda at
q; teterrima sæpe lacessitũ/nũc sibi cõciliẽt et abstergant e fronti
bus ignominiã ueterem illã/ quæ passim ꝑuagatur et uolitat grauis
et sordida ꝑ Italiã nõ mõ totã: sed ꝑ omnigenas nationes/et gẽtes:
ad quas Genuẽsiũ nomẽ ꝑuenit aliquãdo/ac penetrauit. Ego quo
tempore Sixtus creatus ẽ Pontifex Maximus q̃tã ista in re nauaue
rim diligẽtiã et operã q̃tũ exudauerim/q̃tũ dimicauerim/ q̃tũ deni
q; ad discrimẽ usq; famæ et uitæ cõtenderim/potes tu satis meminis
se. Possunt et clarissimi illi ciues et optimi/ac patriæ. P. qui contio
nibus nostris: quas crebras: cum priuatas/tũ publicas habuimus/uel
interfuere uel præfuere selecti nobiscum simul ad opus: si quis eorũ
adhuc superest uiuens. Quæ plane res Christo propicio / et magi
stratibus suffraganribus omnibus eo tum loci peruasit / atq; iis fuit
uallata et constituta præsidiis: ut qui desydetabatur/ exitum pror
sus foret habitura/nisi urbis tunc præsidens alienatus magna ui mu
nerum / quod maximum esse solet ad omne scelus incitamentum:
a nobis turpiter defecisset: cœptaq; omnia perturbasse/et quæ erant
iam acta sanctissime / auarus ille atque infidus euertisset. Verum
quod scribis modo concordi / publicoq; decreto quæsitum / simul
q; diffinitum omnibus atque propositum: ne puellæ uidelicet ea ip
sa in monastetia ullo mõ amplius excipi possint: et earum quæ exce
ptæ iam sunt/ quoties ulla emoritur: enuntiari de illa sit opus: et pu
blica fide notari: quo sine suffectione exhauriri paulatim extingui
q; possint: uidetur mihi sane optimus modus/ optima ratio/ ac par
uo strepitu in lucem emersura: quæ salutaris ac sancta diuturnita
tem utinam capiat: quæ sperari/ut mihi uidetur / facillime poterit:
adiuncta ciuibus ipsis spe ista lucelli: ut emigrantium dotes/ uel ea
rum quota redeat ad progenitores et proximos. Addunt æque fœ
minis istis magnæ opes/et ingerunt fomenta libidinum/ambitionis/

deliciarũ:et sumptuũ:quibus si uel ex parte caruerint:in his fortas se frigesset ardẽs et petulca luxuries. Tu uero etiam fidelis Christi minister et præco pro tui domini Saluatoris honore / pro quo uitã hactenus et sanguinem exposuisti pro animarũ zelo : quas cælesti uerbo patuisti. Pro amplissimæ præterea atq; inclytæ tantæq; urbis ornamento salutari / laudeq; perpetua et maxima / tum cohortãdo / tum consulendo / tum inflãmando / ac quicquid in te est ingenuitati ciuitatis / et uirtuum impẽdendo rem adiuua. Quod absens ipse ora tionibus / et gemitibus agam. Vale. Fesulis. x. Aug.

Ad Reuerendissimum. D. Ioannem Arcimboldum Romanæ eccle siæ Cardinalem de transmisso munusculo Epistola. LXXXX.

Edros:quibus maiores uidi nullos / et dulcia aurea poma ex c Neapolitanis plantanbus nostris decerpta / et mihi nup alla ta ad te quoq; transmitto Reuerendissime mi Domine pa / troneq; præcipue:quæ siue mẽsam / siue cubiculũ ornatura sint tuũ: Sũt.n. iter obsonia ut placida atq; iucũda: ita naribus quoq; ĝsua uissima. Cappares quoq; Alexãdrinis piguiores forsitan et sapidio res:neq; læta manu accipere Dominatio dedignabitur sacratissima et amplissima tua / si nõ tã pretiũ:q̃ mittentis reuerentiã ac pietatem erga se ponderabit:et quo solet paterno et sancto i nos animo erit. Vale ecclesiæ sacrosanctæ uexillũ. Romæ ex æde uirtutũ et pacis.

Ad Andreã Brunũ uenerabilẽ clericũ / ne cæcus uulgi sectet erro / res nimiũ auidus ãbitionis et rerũ Epistola. LXXXXI.

Iror te / qui diuino cultui ascriptus es / qui solus habitas / et un m de honeste et commode uiuas / satis habes / tantopere curare diuitias:quæ si faciles:n utriũt / si ãplæ:onerãt atq; excruciãt: quarum et nullus est terminus:ut cupidus hydropico similis iure es se uideatur:qui q̃to plus biberit tanto plus ardet. Nihil igitur sapi enti tam fugiẽdum meo iudicio esse quidem puto / q̃ immẽsa cupi ditas:quæ quidẽ cũ a grauissimis eminẽtissimisq; philosophis:tum a chatolicis uiris atq; sanctissimis origo malorũ omniũ semp est ha

bita:et q̄plurimi eam consectantes (ut uerbo: quo Apostolus utar) naufragauerunt a fide:nonnulli falso crimine / ac capitali in eos su/spitione delata / amissa re omni extorres sunt acti / ac propriis sedi/bus pulsi. Alii ueneno / ferro ue petiti: alii strangulati uita amissa cū opibus. Quæ profecto pericula neq; tibi / si sapis / sunt non formidā da. Tot beneficia sacra: tot curialia munera quid tibi extra patriam et tuorum fidem portendunt aliud / q̄ immaturam necem? Quid pueros / alios gallicos / aliosq; britanos / aut lacessitos uerbo aspero / re / aut exiliter pastos: si penu et marsupio parseris: aut præda tādem illectos / putas in te moliri? Pro diuitiis præterea bello uexari perpetuo: litiumq; molestiis quid porro miserius? Nunq̄ ego audiui uel te non totatum a quopiam litibus: uel abs te alium nō eadem rota uersatum: quæ omniū est uita miserrima. Ad mentem reuoca et in fortunia et mala diuitiarū exempla / quæ lectitasti: quæ et uana sæpe uidisti: disceq; tibi præcauere atq; cōsulere. Omitte fauorem diuitiarum admirari: et quod soles sæpe proferre: Fodere non ualeo mendicare erubesco. Atq; poetæ carmen uulgatum illud.

Diuitiarū pericula

In precio precium est. Semper dat cēsus honores:

Census amicicias. Pauper ubiq; iacet.

Ad hoc si ratio te non satis adiuuat / requirenda mihi plane uidetur summorum uirorum anctoritas: ne stultissimorum hominū errorē sequare / tendens non quo eundū: sed pecudum more quo tendit frequens turba / et popularis assensus. Nescio quidem ad naturā ne an ad opinionem uiuere constitutisti. Si ad naturā: quid diuitias quæris: quibus illa non indiget / quæ et diuitem nemine procreat? Sed nudos omnis / et nihil prorsus habentes / et ab ipso quidem lu/cis rudimento humanos partus lacte cōnutrit? Vnde matribus mā/marum ubera / quæ sanctissimos quosdam pietatis fontes humani generis educatores Fauorinus apud Macrobium appellat: larga be/nignaq; prouidit: quibus quotquot exeunt in lucē ab initio iubet esse contentos / Sin uero ad uulgi opinionem uiuere te paras: Siq/dem uulgi interminata / et cæca / et stulta libido et auiditas est. Quo longius processeris / minus semper ubi consistas inuenies. Ego fra/ter tibi neq; Antisthenem propono / neq; Diogenem / neq; Cratem / neq; Anacharsim: neq; de latinis Curiū / neq; Fabricium / neq; Pu/

Natura pau ca desyderat.

Fauorinus.

No.

blicolam. Sed optimus ille uiuẽdi modus esse mihi uidetur: qui me dius reiicit extrema/qui nec in paupertatẽ ultimam cadit: nec a pau pertate procul abscedit. Sed quantum quidem potest proxime ad naturam accedit/ quæ necessitati etiam suos partus publicos facit. Quæ nihil desyderat: quod suppeditare non facile possis. Famem et sitim leui uel sedamus/uel extinguimus opera. Quicquid ultra concupiscimus/plus laboris habet in inquirendo/ q̃ uoluptatis in abutendo. Quid satietatis tandem et fastidii/et ægritudinis (Deus bone) ingerit ambitiosus uictus et uarius? Hoc loco uide quid co gor reminisci oportune atq; pulcherrime Andrea charissime. Cum essem Romæ uni ex Pilleatis et sacratissimis principibus istis/ qui tunc in humanis agebat charus admodum extiti. Hic me semel cũ habuisset in prandio/post mensam tu inquit Matthæe cum fratri bus hodie quid habuisses ad prandium? cui olus et paulum casei dixi sed unquam ne melius quæsiuit etiam: cui cum responderem/ Macellũ et adipem nescimus nostris in mensis: sed lac et oua pisciculi q; cum lautius uolumus epulari/ nobis in deliciis sunt præter hæc nihil nisi forte poma pro bellariis et nuces. Tũ ille quãuis facetus sæpe/et qui consueuisset iucũdissime cauillari: me seruũ me miserũ congeminauit: qui ad hanc fortunam descendi: ut uelim nolim tot obsonia et condimenta ad mensam mihi ferãtur: quot enumerare neq; facile possim: quæ iam mihi non tam uoluptatem: q̃ nauseam excitant: qui censorum pluribus/ q̃ Argi oculis in cibo potuque ob seruor. Per eam fidem quæ mihi ad Deum est: tibi iuro (Sic enim sæpe deierare solebat loquens ex animo) me nũquã sapidius meliusq; cœnare/ q̃ cum secreto cubiculo ad Tripodam sine sodalibus/ sine pincerna/ sine stipante familia lacessitus fame non sapidius aleum et uiridem cepam leuissimo cum obsonio uel pulli uel uituli cœno. Cardinalis hactenus. Verum ipse præterea mi Andrea a te re quiro an nõ seruitus/ cum se exhibebat uel querellas uel preces/uel adulatorum/captatorumq; fallacias auditurum? An non seruitus/ cum obequitans non anderet longo sine comitantium ordine pro ficisci: quorum si qui defuissent: prodire erubescendũ putaret? An non et seruitus etiam ut maiora sileam: uel pallium/ quo inuolue batur: quod si explicuisses: auleam. Si collegisses/ farcinam recte

Modus in rebus.

Obserua.

No

iudicasses?Scio ista tibi uideri speciosa cum multitudine aberranti. Mihi uero cum sapientibus paucis umbræ et somnia ipuerorumq; spectacula.melius et consultius profecto uidétur:et quã tu nobis in terdũ obiectas animi utilitaté serio nescio satis /an ioco :qui ista ne gligimus : ego non uilitaté/sed generositatem/et sapiẽtis / et excelsi animi iudicio:et insanire mihi plãe uidentur:nõ operose agere:qui ista tã imania uersant saxa:quæ et tu frangis atq; cõplecteris breui: aut nullo cũ fructu suscepti laboris.Quare te et hortor et rogo fra ter in domino/ne te ipsũ tãdiu frangas et uexes ,p his caducis et peri turis: Sed ad ea quæ æterna sũt et salutaria animũ erigas atq; deuo ueas.Deq; fine cõis insaniæ passim cogites saluti perpetuæ potius: q̃ breui uoluptati cõsulẽdo.Hæc charitatis et ueteris necessitudinis nostræ fiducia ad te liberius . Alias alia/ si ut assoles me libenter au dieris. Vale .nosq; ama:et mutum ora .

Ad Achyllem Laruatem Ciuem Bononiensem
Epistola LXXXXII.

Ropugnationem / quam duram atq; diutinam tuis pro or
p namentis /saluteq; sustineo dulcis Achylles:neq; me fregit: neq; fractura est unquam:hoc de me tibi polliceor . Bono itaq; et magno sis aĩo:et in mora pone spẽ tuã omnẽ. Auditor apo stolicus:cui imprimis datum negotium est /nihil ardẽtius postulat / q̃ ꝙ præsens adsis te defensurus:si mali nihil cõmisisti:sed probatũ est te quidem/ueluti collegam cum aliis eodem in magistratu / uel assensisse/uel non repugnasse patrãdo facinori :et utrunq; carcere dignum putant/et mussant. Et quamuis spem bonam dissimulent/ atq; promittant:dum innocens sis : student hoc te hamo nihilomi nus capere / publica corrigendũ pœna:quo ex te cæteri discãt . Ma gno est nobis auxilio Reuerẽdissimus ille:de quo ad te scripsi mul ta per alias:cuius auctoritas tanta est : ut iudices accelerare inquisi tionem/et publicare cẽsuras nõ sinat:donec paulati refrixerit impe tus:sed cõmitti hoc sibi negotii procurat prudenter et callide :quo incẽsũ hũc ignẽ possit extinguere.Quamobrem præstat abesse / q̃ omnimoda etiam cũ inocentia te exhibere ad carcerem /honorisq;

discrimen. Ioãnes philippus quãtum etiam potest mentem Ponti ficis lenit: et profecturum illum haud parũ equidẽ puto: quoniam charissimus Papæ sunt & una sæpe inter iocos et lusus: ut facile pos sit occasionẽ captare: et uti foro. Quæ indies cognouero: ea sin gulari tibi fide et diligentia aperiam. Interim Vale: ac Deo fidens casum infestum æquo animo ferto. Romæ Nonis Februariis.

Ad Robertum Saluiatum Ciuem Florentinũ Epistola.lxxxxiii.

i N domino Iesu plurimum salue Roberte charissime. Nup in urbe cum in Politianum incidissem: uir optimus ille et amicissimus mihi post salutationem: dextera& complexũ ex me quæsiuit: num tu suum mihi dedisses opusculum tua uigi lantia et procuratione impressum. Quod cum negassem: ille sub intulit. Equidem miror. Nam tu Matthæe unus fuisti ex donãdis præcipue: ut i folio Saluiato nostro notauetam: qui negotiũ distri buendi susceperat. Quod si est ita: munus hoc sane non modo posco et exigo: sed etiam efflagito: et ut iam debitũ dissoluas adiu ro utriq& uestrum acceptum relaturus: et Angelo nostro: qui pepe rit opus: et tibi mi Saluiate: qui dederis. Vale.

Ad Franciscum Temisinum Concanonicum Epistola lxxxxiiii.

h Odie uespertino crepusculo tuus ad nos Dionysius uenit: a quo litteras ad me accepi tuas: qui et se postridie mane ad te rediturum dixit admonens ut noctu si quid opus esset ad te rescriberem. Suadebam uehementer ut diem nobiscum ageret. quo mihi ocium ad scribendum uendicarem. Sed ille cum negaret id posse: negaui quoq& et ipse longum uigilare me posse. Itaq& illi narraui quæq& eram non pauca ad te scripturus: cui referenti fidẽ habeto: sitq& ille pro longiore epistola tibi. Vale.

Ad Persium charissimum officiosa Epistola.lxxxxV.

t Vum negotium suauissime Persi: quod mihi commendare

non cessas suscepi:ut tu te uidisti:amice quidem ac uolentissime: neq semper exhibui impigre atq sanctissime. Sed hic ludus non unius iactus atq aleæ iam tibi uideatur. Quæ opus est:haberi celeritas nequit:q suapte natura causa admodum difficilis est:et ut rite confici possit:summi Patris assensum requirit: qui ex ualitudine haberi minime potest. Ad eū siquidem nihil penetrat:nisi gratissimum ac periucundū:lucrosum uero frangit cælos et sidera:domisq mitescit sæpe Deus iratus. Non es unus:qui queraris et gemas. Sūt qui desperant innumeri et odiunt uitam uano confecti labore asi

No. ptaq crumena. Inuidit natura terris fœlicitatem atq quietem mi Persi:nosq rotat per sentes saxaq durissima:ut contusi semper atq quassati quæramus ea sursum quæ deorsum assequi nullo modo iā possumus. Quod si cogitabis (ut hortor te facere) id quod habet uulgus amarissimū:tu ad uirtutē necessariū existimabis: neq obtēperare rerum naturæ grauabere. Vale. Romæ Nonis Decembris.

Ad.d. Marcum Bal. S. Marci Cardinalem contra Annatarum uexationem Epistola. LXXXXVI.

Grauem superiori tempore perturbationem atq molestiam Annatarū causa passa est omnis Christi Religiosa et sancta familia: Quæ nisi bonitate clementia dexteritateq in credibili et fœlici tua adiuta seruataq fuisset:exhaustam illā et tanquā sub hasta uenundatā miserabiliter defleuissemus. Sed auxiliāte Saluatore Christo preces q et gemitus Seruorū suorū aspiciēte:tua p̄terea opera tuoq auspicio salutari spirauimus cuncti:uitāq tenuimus ad hoc temporis usq. Eāq iucundissimā pacem ac beneficiū maximū uni præcipue acceptū retulimus Dominatiōi beneficæ ac Reuerēdissimæ tuæ: quæ rem statūq religiosum et fouere cōsilio et pietate complecti pie semper et omnifariā didicit:ut cognomento primus Christi seruorum pater uociteris et habearis. Dum itaq parta diuina uirtute tua quiete perfruimur:en iterum eadem oborta tempestas: Rursum iniqua atq funesta in nos directa sunt spicula penetrabilior stringitur mucro:grauior aptatur et aries. Euocamur iterum: immo raptamur ueluti oues occisionis ad iugulum

Inimicus homo nocte nouum in agro Domini zizanium femina
uit:quod si concreuerit/conficiet/et conculcabit sanctum triticum
omne. Sunt qui se rati nostro hoc detrimento tam graui mercatu
ros Pontificis gratiam/et opimam prædam relaturos nostro de san
guine: suasere arte non leui inuentum hoc Annatarium/ si non ne
gligatur: ærarium Romãi Patris facillime ditatum. Illecta statim
sedes ista beata tanta spe lucri. Et quoniam nunq̃ est surda cupidi No.
tas: mox Florentiam directus exactor. Illico bulla confecta. Capita
les in nos miserandos effulgurat/ censuræ/ quasi satis quidem nõ
fuerit malis istus suasoribus fallere illucinareq; Pontificem: qui sua
ptenatura et optimus et mitissimus est: et crudelitatem atq; imma
nitatem omnio nescit: nisi nostras cũ his et animas simul iterimãt.
Quis nostras erumnas hoc loco satis deplorauerit piẽtissime ac Re
uerendissime Domine/Sine parumper tu patrum Romanorum cle
mentissime atq; iustissime. Sine bona cũ uenia nos apud te cõque
ri/ac suspirare: sed neq; te lædat: si nostri moris/et mansuetudinis fi
nes aliquanto excesserimus. Siquidem res ipsa quemadmodũ est/
explicari nullo quidem modo potest uerecundo et frigido calamo.
Dum magis Hieronymi stilum frontemq; desyderat. Sedes ista bea No.
ta non quasi Mater sed quasi nouerca nos habet: illud non bene
prospiciens: cum nos paruus atq; humilis grex internetimus exhau
stis medullis et sanguine: neq; dominos satis honestos et saluos fu
turos. Potest ne calamitosius ac miserabilius audiri aliquid bis de
trimentis et malis: quæ õni licentia hic modo patimur: ubi iam ad
tantam inopiam deducti sumus/ut pleriq; in monasteriis celeberri
mis nunc cultus ille decorus et publicus: qui multorum numero
atq; seruitio exhibetur Deo: nequeat amplius celebrari solẽni ritu
maiorum: ut domos alii/uineas/fondos fœneratoribus obligauerit:
nonnulli per detestabiles crudelesq; satellites armento/suppellecti
le/stratis/uestimentis sint spoliati. Omnis spiritualis nunc ordo sa
craque progenies: omnis pius Dei minister: omnes hospitalium
pauperes/simulq; in cænobiis dicatæ uirgines Domino: Sanctorũq;
consortia uitam amarissimam agũt: et uoces passim ac gemitus mi
serabiles edunt: quatum rerum hic ad te ueniens testis erit certus
ac uerus harum lator Celsus pater uenerandus/atque optimus

tuus. Non est satis singulis annis bis decimari: Non satis Gymnasii Pisani magistris atq; doctoribus stipendia soluere: Non satis sacra rum iniuria legum nulla nobis onera ac uectigalia isoluta remitti: nisi ad extremum exitium addantur Annatæ. Quid adhuc supre me Deus et maxime nobis superesse iam potest: nisi suprema despe ratio de sede sancta ista infirmissimaq; opinio? In tanto fragore atq; ruina religiosæ tei nostræ te unum iut et fecimus semper: nobis omnes proponimus altum præsidium atq; firmissimum tuam opē tuamq; miserationem efflagitantes. Sed ego primus pronus in ter ram sacra tua genua complectens uesfugiaq; exosculans: quos exau di fulgens ecclesiæ sanctæ uexillum spesq; Bonorum. Vale. Floren tiæ. VI. kal. Nouembris. M. cccc lxxxx.

Ad. d. Iul. Sancti Petri ad uincula Cardinalem in cau sa Annatarum Epistola. LXXXXVII.

i Nstauratur nobis deintegro bellum pie ac Reuerendissime Patrone noster et Domine Annatarū dico: quod extinctū superiore putabatur anno aut certe sopitum uirtute ac pro tectiōe salutari ac maxima tua: q supra cætera nostra præsidia unus tu præsertim extitisti: cuius sub alas confugientes nos collegisti: col lectos erexisti: erectos fouisti: et dexteritate admirabili tandem atq; opera defensasti tua: ut inde citra dimissi conquieuerimus omnes beneficio isto amplissimo tuo. Nunc uero tādem hisdem fluctibus obruimur: et cæteris nostris cū rebus Templa ipsa quoq; atq; Aræ periclitātur subreptis nobis tantam per immanitatē necessariis uitæ subsidiis: sine quibus multitudo constare non potest: neq; diuinus ille cultus uigere: qui decorus et celebris deo exhibetur in populis: neq; sustineri ædificiorum moles. Quid de medicis pauperibus di xerim: deq; honestis religiosisque hospitibus: quos a foribus depelli non cōuenit: et quorū maioribus nostris fuit semper maxima cura? Quæso quæ uita iā nostra in tāta amaritudine atq; dolore? Quæ spes? quod āimi solatiū? Tātis sub decimatiōibus: qbus nos crebro beata ista sedes exhaurit: et cruciat: et quod grauius est: nos expilā dos ēt potētatibus Italiæ tradit nostri et ipsa particeps uitalis succi

ita exināiri/consūptiq; sumus: ut uix certe uiuamus/ac respiremus. Quod si ponderi ultra pōdus addatur/res nostra (Sed o christe tu prohibe) ad interitum uenit. Ast ne tanta nos mergat/operiatq; tē pestas/hic fidem/hic opem/hic auctoritatem/hic pietatem/hic mise rationem imploramus tuam. Tu potentissime horum fluctuū mo derator. Tu dux et auriga Israel Dei. Tu pientissime patrum nos tibi prostratos benigno oculo aspice: tutariq; nō desine. Vale æter nis sæculis/decoris ac libertatis ecclesiasticæ tutor. Florentiæ. VI. kal. Nouembres.

Ad. d. Bernardum rubeum Belunensem Episcopum in patris obitu Consolatoria Epistola. LXXXXVIII.

Vidonem genitorē tuum/uitum plane gloria summæ uirtu g tis et laudis insignē mortē obiisse neq; p te dulcē et Reuerē dissimum filiū/neq; per quempiā ex confratribus nostris cō gnoueram adhuc illi ego tantopere charitatāq; gratia et familia ritate coniunctus: cum nescio quomodo ut solet interloquendum accidere: forte nominatus ille a me fuisset de astantibus unus mor tuum illum inquit an nescis? Cui ego minime inq̄. Sed quæso quā do emigrasse illum audisti? Diē uero ille cōpertum neq; habēs/du dum adiecit puulgari eius saue obitū memini: et illius funus uestra in æde Charitatis Venetiis fuisse curatū celebri pompa. Tū de ma ximis atq; sanctissimis illius uirtutibus/et de innocentissime acta iā uita suauis ac memorabilis subortus est sermo: quo de multa præ clara me prosequentē qui circūadstant non aliter obseruabant intē ti/q̄ de beatissimo Iob si uerba fecissem. Amiserat inclytus parens opes ois. Amiserat uires. Amiserat auitā domū/et patriā/et quibus īperabat: Oppida florentissima q̄plurima: cū cælo/amœnitateq; læ tissima: tū situ murisq; iexpugnabilia/ac mūnitissima: et cū his con sitos hortos/saltus/uenabula/piscias/stagna/reliquaq; id genus ano rū ocia atq; delicias unus iter insubres præpotētior/et gloria generis/ et magnitudine rerū domi militiæq; gestarū omnibus facile clarior. Sed auxerat dignitatē. Auxerat pectoris robur. Auxerat cōstantiā aduersus grassantē malorū omnium impetū ingētis atq; fortissimi Ingens aīus

animi heros : qui ad eam tranquilitatem et stabilem sedem perdu xerat animum/ut in euincenda atrocitate fortunæ/aduersisq; feren dis quantum ego possum recordatione colligere nesciam usq; ne eo fortiorem contemplatus sim alium. Quã nihil omnino charum/ni hil pretiosum/nihil deniq; suum uere esse ducebat quod sibi eripi
No. posset. Aut si eriperetur/dolendum magnopere neque censebat/ita institutus/ut uis nulla tanta equidem foret: quæ uirum fidelem et christianum sic prorsus afficeret:ut gratia afflante diuina / auxilia ribusq; uirtutibus non etiam in tormentis et cruciatibus ipsis beate quidem degat :nedum in exilio:cum uastus orbis innocenti ubiq; sit patria : et ubicunq; extiterit sapiens /ibi se fouendum intelligat naturæ gremio:quæ cuiusq; prima est atq; maxima parens : et esse undiq; tantũdem lucis ad cælum animis:a quo decerpti sunt:et Dei formam /hoc est similitudinem/delibarunt . Reminisci illum certe non possum nisi semper(mihi crede)singulari cũ gaudio:et magni Dei nostri:a quo est bonum omne :immẽsa cum laude:qui præde stinatos ad gloriam :quorum regnum de hoc mundo esse minime uoluit:igne atq; incude probat / ut ueluti aurum flauescant et ruti lent in uasa cælestia formandi omni defecata rubigine. Quoniam tamẽ neq; ferrei omnes sumus:neque caro nostra lapidea: reputãs mecum exilium diutinum:et rerum omnium amissionem : quam diximus:acerbissimo illi et intolerabili esse supplicio(difficile nãq; est ea tanta amittere sine dolore : et ipsum dolorem perferre / sine quo/aut æque condoleat:aut dolori cõsolationẽ egregiã adhibeat aliquã)eum ipsũ annitebar solari quãdoq; / inducẽs modo priscos et gentiles illustres: modo patres sanctissimos nostros : qui pulsi pa trio solo /et suis omnibus spoliati exiliũ cũ paupertate fortissime p tulissent: et ea multa et maxima/ac præstantissima : quæ a doctissi
Abraam mis hominibus iisdẽq; optimis in cõsolationibus solent usurpari. Ostendebã diuinis exẽplis Patriarcharum maximus Abraam a patriis laribus abductus insonante illi uoce diuĩa Egredere de terra tua et cognatione tua/ et de domo patris tui/et ueni in terram:quã monstrauero tibi errasse peregrinus et aduena / et in spem maiorẽ sublatus aliẽas terras et domicilia incoluisse. Transisse et i Mesopo

tamiam Syriæ Iacob/et inquilinus fuisse in terra Cham. Ioseph per Iacob
liuorem Hismaelitis a fratribus uenditus/mox et in potestatem ægy/ Ioseph
ptii Domini deuenisse et seruitutem eatenus grauissimam pertulis/
se/quoad penes Regem prodiit uerbum et sapientia eius. Demon/
strabatur et Moises magnus ille Dei contēplator/et uates: quin et po/ Moises
puli Dux parentibus seruitutem agentibus fuisse ꝓgenitus: infans
capitali metu scirpea in fiscella ꝑ profluentem amnem fuisse demis
sus: cuius gratia atq; idole capta Pharaonis filia/eum cū excepisset/
educandūq; curasset: inq; suum etiā adoptasset: maluisse ubi euasit
in uirum affligi cum populo Dei: q̄ temporalis peccati iucundita/
tem habere: et repugnare pro Dei laude profano et barbaro Regi:
q̄ cum illo regnare: diu et ꝑagrasse deserta cū Tribus Israel ex ægy
pto deduceret/noctes habuisse sub pellibus/et quietē subter frondo
sis umbraculis. Recensebantur quotidiana quoq; et pene domestica:
cum audita/tum uisa fortissimorū animorū exēpla. Citabatur reue
rēter et pene cū lachrymis crucis triumphus et salutaris passio Chri
sti: Martyrum lacerationes/et gloriosa atq; inuicta utriusq; sexus
in pressuris/angustiis/horrendisq; suppliciis tolerantia: qua supera/
ti carnifices hærebant attoniti: et qui spectabant extra se acti: ad
quos tanquam aculeos cōpunctus/et feruefactus uir ardētis pietatis
et fidei contra uanitatem mundi omnem ita se erigebat/uestigioq;
firmabat/humanis diuinisq; uirtutibus septus: ut tantum abesset a
dolore: ut exultaret etiam atque gestiret uirtutis in Christo degu/
stata dulcedine. Et quoniam uirtute nulla magis q̄ humilitate præ/ No.
stabat: quantum beatus ille accedebat proximior deo ex bonis ope/
ribus: eo longius se abesse a uirtute/a merito/a uenia/gratiaq; diui/
na putabat. Hinc religiosis se uiris et sacris Dei ministris substerne
re: preces supplex efflagitare: quantum poterat de militari stipen/
dio parcere: quantum de frugali uita subducere modico ipse contē
tus in elemosinas erogare: nihil ambitiose aut superflue quærere.
Mundi militiæ obstrictus/ut fortiter/sic et id munus innoxie tracta
re/præcauēs maxime quod ipse non peccabat/ne suorū quisquā pec
caret: ut cum ui armorum militari potestate atque imperio in se su/
isq; quantum ea quidem disciplina patitur: summa sine ignauia æq
tas. Summa ab iniuriis hominium cōtinentia. Summa in Deū pie

tas atq; religio præfulgeret. Illam uero militiam/quæ est spiritualis
et sancta:illam inq̄/quæ contra inuisibiles Diaboli nequitias depu
gnat/cupiditates repellit/iras cohibet/libidines frenat/et cælo uio/
lentiam infert: de qua scriptum est. Vita hominis est militia super
terram. Et ad Timotheum Apostolus Elabora inquit/ut bonus
miles Iesu Christi constanter adeo tenuit: strenue adeo gessit: ut
maximis cum Dei uiris ea potuerit de laude certare. Sed quid ego
ista tibi ante oculos pono/exornareq; contendo:cui nota plus q̄ ul
li hominum sunt? Mea enim hæc ratio est/meumq; propositum/ut
laudata uirtus in patre filium excitet ad facinora sectanda præclara.
No. Nullæ.n.maiores animorum concitationes/q̄ cōmemoratio ac re/
fricatio uirtutū/laudumq; maiorū suorum: quæ res habet hoc in se
frugi atq; magnificū:ut studiosos incēdat ad eas supandas et igna/
uos ad imitādas. At uero et si de te nulla prorsus ē degenerandi su
spitio:q puer adhuc signum extulisti summæ ꝓbitatis omnifariæq;
uirtutis et coalescens illud āplificasti:et præmaturā tuam istā episco
palem dignitatē omnibus ornamētis morū sanctissimorum/et disci
plina bonarū artium et studiorū decorasti:sic mea tamē in te pietas
existimauit si ad fundamēta quæ ipse iecisti dignitatis et laudis: et
ad ea quæ rectissime et sapiētissime facis cohortatio accederet mea:
illa tua cœpta præclara fore tibi iucundiora/meaq; insonante ueluti
tuba te cursurum alacrius. Non defuisse quidem existimo qui tibi
mœrorem leuare annixi sint. Qui et splendorē generis/gesta maio
rum/titulos pacis et belli extollendos sibi sumpserint: Solatia quidē
uiuorum/ornamentaq; funerum/ambitiosa magis quandoq;/neq;
non splendida: q̄ uel pia uel iis qui hinc a nobis exierint salutaria.
In quibus oratorum uis tota uersari solet atq; splendescere: quem
ego locum neq; mihi religioso homini conuenire: neq; abs te in ec
clesia sancta Dei præsule modestissimo exoptari iudicaui. Quin si
uerum cogitare uolumus/nullo quidem modo fidelibus nobis et
spiritualem uitam profitentibus lugere licet/nisi forsitan eos: qui
funditus perierunt æternam Dei ultionē secum ferentes. Hunc ego
inclytum tuum genitorē non extinctum profecto crediderim: Sed
decoram gratamq; animā Deo: elapsam e corpore: in cælo acceptā
fuisse: ubi parēte Deo suo/quem quantum mortali in ista caligine li

cuit ex fide et charitate coluit atq; dilexit/sempiterno fruatur. Ex quo fit:ne desyderandus in terris amplius q uideatur:nisi ab iis for tasse qui se ipsos et ea quæ sua sunt sic amant/sic uolunt/ut amplis sima amicis etiam inuideant bona in spiritum sanctum quandoq; peccantes. Euolauit a corpore tanquã a carcere:et uinculis quibus tenebatur cælestis animus/eiusq; fuuta mortalitas non uita. Viuit enim nunc uere/uiuetq; perpetuo ea uita/qua est æternitati coniun cta/quæ mortẽ nescit:quæ destructa est et absorta in uictoria. Noli let quidem ipse si posset decurso iam stadio:et ad quod anhelauit arrepto triumpho ad presentem hanc uitam moribundam malisq; confertam denuo reuocari: Cui intuenti cælestia/omnia sordescũt humana atq; terrena. Prouexit me longius q̃ putaueram cum scri bere cœpi/dulcedo illa quam maximam sentio:dum tecum Reuerẽ dissime Pontifex aliquid ago: ne epistola tamen modum excedens Horestem illũ nedum exactum tibi referat:hic sisto pedem. Tan tumq; precor:ut quibus ille uirtutum gradibus:et nobis Deo mise rante liceat extrema subire. Vale. No.

Ad Hermolaum Barbarum Patriarcham Aqui legiẽsem Epistola LXXXXVIIII.

q Vod instinctu nisi diuino de te cogitauit/ perfecitq; Ponti fex Maximus Hermolae pater et Domine/ita approbet De us/ita confirmet/ita exaugeat/ita fœlix faustumq; esse perpe tuo uelit: ut in te plus lucri ecclesia sancta Christi modo equidem fecerit:q̃ iacturæ subient in illius obitu/cui post uenerandam senec tutem transitumq; sanctissimum tu suffectus Patriarcha fuisti:cu ius unius inter Romanos patres et sacros principes istos laudatissi mi atq; sanctissimi desyderio omnis mœret ecclesia:a qua iuditatus dignus atq; habitus erat non pilleo modo/quem maximis uirtuti bus et perpetuis meritis decorabat: Sed summa almaque Tiara. De te uero quod fas est mihi sentire/tecum etiam libere loquar. Porro id ego puto: id mihi et persuadeo: cui cognita est iampri dem tua sans innocens uita. Syncera mens tua: optime instututus et modestissimus animus/et beato Dei timore ãte omnia præditus:

ad Patriarchalem istum apicem acquirendum præter obedientiam et assēsum te nihil omnino contulisse : sed uocatum ueluti Aaron annuisse humiliter / ceruicemq́ flexisse . Atq́ illud quoq́ sperare mihi licet primã hanc tantã tamq́ pulcherrimam dignitatē maiora longe tibi portendere: altiorisq́ culminis fundamenta tibi positurã. Quæ res spe tanta tantoq́ gaudio me cōplet et afficit: ut horis fer / me totis exultē: et Christo maximo nostro sublatis ad celũ manibus plaudã . Siquidem de pristina tua uita/de candidis et optimis mori bus/de doctrina admirabili illa: qua inter doctissimos omnis / ut sol inter sydera ita tu radias/grandia et īsolita ꝓmittunt sibi homines . Augurant̃ hoc maximũ facinus atq́ præsagiunt rei christianæ pro labenti / inq́ deterius quotidie properanti te manum aliquando da turũ / et si q erunt hoc magno et sancto animo tecum / te primũ fo re: qui Petri nauiculam tãquã fatiscentem/et mersionem prope sub euntem quanta ui poteris a naufragio conetis arripere ac prætueri .

No. Non te auaritiam putant/non libidinem / non ambitiosas mensas / non equorum mularumq́ strata purpurea/non auratas faleras non calamistratos petulcosq́ pueros/non liberam in tuis uitiorum licen tiam/non cætera id genus fœda atque pessima/in quibus(O insania o furor) hodie est præcipua gloria: uel consectaturum/uel tuis per / missurum : magis autem quæ beneficentiæ: quæ pudiciciæ: quæ fru / galitatis: quæ continentiæ: quæ sapientiæ/summæq́ uirtutis et lau / dis sunt munera in honorem habiturũ/teq́ his ostentaturũ . Quæ præclara omnia atq́ sanctissima tua maxima uirtus Hermolae ui / rorum optime ac sacratissime præstabit facillime : si non erubuerit non cōmunicare cōmunibus uitiis/illicientibusq́ contagiis: qui mor bus eo loci iam serpsit/seq́ extulit: ut non modo immoderatã licen tiam/egregiũq́ fauorē peccata habeant: sed ex magnitudine turpi / tudinis dignitatē et laudem: Cui tantæ cæcitati hominũ atque ma / litiæ: quos eorum pertinaci nequitia id exigēte dimisit Deus secun / dũ desyderia cordis eorũ: ut eant intrepidi in adinuentionibus suis: iam illucescere neq́ uirtus ulla/neq́ ueritas põt . Indeq́ fit /ut rari admodũ sint/uideq́ fœlices: q uel nõ excecent̃ uel plane non lippiãt / et deniq́ nõ ferant̃ præcipites i tanta caligine: a quo tanto ꝑiculo sa pientissimo cuiq́ atque optimo non secus atq́ a graui pernicie atq́

reatu est abhorrendū. De te uero Herm. nulla sane suspitio qn ita
te munias ita accingas ne a circūfusis huiusmodi laqueis istis et cō/
tagionibus capiare: neu crediriī tibi populū q̄tū penitus poteris p/
ducas ad pabula uitæ/ q superiorē omnē tuam uitā a tenellis ungui
culis/ primaq; indole ipollute præclareq; duxisti. Sed neq; metus su
perest ullus/ sacras ut ecclesiæ opes inter Captatores et parasitos pro/
digas atque ligurias / aut quod summū sacrilegium et peculatus est No.
pauperes Christi: quorum sunt ea bona nō minus certe : q̄ tua suo
publico iute defraudes ditaturus carnem et sanguinem in tuā eo /
rumq; tuinam. Fortasse autē hoc in uno egregia tua desyderabitur
fides/ conscientia/ bonitas/ ne aut gratia/ aut seruili etiam metu quæ No.
uidebuntur tibi turpia atque nefaria ea ipsa dissimules: qua culpa
grauissima atq; deflenda Curia ita laborat: ut qui uerum audeat lo
qui/ reperiatur iam nemo/ nisi dum placeat: sed primus assentatori /
bus atq; gnatonibus ubique sit locus/ Deo/ uentanq; deide. Quod
scelus euersurum aliquado perfidam urbem et regnum ipse si uice /
ris: tum plaude te fortissimum superasse Milonem. Quam rem tua
uirtute et auctoritate nostraq; expectatione dignissimam ut sane fa
cias/ et si me stimulat zelus et charitas : ne uidear tamen : quod dici
solet : Sus instituere Mineruam: pluribus haud prosequar uerbis .
Pius tantum et maximus Iesus illud tibi instillet in mentem: qui te
ministrum elegit: in quo et perpetuum Vale . Nostro ex Monaste
rio Fesulano. XII. kalendas Apriles. M. CCCCLxxxxi.

Ad Archangelum patrem de acri frigore
Deq; annatarum successu
Epistola .C.

Randes tibi debemus gratias Archangele pater: qui nisi ne /
g mota Fesulanis nobis comparasses / præsens hæc hyems nos
extinxisset: qua rigidiorē meminit hominū nulla memoria.
Quicqd sub diuo patet diuturno obriguit gelu: iber: nix: glacies:
apricitatē omnē illā absūpsit: qua uernare semp solet Tusciæ amœ
nissimus ager. Cedri/ delicatioraq; plātaria/ quæ maxie ferūt Citros
aliaq; aurea poma: de cælo tacta et fulgure ābusta uidēt. Arnus flu/

uius in tantā obstrictus ē glaciem: tāq; alte congestus: ut medio al/ueo/cursu/saltu/pilaq; cubitali iuuētus lusent pertinaci certamine contrarioq; conatu/agonistas inflammante Tubicine et ex ponti/bus spectante populo/atque aggeribus: et quod accedebat ad plau/sum iucūditatēq; spectaculi/ in lubrico lapsantibus et cōcadentibus multis cachinnus et uelut clamor theatralis excitabatur ad cælum. Hæc de rigenti crudaq; hyeme paucis. In tota prouincia secundio/ra sunt cætera: Vbertas pax/sanitas/uita. Super Annatis hoc a Romanis nostris postremū habemus. Pontificem nobis auditores iu dicesq; dedisse Cardinales Reuerendissimos quattuor: Neapolita/num: Vinculam: Senensem: ursinū. A quibus suspensæ censuræ do nec nostro de iure disceptatum et cognitū sit: atque iussi interim su mus absolutiones/priuilegia/indultaq; si qua habemus/quæ ab an/natis nos eximant: se coram proferre: Pro fisco agentes aduersati/os habemus acerrimos: cōtra quos arduum utique sit congredi/eā po iniquo præsertim. Res maximo discrimine uersari mihi plane ui detur: nisi diuinus nos clipeus et cælestia arma defendant supplica/tionibus excitata et deuotissimis fletibus: qui maxima omnia etiam facile assequi possunt. Pius hic et Magnanimus Medices et cū eo senatus egregia nos fide tuenē et adiuuant. Verum selecti ordinū patres his auxiliaribus copiis præsidiisq; adhuc neq; sunt usi/uetiti ne stomachū et bilē Pontifici atq; iudicibus moueāt: si potentatuū heroūq; lacertis contra Romanū patrē anniti uideātur: quod sem/per sedes illa sacra ægerrime tulit. Collus ab hisdem iudicibus euo catus est Romam: qui iturus ne sit/haud satis scio: cum uideat rem ingratam patriæ: et ueluti iacturæ publicæ et ignominiæ plenam se/suscepisse. Me autem in urbem properare Generalis pater uehe/mēter cohortatus est monachorum præsertim suasu et precibus du/ctus/meam præsentiā atque operam existumantiū instantibus rebus admodū profuturā: Quod multis ego de causis minime potui. Ali ud quod scribā nihil occurrit. Itaq; Vale. Fesulis. IIII. kal. Febr.

Ad Laurentiū Medicē de transmisso dialogo Epis. C. i.

d E quo Politianus noster scripsit ad te inclyte Medices/

dialogus noſter ĩpreſſus ẽ:quẽ ego edidi q̃no ãno Coſmus Paternus tuus Auus ad ſupna ſublatus terris exceſſit. Inde ille ad hæc tẽpora uſq; obſcurus iacuit:et niſi religioſis hoĩbus noſtris ulli uix cognitus. Refrixerat.n.in me calor ille et primus amor:q quęq; afficitur No.
ſua initia præmaturoſq; labores amet etiam ĩmodice:cum is interea ita dimiſſus ſua ueluti ſponte ſe tollens perfugit in ſinũ Io.Pici Mirandulæ/et eius Politiani quẽ dixi:qui præclarũ ſibi ociũ et a frequẽti turba receſſum noſtro ſacro in Feſulano ſæpe captabãt: Viri ambo admirandæ doctrinæ atq; uirtutis/ et ſtudioſiſſimi ſplendoris et magnitudinis tuæ. Quinetiã neq; mihi nõ dediti: q opus cõplexi hoſpitioq; dignati non antea deſtiterunt et curare et agere: q̃ uno ex ſtipite ſexcenti uel ſurculi ducti:quorũ unus imprimis tibi Laurenti deſtinandus fuit fauſtiore tanquã auſpicio. Cuius frons hilaris ſublandietur primũ forſitan tibi/cum titulum audies De ueris et ſalutaribus animi gaudiis. Deinde cum rimari perexeris corpus et membra deprehẽdes ubi ſolidæ inaniſq; lætitiæ fines ſint poſiti: Teq; ipſum adhuc peregrinantem a cælo/ interq; uitæ mortalis erũnas fluitantem/ut puto/ ſolabere recte factorum et fœliciſſimi ac ſempiterni æui prægustata lætitia:ſi tamen res tanta a me potuit perpoliri ſatis/ac illuſtrari. In quo neq; modeſtiſſimi et pii animi tui cenſurã uereor:quẽ ſyncera albaq; ueritas delectare magis qdẽ ſolet/q̃ fucus et falera. Ex his itaque illum quem tibi tranſmittimus lautius cultum gratioreq; indole non dedignabere Laurenti ſuſcipere: cui hic ludus eſt/ et Auitus et proprius/ut magna largiri: ſic nec parua oblata contemnere:Regum profecto opus/ſi non Dei magis:cui tu enti moderantiq; omnia/ut ſane poſſunt debent reges et ampliſſimi uiri eſſe perſimiles. Vale lætus Deo ac patriæ uiue.

Ad Violantem ancillam Chriſti Seraphicam
De tranſmiſſo Dialogo Epiſtola .C.II.

q Vo tempore Principi nupta Ceſenæ urbis tenebas imperiũ/ ſi uirtutes egregias ego tuas/laudeſq;/ uel ĩ fœmina raras/uel ĩ pricipe ſplẽdidas uenerari maxĩe admirariq; cogebar:ut tu te poteſ facile meminiſſe:id effeci certe ꝓpẽſius atq; cõſtãtius/cũ te uidi q̃ſi

alteram illam Blesillam aut certe Mellaniam orbatā uiro crucis ue/xillum arripuisse:teqꝫ protinus Regi Deo optima fide/pio altoqꝫ animo deuouisse. Quæ res sancto et memorabili gaudio impleuit aures italiæ:et ad magni Dei gloriam inflammauit hominum mentes. Tu me quoqꝫ sic affectum/sic deditum tibi non modo dilexisti/obseruastiqꝫ uicissim:uerum et cum tibi licuit humanitate tibi innata audisti auide/et si quid meum etiam ad te peruenit/studiose legisti. Quæ recordatio honestissima dulcisqꝫ et sancta modo me excitauit: et tanq̄ alloqueretur admonuit/ut meum quendam dialogum: cui argumentum et titulus est De ueris ac salutaribus animi gaudiis editum a me adhuc quidem iuuene/iam uero tandem multorum hortatu excitatum in lucem deuotioni sanctæ et uenerabili tuæ destinarem/atqꝫ porrigerem:quādo ad te ego clausam et oculis abditam propter regnum Dei/et zelum sponsi Christi tui penetrare non possum. Qui sane libellus si ad æterne beatitudinis palmā currenti tibi stadiumqꝫ tenenti calcar admouerit/nihil erit ea mihi re omnino iucundius. Sin uero studiis dulcioribus iam assuetæ tibi forsitan nostra hæc uideantur palato uel insipida uel subacida:neqꝫ erit cur me pœniteat/meum erga te studium ac pietatem singularem declarasse:et preces præterea ad cælū pro me tuas mea in Christo Violantes mater et domina efflagitasse:quas cum sis opulentissima meritis:naturaqꝫ munifica pauperrimo et mēdicanti mihi Lazaro nullo quidem modo ut spero/negabis. Vale innocens anima ancillaqꝫ ardentissima Christi. Fesulis.

Ad Robertum Saluiatum de transmisso Dialogo Epistola. C.III.

T cæteros soles: qui gratia digni tibi uidentur:ita me quoqꝫ
u cum ueneratione/tū mentis suauissime ac generose mi Saluiate nunq̄ prosequi cessas. Quin et quæ mea legisti non modo ꝓbata tibi acceptaqꝫ fuere:sed et illa sparsisti cum laude/et lōge splēdidiore q̄ ea ipsa prædicari mereantur. Tum mihi sæpe et illud amice suasisti/ut nostra salutaria gaudia imprimenda producerem:quod

Mirandula. Politianus.

et fecere Io. Mirandula/et dulcis noster Politianus: quorum alterū obstupescimus tanquā fulgorem sæculi nostri:altero optimarū etiā

litterarum magno gtauiꝗ magistro insignis et læta est omnis Hetruria. Impressa itaꝗ sunt/et nno ueluti partu uolumina supra sexcenta in lucem edita: de quibus unum mittimus ad te/ut meum aliquid i mãibus habeas: quod quoties legas. Si tamẽ id nõ ãte fecisti/ spreta terrenarũ omniũ rerum amara dulcedine/inani / falsaꝗ lætitia fœlicitatẽ alto atꝗ firmissimo animo quæras / et certũ illũ ditecttumꝗ callem mi Roberte sequare/qui te ducat/ubi maxima bona et sempiterna sunt gaudia. Quoniã uero nullis ornamẽtis adiũctis/ sed qualis tantum euasit ab arte purus et nudus proficiscitur ad te Libellus/illũ tu Roberte et ornare minio et amicire tegumẽto curabis: qui es liberalis et diues. Vale. Ex sacro nostro Fesulano.

Ad Io. Baptistam Collessem Responsoria ad quædam quæsita Epistola .C. IIII.

Epistolam /quã lecto Dialogo nostro ad me dedisti perdilecte in domino fili præclari ingenii tui et generosi animi indicem: lubens equidem legi imiratus te adolescentẽ et/quæ doctissimi et maximi uiri uix aggredi solent: et quæsisse prudenter et tractasse subtiliter. Pollicetur de te/ut mihi quidem uidetur/præmatura ista celeritas lætam utiꝗ frugẽ atꝗ uberes/cum eloquẽtiæ/ tum sapientiæ fructus/cum uirũ te fecerit ætas. Et uerum ut fatear: dum mecum agito quæ tam copiose et acute suscepisti / suspicor te cognosci maluisse/ꝗ̃ edoceri : quæ cupiditas pũgit /ac stimulat sæpe ingenuos animos : quos ad probitatem et studia generauit ipsa natura: primam quoꝗ obtinentes apud Hesiodum laudẽ: Qui ignes atꝗ aculei in Tyrone profecto non aliter ꝗ̃ in equo robur atꝗ perricitas desyderandi uidentur. De summo uero bono quale/aut ubi positũ est: et de eo quid sibi uoluerit Epicurus: et cũ nostris ꝗ̃tum sue cõsentiat /siue dissentiat: de quo ipso in dialogo nõnihil breuiter atꝗ obiter strinxi /explicati a me latius poscis : neque te is quæ attigimus/acquiescere tã facile iquis: ut olim Seraphin ille dulcis et modestissimus noster. Rem ego istam si cœpero extrema ũgue uel tangere /tot habet in se radices et fimbras/ut de uolumine non de epistola mihi plane sit cogitandum : quod equidem modo haud

satis possum infirmam ualitudinem curãs medica ope / aliisq; gra uibus / tum sollicitudinibus / tum negotiis obstrictus. Quod uero de corporum immortalitate uel ioco proponis / uel serio tibi fortasse suades: quoniam omnino hæresim sapit / tacitus in domino fili non prætereo. Argumẽtaris namq; aduersus sensum ipsum et ocu lum his plane uerbis. Si animi idcirco sunt immortales: quia extin gui et in nihilum uerti minime possint: ita necesse quoq; est et cor pora esse immortalia: quando neq; illa uertuntur in nihilũ. Addis præterea ut Saluatoris Christi anima in passione emortua non est / ita nec corpus emortuum: aut si emortuum / resurrectionem totam negari. Do tibi primum promptus atq; intrepidus / corpora huma na / siue quæcunq; corpora alia haud posse in nihilum solui. Quic quid enim est ab eo / quod nihil est immensum constat infinitũq; distare. At uero natura ipsa nulla ui potest infinitum uel cõplecti uel traiicere: quo fit quod diximus: rem ullam semel cum extiterit / exinaniri fierique nihil haud stirpitus posse. Desinunt autem per mortem corpora esse quod fuerant: et qui homo fuit mane / cada uer ẽ uespere: idẽ mox tabes / subinde puluis: denique et in prima elementa resoluitur. Qua de re nõ naturæ solertia / ut tu te cogitas: sed præpotenti illa Dei uirtute: illa inquã: qua potest subicere sibi omnia / quos soliti sumus appellare miraculum: a mortuis eadẽ nu mero corpora humana resurgent: quemadmodum Christus domi nus primitiæ mortuorum etiam resurrexit: de quo et Apostolus in quit. Et si mortuus est ex infirmitate nostra / at uiuit ex uirtute Dei: qui / si ut inquis / mortuus non fuisset / neq; redemptus ab eo homo quidem esset: sed neq; fructus ullus in sanguine Christi: inanis au tem fides nostra / inanis et prædicatio nostra / ut Paulus ait iterum noster. Vnde quotquot in baptismate christianum dedimus nomẽ / ex fide quotidie hæc uerba profitemur ĩ Symbolo Crucifixus / mor tuus / atq; sepultus: quod qui dubitat / Christi nõ est: a qua heresi tu fili plusquam a morte semper abhorre. Uale / et quibus cœpisti studiis adiuncta pietate adolesce.

Ad .d. franciscum Suderinum Volaterranum Episcopũ et Referendarium Apostolicum Epistola. C. V.

T si causa nulla me urget uel magna uel grauis/ speciosus
e tamen/ et qui modus nescit: amor efficit: ut ad te scribam in
terdum/ cum id possum Reuerendissime Domine: cuius re
cordatione atq; imagine ad mentis oculos reuocata ita crebro fere
delector: atq; olim præsens cum te intuebar/ atq; uenerabar. Sic eni
me omni humanitate atq; officio deuinxisti/ obstrinxistiq; tibi: ut
tua dulci sine memoria iam uitam agere meus animus haud facile
possit: Qui et passim/ cum se offert et locus et tempus de te cũ lau
de loqui nõ desino: sed ad sacrosanctã Domini arã mihi sane a des
ipsimis eorũ unus: pro quorũ incolumitate postremaq; salute anhe
lo/ et Saluatori Deo ardentius supplico: quanquam ullis ipse pecca
tor atq; ignauus rei tantæ minister. Sunt harum rerum mihi testes:
qui mecum uitã agunt dulces Concanonici nostri/ et qui religionẽ
gubernant primores patres. Est et Esaias maxime uenerabilis iste:
qui nostras: quas modo scribo/ ad te perfert ad Romana nostra ne
gotia tractãda in Curiam destinatus: uir sane et si corpore exiguo/
at ingenti quidem animo/ singulariq; prudentia et bonitate prædi
tus: quem Dominationi ita cõmendo/ et trado tuæ: ut optẽ illi eque
acceptum charumq; fore: ut gaudeo ipse iam esse. Vale.

Ad Clarissimum Equitem et Consultissimum uirum
Lucam Grimaldum Epistola .C.VI.

Vas ad me dedisti/ dulces et amicas litteras tuas Luca clariss
q sime legi tanto cum gaudio/ quantũ ullis uerbis exprimere
uix equidem possum. Sũt imprimis disertissimæ. Sũt et mi
ræ affectionis et beniuolentiæ plenæ: quæ reuocarũt memoriæ mi
hi ueterem illam inter nos consuetudinem sanctam et suauissimã:
qua mutua fruebamur in domino præsentes quodã: quæ et expræs
sere generosos tuos mores/ orationemq;/ tũ grauẽ/ tũ lepidam: qua
nunquã satis expleri potui: cũ tecũ mihi esse liceret: quæ deniq; as
pectũ tuũ dignissimũ et formã oẽm ante oculos posuere. Benefaci
at Deus Tyrũculo Grimaldulo nostro: q causã tibi attulit ad me
scribẽdi: quẽ in filiũ suscepi/ et quidẽ charissimũ: et de quo erit mihi
quantũ ad utrunq; hominẽ attinet solers cura atq; perpetua nihil

eorum oiffuro/quæ tu optimus et prudentiffimus confultiffime ad monesiarcp efflagitas:fi ego is modo fũ/qui ad Deum accedentem ualeam fatis inftruere/recteq̧ dirigere . Me uero tamẽ uehementer hortatur egregia iuuenis indoles/et illius incitatus ad uirtutẽ aius : initiaq̧ illa ac fundamenta præclara fanctitatis et morũ : quæ iftic apnd Aug. uenerabilem noftrum tener delibauit et mollis . Quod fupeft:illũ ego fedulo ftudio curabo : patrioq̧ amore fouebo:tuq̧ illũ ardentibus precibus coadiuuabis/ ne fine Deo fit inane : quod ftruimus. Vale amicorum deliciæ/et tecum fœlix fit optima cõiunx/ omnifq̧ familia, Ex fufulana noftra Abbatia Pridie Idus Iunias.

Ad Celfum patrem Concanonicũ uenerandum de Cõ cordia habenda cũ Monachis patribus Epiftola. C. VII.

Voquo modo iam itura poft tantos conflictus res fit : te fẽ q per hortabor/et quidem magnopere uenerande et fapientif fime Celfe ab iniuria Mõachorum te quãtum quidẽ potes

No. abftineas:etiam fi qui eorum intẽperantius te fane laceffierint. Præ ftat enim flagitiũ ferre/ q̃ inferre:ut in comœdiis legifti puer. Meũ confilium fẽper pacis fuit/ac fraternæ in domino Charitatis : eritq̧ dum uiuã. Deniq̧ quid eft illud/de quo contenditur: Lana gallica/ an fumus et aura? et obrobtiũ uictoris et uicti? Mira et infcrutabi lis res. Monaftici patres / noftri etiam neq̧ pauci:neq̧ non præftan tiffimi/modeftiffimiq̧ Canõici cõmunẽ iftam deteftantur infaniã: et ecce tibi/nefcio qua fræti turpi temeritate : atq̧ iactãtia utriq̧ in cõmune dedecus/et multorum fcandalum/ facti pueri/anhelamus. Sed rerum ordo fic pofcit:q̃pulcherrimus et angelos in cælo diftin

Obiectio guit:et quæ deorfum militat/ecclefiam fanctã exornat . Nõ abnue re aut negare id equidẽ poffum:quin conftent oia ordine / fintque inordinata/indecora/atque turpiffima:modo hac i parte non graui us detrimentum res profecto religiofa fubeat. Minus fæpe malum /

Ariftoteles Modus in litibus ut Ariftoteles putat in ratione boni concedit . Lites quoque et Sa piẽtes gerũt:et fine iniuria ius quæritur inter amicos. Hoc ego ue lim:hoc ego precor:hoc et utinam Deus inter nos faxit:ut nullum charitatis difpẽdium/nullum honeftatis honorifque periculum fa/

ciamus: sed amice: paceq́ incolumi de præsidentia horum duorum ordinum decernatur: et isto te loco nihil mi Celse deterreo: quin tuam exeres manum strenue/atq; fortissime: et quæ acute et copiose in causa scripsisti: iura firmissima/ medio proferas campo: et illorum contra /defensiones / præsidiaq; consideres sine felle/uel bili: quem neq; aliter puto esse factutum: quippe qui bẽignus natus es: et per omnem semper ætatem benigne uixisti. Cum protectore seruatoreq; Reuerendissimo nostro hac in re commentatus sum multa: per quæ ordo iste et æquitas esset cum pace quærenda: et tandẽ est uisum utriq;/si de nobis/q primi in urbibus mõasteria habuere primis etiã honoribus habeant: rei satis fore consultũ: in quo laborabit egregie Dignatio sacratissima sua: et tu Celse ut huic opinioni adhæreas/equidem probo: qna ad pacẽ atq; ordinẽ simul: qui tenendus inter nos est: nihil plane aptius atq; facilius uideo. Quod si hunc in portũ nauis ista induci nõ poterit/uerebor dũ altũ tenet/ et iter hos æstus enauigat/ipacta scopulis naufraget tandẽ. Quod postremum malum nulla aut amplius ratio/aut consilium: sed sine remedio pœnitentia uindicabit. Quare per uirtutem et sapientiam tuam/per religionis charitatem te mi Celse oro/et obsecro tuã oẽm cogitationem et operam conferas ad communem honorem et pacem. Illud pugna/illud contende/illud enitere / ut p deum Saluatorem pax inter nos sit. Vale. Florentiæ Nonis Nouembribus.

Ad eundem Celsum Veronesem patrem et Concanonicum Epistola .C.VIII.

t Væ litteræ semper magna cum uoluptate a me leguntur ueneraude mi Celse: sed quas ad me dedisti hodie non uoluptate modo/sed exultatione equidem maxima legi: q eum cum patribus Monachis modũ seruas sanctum quidem/et tua prudentia atque uirtute dignissimum: quem ad te perscripsi / obtestatus per deum tuus ut ita faceret optimus animus. In qua sententia non sum ipse solus. Fuit Archangelus cum primatum gereret: Est hodie Seuerinus et ipse Generalis: qui mecum hoc facto desyderio ardet. Est Esaias generalis pcurator/uir i re sua õni prudẽtissimus

Sunt et innumeri pene præstantissimi et modestissimi patres: qui non in carnis passionibus/sed in cælestibus desyderiis suam gloriã collocatunt: qui et didicerunt uirtute singulari sua non bellare: sed pace bella sopire: ubi qui uicitur/uictor euadit ea gloriosa maxima q3 uictoria: qua uincitur malum in bono: qua et coronati sunt oẽs olim martyres Christi ab eo qui dissipat gentes/ut scriptum est: quæ bella uolunt: a qua immanitate plusq̃ a morte uiro bono/et Dei seruo est abhorrendum. Vale.

Ad Io. Philippum fratrem de laudibus Marci Veronẽsis ardentissimi Christi præconis Epistola. C.VIIII.

Insperatus hodie cum oblatus fuerit mihi nũtius: de danda ad te epistola cœpi mox cogitare: et arrepto calamo cũ õni no mihi occurreret nihil/uel nostris/uel alienis in rebus/aut necessarium, aut cognitu dignum: et mecum cogitabundus/atq3 suspensus hærerem/interim ecce a Senatu Lucensium/priuatisq3 non nullis afferuntur litteræ mihi: quibus supplices rogant in opus euãgelii Marcum Veronensem uenerabilem Concanonicum nostrum sibi a me concedi: cuius concionibus aliquos ita se captos fateren tur: ut abeũtem a se illum illachrymantes dimiserint. Pisanis uero/Pistoriensibus/Pratensibus/et Florentinis ipsis: quos omnis cõcio nando lustrauit/ita gratus et charus est habitus/ut ab illis etiam ab sens memoretur egregia plane cum laude: et aboleri sibi recordatio eius dulcissima nequeat. At agrestiores hos nostros Fesulanos: quo rum qui in maiori sunt gloria/hi cementarii/lapicidæ/fabriq3 sunt: ita composuit/moribusq3 instituit ut pro captu talium hominum diuina nõ ignorent ĩprimis: tũ ad mores urbanitatẽq3 mutati: non qui antea fuerãt uideantur. Huic iuueni/si uita contigerit (mihi cre de) expectationẽ de eo nostrã nõ æquabit modo/atq3 cõplebit: sed longe profecto eminet ac superabit. Nã in eo præter doctrinã: quã non mendicatã furtim ue collectam ut plerique: sed suam uere/ac pe culiarẽ/et gradatim a puero: ex cãdidis uberibusq3 auctorũ fõtibus haustã possidet: sunt ista præclara/et ad pulpiti frugem et laudem maxime accõmodata: Ingeniũ uigil/ cogitabundũq3: quod uel no

ua/potiora uel sẽper inquirat. Studium auidum atq; incensum iut plus gaudeat graui labore q̃ leui. Mens pussima /et in Deum sem per erecta. Prudentia/suiq; mensura uix maior etiam desyderari po test. Pulmo et latera non tam frementem spiritũ ac contonãtẽ i q̃ suauẽ et gratũ oĩbus edunt: qui nõ frangit/et lacerat /sed lenit/et recreat. Viros doctos lingua/tũ latina /tũ græca /et policioribus om nifariæ litteris oblectat /et istruit. Populares optima ac saluberrima/ planaq; erudit doctrina. Promiscue uero omnes tanto ardore et in chantatis cõpungit/et uulnerat /ut nulla uix concio/quæ ĩ fletu nõ finiat: in quo pnma sacri Oratoris et beata mihi uidetur esse uicto ria. Hæc tibi de Marco nostro significanda cõmemorandaq; puta ui /ut redeat ad te cum litteris nuncius: q ita rogabat. Tuq; marcũ olim tibi filium atq; discipulum /nunc patrẽ atq; magistrũ /religio ni et patriæ mecũ gratulere: q tantum in pulpiti laude i ac dignita te profecit: ut inter raros enumerari iam merito possit. Vale.

Ad Archangelũ Vicentinũ patrẽ et Concanonicũ q̃to ordine Ioãnes Medices Cardinalatus accepit insignia Epistola. C. X.

m Aximus annus uiden tibi potest /ex quo ad te nil scripsi pa ter Archãgele: et me quidem negligentiæ atq; torporis enã accuso: ut facilius ueniam a te promerear: quam si nõ dede ris /neq; censuram tam formido /q̃ amo amicissimam et æquissimã tuã. Meo tamẽ ex aĩo effluere nunq̃ sane potuit /neq; ullo tẽpore poterit sancta et suauissima recordatio tui/et si pepercerim calamo tam diu/nulla se mihi offerente uel occasione/uel causa scribendi. Verum me dormientẽ excitauit res modo: quã(ut puto)tu libẽter Ar changele sis auditurus: q nõ paruã uitæ partẽ egisti Fesulis: et incly tã Mediceorũ familiam excoluisti illis prope uernaculus / sẽperq; charissimus. Res plane hæc ẽ /ut tibi aliquãto notescant: quæ sunt apud nos acta quo die Ioãnes Medices Laurẽtii magni filius Car dinalatus accepit insignia: cuius rei ordinẽ\mysteria\ plausus\publi cam lætitiam \ liberalem impensam \ lauta ambitiosaq; conuiuia enumerare/ atque describere facundissimi Oratoris i uel Historici opus utique sit. Sed grandiloquo æque Poetæ res tãta conuenerit.

N.iiii.

Ego ingenue fateor /me a tãto facitiore uinci : qui etiam ſi uelim :
neq; rei illuſtrandæ ſatis poſſem operæ / temporiſq; nauare / ſacris
quadrageſimæ ſanctæ myſteriis in aliud me reuocantibus . Verum
enimuero in breuiarium quoddam potiora attamen ſtringam : ne
palatum incaſſum tibi exacuerim . Cum itaq; Ioãnes hic Medices
quintumdecimum ætatis annum tantum agens Cardinalis declara
tus eſt : tum Pontifex et ſacri Patres uoluerunt impuberem illum
tanti ordinis adminiſtratione inſignibuſq; ad triennium uſq; care
re : quo tãtiſper et moribus et doctrinis coaleſceret / atq; proficeret :
et uirtute ac ſapientia mactus tanto faſtigio /tantarumq; rerum ſu
ſceptione dignus euaderet . Venit Deo illum ſeruante optatus hic
dies / plenitudoque triennii . Suſcepturus itaq; hæc ornamenta /
quæ diximus : Pallium ſcilicet /Biretum /ardentem Pilleum /deſpõ
ſationis Anulum : pridie q̃ talibus iniciaretur /ad nos poſt meridiem
Feſulas conſcendit paruo ſuorum admodum comitatu / et humili /
ac ſimplici cultu . Poſtridie affuit mane Ioannes Picus Mirandu
la noſter /et Iacobus Saluiatus Cardinalis Sororius /ac Simeon Sta
za notarius : cum quibus hora diei circiter ſexta de cubiculo egreſ
ſus ſacer adoleſcens templum intrauit . Vbi primum in Virginis lau
dem (Sabbatũ enim erat /dies Virgini uetere religione dicatus) ritu
cantuque ſolẽni agi cœpit ea res ſacra : quam uulgo dicimus Miſ
ſam : in qua cum prius ſacroſanctum ego Domini corpus ſangui
nemq; libaſſem : tum ille ante Aram in genua flexus concommuni
cauit ſingulari humilitate /et quantum agnoſci poterat deuota qui
dem mente /et erecta ſemper in Deum . Peracta re ſacra ueſtimen
ta mox a me quoque ſunt benedicta : poſtea uero ſublata manu
bullam / breueq; Pontificis Maximi tenens : illum hunc in modũ
affatus equidem ſum . Quod tibi Eccleſiæ ſanctæ Dei patriæ /Gene
rique tuo fœlix ſalutareque ſit : hodie Ioannes Medices decurſum
eſt triennium Cardinalatui tuo per hanc bullam / breueque præfi
xum . Legant qui uolunt . Seruata ſunt omnia : de quibus tu Simeõ
publicam tabellam teſtimoniumque conficito . Subinde pallio a
me inductus eſt ita precante : Induat te Deus nouum hominem :
qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſticia et ſanctitate ueritatis .

Biretum denique / Galerum / Annulumque porrexi his rursum cum uerbis. Hæc sunt decora dignitatis sublimis tuæ a Sede apostolica tibi tradita atque concessa: quibus quãdiu uixeris ad Dei laudem / tuique salutem utinam semper utare. Quibus ita peractis Hymnum Veni creator spiritus canoris uocibus ante Aram Fratres cecinere. Postremo quantam Cardinalis singulus potest indulgentiam ellargitus astantibus et eandem uisitantibus altare eodem die quot annis: rediit nobiscum in domum. Paulo post prãdium Petrus frater cum paucis en affuit / delatus sonipede miræ ferocitatis / ac magnitudinis / autans bracteis quaque fulgente. A porta iterea Sancti Galli: qua itur Fesulas / tanta effusa equitum ac peditum manus: ut plena undique uia nulli contra in urbem eunti transitum cederet. Quæ omnis multitudo sistere iussa est ad Munionis pontem / nec datum ulli quidem cis pontem amnemque transire. At uero rebus cæteris ex constituto dispositis / descendit ille cum fratre / traiecto que flumine exceptus est medius inter Pontifices / Prothonotarios / alios prælatos / ac primores urbis ciues / et ambitiosissima põpa deductus in urbem per uiam maiorem / quæ ad ædes ducit suas. Qui cum peruenisset ad Virginis Nuntiatæ basilicam / mula descẽdens / ad illius humiliter se constrauit aram / pro se orans uoce sũmissa. Inde ad Diuæ Liparatæ templum profectus pari modo sic est opem gratiãque precatus: Denique ĩ lares se recepit quos habitat suos. Vbi ferme tota in unum conspecta est ciuitas ita frequens ut non nia modo: sed fenestræ et tecta ipsa uix caperent prospectantes. In sequentẽ uero noctem iuges in plateis / inque turribus et pinnis ignes collucentes illuminarũt ueluti diẽ / et cõclamantiũ uocibus omnisfariisque tinnitibus / atque crepitibus æther semp insonuit / ut obliti sint hoies somnos hac tanta lætitia: inspectique sit quanti faciat Reipublicæ seruatorem et columẽ gratissima ciuitas. Hæc dixisse extempore sit mihi satis: fetiem alius copiosius ornatiusque conscripserit. Vale atque ora ut ista sint fausta. Fesulis pridie idus Martias.

Ad Augustinũ Strozã Cõcanonicũ familiaris Epi. C XI.

t Vum ego ubi cõspicatus sum Paridẽ: quem ad me hospitẽ

direxisti / non illũ modo excœpi lubens / sed exilivi gaudio uiri gustatis moribus / eleganti singularicꝫ doctrina: cui ita me exhibui: ut se mihi charum nihil minus: q̃ tibi extitisse plane cognouerit. Sed inuidit illum nobis Comes Mirandula inclytus noster: ad quem ui situatum cum diuertisset: ita dulcissimus ille complexus est hominē / ut ab eo potuerit nulla amplius arte diuelli: apud quē fuit nō dixe / rim frequēs: sed omnino ꝑpetuus / dū se passus ē teneri Florentiæ. Quare nullo alio magis humanitatis officio / q̃ blandissimis uerbis et osculis a me habitus redit ad te nulla maiore affectus dulcedine / q̃ Ioānis Pici Mirādulæ / quo ut frueretꝰ / splendorē urbis / tuscascꝫ delicias nihil uisus est omnino curasse. Sit itacꝫ tibi pro re mi ue / nerabilis Stroza Matthæi tui studiū atcꝫ uoluntas: qui non tibi mo do: sed iis omnibus: qui tibi sunt chari / est deditissimus. Vale.

Ad Augustinū Strozā Cōcanonicū alia familiaris Epi. C. XII.

i N Christo plurimum salue suauis ac uenerabilis Stroza. Ita uideā me lætū semper: ita et acceptū Deo uehementer / uti q̃diligentissime ipigerrimecꝫ sategi: ut quā a me petisti Ioā / nis Argytopyli dialectices traductionē assequerere: non mens / non sollicitudo: non cōquisitio defuit: et ne fatigē te uerbis / omnis de / nicꝫ tuo desyderio a me est cura nauata. Sed nusq̃ expiscari licuit transcriptorē idoneū / q quicquā intelligat illis in litteris / q ex si / de ab Archetypo tantū opus / et figuras / ac ꝑportiones rite symme triet. Deperiit post inuentū formarum pulcherrima illa et uaria et castigata ars exscribendi: quam tractare docti etiā non abhorrebāt. Itacꝫ ego curaturus sum potius bona uenia tua / ut uenalē librum inueniam: qui etiam si pluris ematur: præstiterit illū ita mercari / q̃ longū insanire cum mendico et æbrio quopiā / cui nescias an possis exemplar tuto committere. Tu ueto in hoc si a me dissentis / prope diem id mihi significa / tuo pro uoto iussa subituro. Vale.

Ad Celsum Patrē in causa monastica Epistola. C. XIII.

a Eternum salue optime Celse. Scribit Esaias ad me nouissi me monachos patres nullo quidē modo flecti posse / ut a lite

cœpta desistant: et eos tamē neq; peruicaci neq; amaro animo illud contendere: sed prudenti modestissimoq; iudicio paruipendētes su perent ne / an superent ipsi : neq; ꝓuocaturos unq̄ ab ea sententia : quæ prima manauerit: sed illos dumtaxat hoc quærere: quo res hu / iusmodi ista semel ab iure discussa: ꝑ omne posterū tempus utrisq; pariat quietem et pacē. Quæ res si bona mente bonoq; animo (ut reor) ꝓferatur / nihil me sane cōturbat: In rebus siquidē dubiis / neq; satis recte dispositis ordinationē quærere / ueritatemq; finire animo rū integra pace / omniq; reliq̄ salua uirtute secundū Deū atq; ho / mines ē: hoies inq̄ q zelo eq̄tatis et rectis motibus sint istituti: qua lē ista quidē in re plane esse me senno: quippe q q̄tū operæ / et sem per cōsilii omnino potui hāc in rē pacifico ac beniuolo aio cōtuli : et q quo die definita res fuerit / hac mea sancta cū pace uictoribus (utri fuerint) congratulabor olea redimitus et palma. Tuū ad nos reditum / si es uerum pollicitus / incipimus expectare / daturi / acce pturiq; deuotos amplexus. Bartholomæum nostrum ex me saluū esse iube : qui ad stationes istas nostri sæpe sit memor. Vale.

Ad Esaiā Estēsem Cōcanonicū et patrē cōmēdaticia Epi. C. XIIII.

m Irabere q̄ patua de re magnis penes te mi Esaia nunc preci / bus ago: qui de summis nunq̄ tibi diffidi. Sed quod modo cupio / ita maxime cupio ut illud neq; nimiū p̄cari me pos / se crediderim. Qui meas istas tibi ē redditurus / ex prædicatoribus fratribus erit unus: cui Sanctes est nomen. Florentia patria: uir ipri mis egregia sanctitate / optimis moribus / magna doctrina / tum hu manitate ac dilectione erga me plurima: quo dum fruor (fruor ue / ro sæpe) fit mihi ille unq; semꝑ amabilior ac p̄ciosior. Huic ego nō cōsuetudine mō et charitate sum deditus atq; deuictus ita uehemē ter: Sed in eo quoq; dimidius uiuo. Is ad sublimia ista capitolia no / uus aduena ueniens / meis cū istis te uir optimus et uenerabilis salu tabit: quem ut lætus excipias / et omni humanitate / officio / mēsaq; quādoq; dignū hēas sic rogo: ut rogare magis abs te nihil equidem possim. Quid i Tochi aquilani nostri negotio agi cōueniat id tibi significaui alteris meis. Quod ego possim nihil ē mihi reliquū : nisi

hominem optimum et probatissimum amé: quod facio feciq; sem per unice constantissimeq; . Vale cum omni sacra familia. quibus singulis me iterum iterumq; commenda.

Ad Sidorū Iustū inter Cartusianos ardentissimū Christi Tyroné mutuā beniuolentiā poscenté. Epis. CXV.

P Lurimum et semper in domino salue Sidore frater et Tyro ardentissime Christi: qui ut cognomine antea: ita re nūc su scepto dei seruicio uere factus es iustus ea iusticia: cuius uni us sunt soli participes: q uera cū religione ac pietate sunt iusti: Quā et ego iam diu currens o utinam Semel possim apprehendere: ut tu optimus iam apprehendisse me reputas: et his suauissimis et orna tissimis tuis litteris: quas modo ad me dedisti: ea mihi ueluti adepto congratularis tanta mihi tribuens ornamenta Virtutū et laudum: quāta etiam: cum ualidissime ānitor: attingere haud equidem pos sum. Quæ tam uerissime utinā: q̄ humanissime de me tibi liceat aliquando sentire. Nunc uero quoniā tibi ita existimare: ita et scri bere placet: mihi roga te quæso perdilecte in domino frater: ne ego te fallam: Ipse ne et illudar detrimento non leui pectoris et cōscien tiæ meæ: sed tuis uerbis res ipsa respondeat: qbus politissimis et be niuolétissimis ita quæ de me tibi uidētur pingis et exprimis: ut umi bras colores q; tuos solidas ac ueras imagines prima fronte pene pu tauerim tanq̄ effascinatus facūdia iucundissima tua. In quo uero tantopere optas et flagitas ut te in dulcem filiū atq; charissimū assu mā atq; excipiam: et si non satis agnosco quæ inde tibi sperata ex pectataq; fruges: te attamen non ut filiū modo: uerū tanq̄ angelū christi sic excipio atq; complector: quin et obuius occurro amatu rus et amandus charitate ppetua. Quare me totū iam tibi quantu lus equidem sum dulcis Sidore: et quicq̄d i me omnino est: licet id omne sit uel uile uel perexiguū tibi trado tibiq; dedico ne quidem offero recepturus: ut spero: a fraterna tua dilectione uices et cumu lato et sancto cum fœnore. Qui donec te uidero beate in domino frater et dulcis anima Vale. Ex Fesulana nostra Abbatia. no nis Septem.

Ad Hieronymum Tarusinum Patrem et Conca/ nonicum Venerandum. Epistola C.XVI.

p Ropetate in Vrbem Aduersarium tuū et a te formidari in/ geniosi hominis/et litibus exercitati audaciā nobis affertur. Tu bono sis mi Hieronyme animo. Nihil assequetur eo/ rum:quæ forsitan meditatur:Siquidem non est ea res noua:quam uenit petiturus:Sed iā discussa subtiliter:iudicata plenissime:Tres/ q; rite/atq; persimiles rotatæ Sententiæ/et deniq; ab iis prouocandi elapsa legitima est omnis instantia:ut nulla præterea ansa/ nedum ratio:qua possit uti: integra illi supersit. Magno quoq; in hoc et constanti Philippus procurator est animo/nihilq; ueretur:nisi Pe/ tri Sedes:et fides Rotæ omnino uacillent: quod peccare in re tā cla re definita/ perfectaq; non solent:Sed neq; ego ullo quidem modo cōcipio:ut hic homo cauillatutus ueniat/ cum sit omniū rerū ægē tissimus factus/aut accendere de integro litem/ aut agere Romæ ni si seruiliter possit. Nihil est enim ad litē gerendam inopia langui di us:nihil ære potentius. Fecisti tamen nihil alienum a tua prudentia nos cōmonere. Nam præuisa tela minus quidem feriunt:quin et in terdum intendentes repercutiunt. Præcauebimus itaq; quicquid de trimenti nobis potest accidere/ sicuti expedit diligent/ tuq; interea temporis diuinam opem deuote/ accurateq; implorabis: De re ista hactenus satis. Verum quoniam te sciendi cupidum puto quid aga tur/ agendum ue sit excelsa in urbe sub nouo Pontifice maximo. paucis (si qua nosco) ea ad te perscribā. De ipso Pontifice adhuc certum nihil/ expressumq; homines intueri possunt: Ominantur uero/ sibiq; promittunt sapientes et uulgus uel optima quidem ra tione/ uel ea licentia:qua Romæ loquitur quisq; si non a pristinis moribus naturaq; discesserit:iprimis illum generosi/ altissimiq; ani mi fore.prudentem/ audacem sine imanitate/ atq; sæuicia:et simul gloriæ magnopere auidum. Sed ante omnia liberalissimū: quippe qui nunq̄ didicit/ nisi largiter et splendidissime uiuere. Hoc initio omnis recreat q; se feria tertia singula ad omnifarias quærellas pu/ blicum exhibet:Res sane primo patre dignissima:et cæteris:cum iu cundissima:tum salubertima. Curia uero ipsa plausu/ lætiaq; dis No.

soluitur. nullus ambitiosissimus luxus / pompaq; relinquitur. Aedi
ficiorum sumptus admirabiles uideas: qui iam ferme æmulari priscā
gloriam triumphantis urbis incipiant. Adsunt Senenses. Lucēses.
Mantuaniq; Legati: qui publicā solemni ritu Romano Patri obe
dientiam præstitere. Aduentare alios omni ex Italia ferunt. De
Gallis. Germanis. Hispanis. Vngaris: et huiusmodi exteris Regi
bus nullus est sermo. Dominicus Auria exauctoratus est a militari
Papæ custodia: eaq; Hibero concessa ipsius Papæ Nepoti. Magno
quotidie Hispanorum numero oppletur urbs: quorum ministeriis /
atq; auspiciis incipiunt omnia geri. Rerum affluentiam. incolumi
tatem. læticiamq; urbi etiam Christus indulget. Plura exequi litte
ris meum haud equidem sit. Ea quæ attigi paulo etiam curiosius: a
me ideo narrata sunt tibi: ne me penitus credas in tanto rerum tu /
multu Romæ dormire. Vale.

Ad Venerandum patrem et Concanonicum Seue
rinum de rebus urbanis Epistola. C. XVII.

i Ta quoniā a me exigit dulcis Charitas tua mi Seuerine: et
sanctus rac obsequiosus mihi id iperat amor: recensebo quæ
post tuum discessum sunt in urbe a me suscepta / atq; cōfec
ta / et cū his quæ uarie etiā uariis de rebus uulgo iactātur: quæ erūt
et oblectationi tibi fortasse: si spiritualis tua grauitas non inaniora
contēpserit. Redii ex composito inter nos / condictoq; die ad diui
Pauli Abbatem / Virū sane: ut uisus est mihi magnæ prudentiæ rac
bonitatis: a quo exceptus egdē fui / ut religiose / ac phumaniter: ita
quoq; lautissime / arridētibus nobis unde quaq; ministris / et quot/
quot aderant sacratissimis monachis. Et sane tu unus ad itegram /
cumulatāq; læticiam et mensæ splendorem desyderatus defuisti: fui
per qua multa sunt habita: ut par fuit: perbelle / atq; uenuste. Secut
sum uero tandē de re inter nos te presente iam cœpta tam multa ul
tro / citroq; collata fuere / ut ad uesperam usq; amico sermone iu /
cundoq; inuicē prouecti fuerimus: in quo deniq; de re omni mani
fit inter nos ea rata sententia: quā tu te sapienter intuleras atq; sua
seras. Pollicitusq; est Abbas: redditus cū fuerit aliquanto a febrili

debilitate leuatior:se candidatos aditurũ:et quantis licebit uiribus / ac rationibus nostram eos i Sententiã illecturum . Quoniam uero priuato consilio publica definire non conuenit:usum est utriq; de sic agitatis ad generales cõuentus / et futuras Synodos nostras esse referendũ:quibus potestas est condiciones recipere / et receptas pac to / lege / fœdereq; sancire. Expectamus quoq; ad singulas horas de Neapolitano cœnobio Timotheũ / monachorum præstantissimũ / et omnis factionis / et scandali haud dissimulatũ inimicum:qui stu diis nostris / atq; consiliis conducturus q̃maxime creditur . At no/ ster Celsus se Romã accersiri uehemẽter cupit:qui:si lite decernen / da res erit:mihi admodũ uidetur idoneus : Sin uero:ut ante dixi : componatur ad pacem: superuacanea impensa / et grandeui patris irritus labor. Satis iam procurator Philippus negotio toti sufficere posse uidetur . Sunt et in ipso limine quoq; Esaias / atq; Iusnnus : quorum:tum consilio:tum opera iuuati etiã fortasse res potent. De meo uero reditu in prouinciam / aut in Vrbe consessu cõstituere ha ud equidem possum:nisi ex rerũ euentis. Nihil tamen tantisper me omissurũ unq̃ puta:quod ad honestatẽ / paceq; pertineat : In quo deus ita me adiuuet:ut sana / atq; optima gradior mente / et quan/ to ingenio / ac cerebro ualeo:quem et tu mi Seuerine:ut spopundi/ sti:coadiuuate sacrificiis aræ / et supplicatiõibus perge . Inualida si / quidem hominum studia inanesq; conatus: quibus diuinus non af flauerit spiritus / nec deus uocatus affuent . De cæteris uero rebus hæc mihi modo se offerunt: quæ scribi liceat : Adest tandẽ optatus dudũ Bitagus Præpositus: quẽ omnia:quæ ipse cognoui pertinere ad causam Patroni plenissime docui:cuius cognitionis auido gratis simus / ac periucundus meus omnis extitit sermo . Iam cœptis noo minus deero huic homini socius:q̃ si ea ex re mea penderet salus ac uita ita poscentibus Archiepiscopi erga nos meritis . Stephanũ Ta bet Ducis Mediolanensis Legatũ feci cognoscere amicũ erga illũ aoimũ tuum:et uisitandi eius anteq̃ discederes studiũ: pro quo in / gentes egit et tibi et mihi gratias lætissimus / et urbanissimus ille . Aletiensis plurimi inter sacros et reuerendissimos Proceres merito nobis habẽdus diutina obtentur febre . Turcus captiuus: qui inter Palannos degebat ex suspecto ueneno nunc arce romaoa seruatur. No.

Dominicus Auria a militia et Papæ custodia amotus est / et ei alter ex gentilibus Papæ suffectus. Iudæi inumeri / cum his / qui Marani cognominãtur: totam perfidia Hsipaniam polluentes: a fœlicissimo et christianissimo Rege pulsi: excœpti sunt humaniter a Ferdinãdo Rege sua Vrbe Neapoli: Pars etiã alma in urbe a Patre Romano recepta. Meliora non habeo / et puriora: quæ scribam et hæc fortasse nimia. Quare meum gaudium Vale. Vicissim et hora. Romæ ptidie kallendas. Nouembris. MCCCCLxxxxii.

Ad Bernardinum Regiensem Concanonicum optimum / ac uenerabilẽ. Epistola. C. XVIII.

Quoq̃ ut a te amari mi Bernardine nullo equidẽ modo ita
a delector: Inde tuæ ad me hodie litteræ suauissimæ atq; cultissimæ tanto Ber. me gaudio / uoluptateq; cõplerunt: quantũ uerbis expedire uix possum: Quod et tibi accidisse in meis legẽdis opusculis asseris: ad quæ degustanda longum te ocium delegisse magna quidem auiditate fateris: quod ego nescio tamen quanto cũ lucro: qui potueris eo plane curriculo sublimiora scrutari / et ambro
No. siam legere quo tempore gramina collegisti. Sed fieri solet interdũ ut de rerum saporibus. amico palato: q̃ ipsa ex re magis iudicemus: ut illis quondã accidebat: qui in deserto mãna nutriti: quem saporẽ maluissent: gustare sibi uiderẽtur. Verũ enimuero utcunq; ꝑfecto id etiam est: plurimũ nihilominus lætor meas ediciones / et studia / ad cæteras illustrium auctorũ lucubrationes atq; uigilias perexigua optimo tuo animo / candidissimoq; ingenio abblandita fuisse. Foreq; persæpe ut in iis absens mecum sis mecum colloquare. mecũq; conuiuas. maximũ inter amicos plane solatium: et delibatu ipso nectare dulcius. Quare ut id agas cõstanter et maxime nõ cupio modo: sed rogo etiam: relaturus: ut spero: hac refricatione propẽsius tuarum precum emolumentũ. Illud etiam ego de te uehemẽter exopto: quando pulpitum et ille dicendi popularis usus: qui ĩ templis / areisq; suscipitur: a te minus tractari potest: oris / ac laterum uiribus diffidẽte: tuias attamen in sancto / ac liberali pietatis et humanitatis ocio: In quo spero breui fore / ut tantum assequare: tantumq;

proficias: ut fructum studiorū / laborumq; tuorum / et illum sane ubertimum et capere / et ad posteros transmittere facile queas. Nē / pe actionē ego illam: quam Placētiæ generali in Synodo nostra ha buisti: Semper recolens admirabor. Semper effetā ingēti cum lau de qua me ita demulctū / ita captum Bernardine tenuisti: ut eos / dem dies totos: quibus ibi consedimus: nihil habuerim inter patres ore sapidius: q̄ de te loqui. Signum.n. spemq; ea præclara oratione tulisti qualis: si non desiueris ab optimis studiis: futurus sis / uel ora tor / uel scriptor: quod et nunc enitet hac in epistola: quam modo ad me dedisti. Quare caue te fraudes / tuisq; fœlicissimis cœptis tan q̄ inuideas. Si cōmode a me fieri poterit: Roma rediens istac for / tasse transibo: tum coram excitabo te / confirmaboq; uehementius. Hippolytum: quem uti filium unice amo: tuæ bonitati atq; uirtuti: cupio iti cōmendatum: quo iuuene nullus amabilior. nullus suaui or. nullus ad adiscendū / proficiendumq; animatior uisus est mihi dudum: ut si eum excollendū / ornandumq; susceperis: persuadeam facile mihi: repentinos ex illo atq; uberes fructus demessuram / col lecturāq; industriam fore tuam: allaturos hæc maxima tria Deo lau dem. Rei nostræ dignitatem. Tibi uero meritum / atq; solanum. Hieronymū patrem uenerabilem mihi opto fœlicē cum omni sanc / ta familia: cui me trade. dica. cōmenda. Vale suauis mea / et inno / cens anima: ac pro me orare non desine. Romæ kallendis. Octo / bribus. MCCCCLxxxxii.

Ad Euangelistam Vicentinum patrem et Con / canonicum Epistola. C. XVIIII.

Istuli aliquot dies idcirco ad te mi Euangelista rescribere: d ut rem tandem a me non uerba reciperes. Neq;.n. quæ uole bam tui causa mihi ante in potestate fuerunt. Nunc autem sum assecutus: quod tua in domino Charitas uehementer optabat: ut larga uenia abs te possit absolui Iuuenis tuus iste de patrato ho / micidio: de quo ad me scripsisti: quod facies ea prudentia / et boni / tate: qua cætera soles. In petenda uero plenaria pro omnibus remis sione uerecundiores fuimus / ne Pontificem læderemus: hac in re se

minus liberalem : minusq; gratiosum exhibentē. In cæteris: quæ ad dignitatē et cōmodum spectant sacræ rei pu. nostræ sumus egregie functi officio / et partibus nostris Seuerinus / et ego. Postea Mediolanum ille abiens me Romæ dimisit quæpiam honesta admodum / nobisq; percōmoda curātem: quæ sane cum ego confecero: uenire ad nos diuina comite gratia constitui: ubi anxiosum utinā patrem / et mihi uenerandum Hieronymum Tar. Spirantem inuenia: quē agonizare cum morte perlatum est nobis. Nam etsi mihi persua deo animi a corpore dissoluta compagine illum non tā emori: q̄ ad beatissimam immortalitatem transire: est tamē optimi Senis ita nobis exemplo et usui uita / consuetudoq; sanctissima: ut equidem nolim adhuc nos illo priuari: quod si acciderit: illius desyderium nequibo sine commotione / et mœrore perferre. Vale. Romæ.

Ad Iacobum Volaterranum Apostolicum Secretarium Epistola. C. XX.

Pistolā Papiensis Cardinalis tui cum legi Reuerēde mi Iacobe: uisus sum sane nostrorum hominum nihil iamdudū gustasse suauius. nihil expressius. nihil purius. nihil omnino candidius. Vere christiana. Vere nostra tota in eo facundia splendet et emicet. Non arte quidem: sed corde loqui. Imo nec loqui. Sed rem: ut acta est: oculis subiicere plane conspicitur. Vidi expressius ferme q̄ legerim Pium spirantem / colloquentem. agentem. enauigantem / et cætera magni / ac diuini Principis munera obeuntem. Lembum et uidi ab aggeribus trahi Anconæ appelere. Venetum repente in littore ducem adesse. Triremes portum subire. Deniq; tanto in cœptu · desyderio. amoreq; patrem uere Pium / et merito maximum (Heu futuri semper incertæ hominum mentes) animam deo teddere / præclarumque facinus omne dissolui. Quare ex cæteris: quæ habes: uiri sacratissimi atq; doctissimi huius aliquid ad me ut iterum mittas: in quo palatum / quod sapore tanto delinisti: pa rumper exaciē te mi Ia. oro. repensurus tenui nostro de riuulo nonnihil: quod te quoq; fortasse delectet. Vale. Ex æde nostra uirtutum et pacis. tertio Nonas Nouembr. M.cccclxxxxii.

Ad Augustinum Papiensem Concanonicum / Venerandumq; Collegam Epistola. CXXI.

Ominum uota q̄ uaria incertaq; sint tibi ego mi Augusti ne sim documento: qui in uisitanda prouincia Collega bis tecū designatus neq; obire neq; incipere hoc munus simul potui unquam / adactus Romæ agere nouis / ac subitis suborietibus causis. Nam etsi mihi satis utiq; esse conueniat imperatā utcunq; rebus nostris nauare operam / et Superiorum decreta presto subire / quæ est suprema in religioso homine laus: tuæ attamē consuetudi nis fructu / suauitateq; dum careo / equidem ipse nō angi aliquan to non possum. ac mecum non gemere / q aut mihi non liceat per cœnobia sancta tecum commeare / et in rebus agendis simul cōmen tari. Aut tibi neq; liceat Romæ mecum esse consiliario / ac directo ri eorum omnium: quæ a me geruntur: quæ tua prudentia / exqui sitissimoque iudicio adiuta / atq; ornata et mihi factu leuiora / et nostris hominibus uideretur auspicatiora. Nulla enim opinio un quam mea / animus ue sic fuit a te distractus / quin in sententiam protinus tecum coirem: Tuq; non æque me uicissim audires. Dū ego itaq; absum res communes tibi commendo: pro quibus nunq̄ tibi pepercisti. Beatam patris Hieronymi Taruisini dormitionem dolenter nuper audiui: cuius plane uiri integerrimi / ac sapientissi mi. prudentia. uirtute. consilio decorabatur tota Religio. Claram et recordatione dignissimam ille sui nobis memoriam reliquit: et quæ sancte uiuendi consectemur exempla. In sufficiendo pataui no monasterio cui præerat altero Patre: qui amplissimum illud / ac celeberrimum idōeus tractet et regat: cura est uobis adhibenda nō modica / et exquirendus ex omnibus unus: qui uideatur imprimis singulari innocentia / et immaculata præditus bonitate: quem hu iusmodi uirum ut uobis Christus dominus porrecto digito digne tur ostendere. Tuus Iason ante Pontificem / Patrumq; consessū perorauit magna cum laude. Legatorum ex omni Italia splendor / et numerus est infinita narratio: quam curiosis / ociosisque per mitto. Vale.

Ad Ioannem Geregatum Reuerendum episcopum
et Cruciferorum Generalem. Epistola. C. XXII.

Allium Cādidum nostrū Hispano Episcopo agenti in Cu
p ria pro serenissimo Rege ⁄ nobis ex uicinia proximo antea
triduum: q̄ tu peteres ⁄ reperi a Proposito patre fuisse pro ⁄
missum: et ne falleretur secundam iterum hodie fidem patris peti
isse: atq; accepisse. Quod sane ego dolentissime tuli: qui es mihi
unus: quem meritis ⁄ et necessitudine cæteris coepiscopis Reueredissi
mis præfero. Sed pro uiribus: quæ nobis defuerunt ⁄ unde tibi ob
sequeremur: compensa mentem et animum: nosque charos: ut fa
cis: habe. Vale Romæ.

Ad Augustinum Papiensem Concanonicum
Venerabilem ⁄ atq; Collegam. Epistola. C. XXIII.

I quisq̄ ad detrimenta ⁄ indignitatemq; Religionis est timi
f dus ⁄ ac uerecundus: semperq; magis periculosos ⁄ ac indeco
ros euentus metuens: q̄ secundos ⁄ ac splendidos sperans:
eum plane (dederunt hoc nostri homines uel laudi ⁄ uel culpæ)
me esse profiteor. Ea propter tā diu Augustine Roma me habuit:
ubi non patuam operam. studium. curamq; consumpsi ⁄ in fœdan
da contentione monastica. in extinguenda cupisina lite. et i tertio:
quod tibi satis innotuit: extermiando periculo. Quæ molestissima
singula si non abolere: et extirpare radicitus: at extenuare tamen ⁄
honestioraq; reddere diuino aspirante præsidio uel aliquanto po
tuimus. Ex quo in proximum meditor me ex urbe præripere: teq;
complecti et exosculari ueronæ: nostris Ciuibus tua sonora sāctaq;
tuba regnum dei euangelizantem. Vale.

Ad dominum Lodouicum Gonzagam Man
tuanum Episcopum. Epistola. CXXIIII.

Vper cum Romæ allatum mihi esset Ioānem Vercellensē ⁄
n Vitū sane: qui ex omnibus Concanonicis nostris in dei uer

bo / populariquе doctrina prima laude / ac dignitate niteret : in domino quieuisse:non equidem sum oblitus me eum tibi in buc cinatorē: et uatem fuisse pollicitum/cum æstate superiore Domina tionem uisitassem Reuerendissimam tuam :et meam sponsionem et fidem tanq̄ uadimonium exactam a te fuisse :quam ingenue de di præter mortem nihil excipiens :quæ una est :sine qua nemo deli beat . Nunc uadimonium mors subita / et inexpectata dissoluit: meq; indolentem liberauit:non fidem:Sed promissum abrumpēs. Quod significandū tibi mox cēsui : cū beatæ quadragesimæ tēpus ī limine sit:quo possis uel de nostris Augustinianis hominibus: Si qui liberi erunt/tibiq; placuerint / uel de alterius professionis quo piam ardente Tubicine Cathedrali auditorio isti tuo opportune consulere :egoq; uideat uetus filius tē patris et domini haud negle xisse :cuius sanctæ Dignationi me iterum /iterumq; committo : ei deprecans incolumitatem /et sanctam in domino pacem. .Vale. Romæ XIIII .kal.Februarias .M.cccc lxxxxiii.

Ad Albertum Veronēsem Abbatem Fesularum Epi.C.xxv.

n Ihil facturus es mihi hoc tempore gratius Alberte charissi / me:q̄ si operam omnem tuam accurate et impigre dederis: uti libelli ii nostri : de quibus ad te scripsi alteris meis : ad me perferantur ātea q̄ ab urbe digrediar :quod facturum me equi dem puto ad sanctæ quadragesimæ caput. Desyderati enim quæsi tique sunt magno studio a quibusdam non paruis romana in Cu ria uiris/deq; nobis præterea bene promeritis:quibus dū obsequor: minus quidem dare :q̄ accipere rem sane mihi gratissimā uideor. Tuam itaq; in hoc ut mihi diligentiam præstes Alb . Venerabilis / ac perhumane te in domino quantum omnino possum et rogo / et flagito . Vale .

Ad dominum Philippum Cremonensem Iure pontificio darū/et Cremonensis ecclesiæ Canonicū Epi . C.xxvi

Mnium rerum : quibus in uita gaudemus : ea iucundissima
o mihi plane uidetur in primis : cum ea sese homines consue
rudine / familiaritateq́ iunguntur : quam uirtus candida /
motum Similitudo bonorū / parq́ studiū conflat et excitat . Hæc
mihi necessitudo cū Iacobo Tocho Aquilão diutissima / et suauis
sima fuit : quē Virum præstantem / et clarum doctrina : tuiq́ per
similem in Vicatium istius Episcopalis ecclesiæ suæ cum Reueren
dissimus destinet Ascanius / amice equidem putaui / atq́ optime fa
cere : si te absentem illi desiderabilem / eumq́ tibi uicissim cum istic
adesit amandum colendūq́ porrigerem. Quæ mea cogitatio quan
tum Sane utriq́ uestrum exstiterit grata / fructumq́ pepererit : tantū
Matthæum uestrum insculptum memori animo habetote præsertī
intercorandum . Valete . Romæ .

Ad Euangelistam Vincentinum Concanonicum
Venerabilem Apologia. .C.xxvii.

Cribis Euangelista officiose ac Suauissime te mihi aliquā
s to timere quorundam uel indignationem / uel murmur :
qui non gaudent q́ mutuam pacem / atq́ concordiam cū
monastico ordine Romæ sollicito / rati satius altercationem Iudicio
discerni : q̄ amico consensu. Nunquam ego mi Euang. loqui quen
quam de re communi multorum quod concipit : tanti facere didi
ci : quanti tacitam bonorum operum conscientiam / et publicam re
ligionis quietem / ac dignitatem : Quæ ē apud cæteros facilis / apud
nostros semper liberrima fuit dicendi Venia . Sed compone tu mi
Euang. parumper Initia / media / extremaq́ hac in re quæsita . su
scepta acta ue : et unde quid assecuta est hactenus utraque pars :
aut postremo quid assecutura credatur . An aliud dices / q̄ pecca
tum ? q̄ multorum scandalum ? q̄ conturbationem intrinsecam ?
q̄ dedecus : et famæ / bursæque dispendium ? Adde quid sacri :

ac Reuerendissimi romani Patres: et qui nos etiam propensius dili gunt: sentiant. moneant. obiectent. Velim qui facile absentes di iudicant: et qui rentur nostram salutem / et dignitatem contineri totam antecessione potiore / et qui Machabeorum exemplo dimi candum persuadent. Velim dico ad hanc usq; possent Curiam au res distēdere: Audirēt de nobis fabulas: a quibus religiosus et uere cundus animus debet nō minus quidē: q̄ a turpi scelere sic abhorre re. Decus religiosum non est positum in precedentia huiusmodi uana: Sed in ea uirtute / et gradu: qui maxime illustratur humilita te. patientia. honorumq; contēptu. Addo et tibi hoc tamē mi Euā gelista carissime neminē esse: q̄ de determinanda controuersia ista iudicio magis ardeat: q̄ ipse ardeo / pax modo / et exitus quietus ide sit secuturus. Non praepedio ego iudicium. non exturbo senten tiam. non diem protraho. Sed turpes rixas. impensasq; inutiles. pe riculosasq; nunc tēpora graui consilio diffugio. Quin et illud affir mo si quotquot homines et industrios et sapientes habemus anni xi fuissent: neq; accelerare iudicium / neq; litis exitum maturius po tuissent. A quo die creatus nouus est Pontifex iudiciorum / causa rumque interpedita sunt munera: In excipiendis / audiendis que Legatis ab omni Italia Romam profectis totum hoc da / tum est tempus: quibus publicis / ambitiosissimisque Spectaculis nunquam aliquid uisum est maius. nihil profusius. Ast ego interea tēporis primū cum Seuerino / deinde cum collegis ambobus / deni q; cum procuratore philippo / uiris omnibus optimis / ac probatis simis de pace / concordiaq; tractaui: nihil nostris iuribus derogans. Venere ad postremos hos dies noster Celsus: et Monachorum pro curator: qui nostra studia / actaq; omnia ita probarunt: ut proban nequeant magis: putantes praestabilius fore rem huiusmodi istam per nos terminari beniuole: q̄ per ānos forsitan plurimos ancipiti euentu totari. Ego ut antea semper / sic et modo q̄ Romae agam in uitus ofus indigna: quae uideo: testis et praesens inspector ueri quia non mentior est mihi deus. Sed noluerim / noluerim imperatus. mi hi in urbē accessus subeundus fuit / et multorum deinde Patrū sua sibus / ac precibus obtemperandum. Quare his omnibus: quos scri

bis de me sentire aliter/et proloqui indigne ut desinant intoleranti bus aiís esse / et ad leuē pauere harundinis umbram has legendas ꝓ ferre prudēs et officiosa Charitas poterit tua et ut sit mihi suis au xilio ꝑcibus etiam uehemēter rogare. Vale ac ꝓ me iuicem ora. Romæ.

Ad Marianum amicum Epistola. C. XXVIII.

m unusculum tuū Mariane fili fuit mihi gratum /quia gratis simus semper tu mihi fuisti :meaq; instituta secutus / Neq; uel mile uel perexiguū putare didici unq̄: quod ab amico/ge nerosoq; aío ꝓfiicisci crediderim. Ago tibi itaq; gratias/reddā et aliq̄ do fortasse. Vale fili dulcissime utq; cœpisti cum uirtute i domi no uiue.

Ad Ioannem Augustinum Vercelensem Concanonicū respōsiua ad ea quæ scribit de oblectatione lectionis, deq; bayarū et puteoli reliquiis uisitandis: et de spectabili pompa inclyti federici in adora tione Pontificis Epistola. C.XXVIIII.

q Vod sēper effecisti Ioānes Augustine charissime: ita et mō elegān/et suauissima una tua epistola mihi declaras q̄to stu dio/amoreq; uidēdi mei tenearé: quā tantā auiditatē cū alio qn explere nō possis: q̄ isto dulci cōpendio: te uersari / occupariq; quotidie in nostris libellis /epistolisq; legendis: Quæ lectio / ut qui dem potest : me loquentem uel tibi referat. Addis et scripta huius modi nostra: quæ ita te detinent /atq; oblectant: communia te mul tis effecisse uiris eruditis / atque beniuolis: qui me Auctore præsen te confrui tecum Neapoli optant : quo ut ueniam iterum rogas: iterumque congeminas / proponens mihi tanquam irritamentum blandissimum Puteoli/ Bayarumque deambulationes uicinas/atq; lætissimas: quæ olim loca extiterunt Romanorum exquisitæ / pri/ maeque deliciæ: Ad hæc sane mi Augustine plurimum moue/

or. Quid enim mihi potest esse preciosius: q̄ te præsente et iis te cum: qui nos ita cupiunt in Domino frui ? et Sanctos simul de deo egregiisq; uirtutibus cōmiscere sermones? Quid et ad laxandū tantisper animum iucundius, atq; suauius puteolanis istis, baya nisq; Spectaculis? quibus nihil admirabilius fuit olim. Vbi amœ nissima adhuc quoq;, et decora uetusti splendoris, stupendiq; mi raculi monumenta uisuntur? quæ mihi, dum scribo, Oratianum illud ad memoriam reuocant Nullus in orbe locus bayis prælucet amœnis? Sed rationes cōmunes sacri ordinis nostri Romæ esse me cogunt: quas porro ne deseram: Generalis pater meas equidem ui ces in uisitanda cisalpina omni Prouincia etiā Senex, nalitudinari usq; subiuit. Quando igitur presentes exosculari: quando et lambe re totos non datur modo tua in ista sublimi, regiaq; Parthenope. in isto et beato uirginis fano, quaq; uernante, affantiq; cedrifero: litteris quantum possumus saltem ornatissimis, ac suauissimis mē tem auidam leniamus: quæ interdum ipsa presentia sunt blandio res: tanti excogitatus, et instructus est sermo. Ad ea: quæ ad me scripsisti: hæc satis. Hieronymus Tatussinus noster Vrinæ crucia tu: quam nullam per septem dies potuit emingere: coactus emori piam, atq; deuotam deo animam reddidit. claram cuius Patris, et optimi Senis memoriam, ac desyderium nequeo mi Augustine sine gemitu ferre. Amisimus eo in homine plurimum publicæ laudis, et commodi tam etsi: ut mihi persuadeo: potiora lucratus est opti mus ille. Eugenius cadubrius Vir, p̄batus, et innocens domini Ser uus suffectus auditur. Chrisostomum quoq; scribunt postremum Patauii agere spiritum: et a medicorum curatione dimissum. Ali ud: quod scribam: nihil habeo noui præter triumphales, ac inaudit tos honores (Si nosce optas) delatos ab Italia omni nouo Pontifi ci: quos plenius prosequi, historiæ æquius: quam epistolæ certe con uenerit. Omnem tamen omnium, et splendorem et gloriam In clytus uester Federicus excessit. Nam acerrimorum Sonipedum nu merus, faleræ, strataq; magnifica omnibus fuere miraculo. Tan tus et fuit circa Regulum ordo, dispositioq; pulcherrima incendi um Heroum. Auratorum Equitum. puerorum, ministrorumq; exquisitissimorum: ut omnium intuitus ad se conuerterent.

Prima fronte stridens tubarum clangor excitabatur ad astra. hono ratiore deinde loco uarius modulantium Tybiarum sonus aures te nerius demulcebat. Intermixta postremo timpana inter molles / et suauissimas Liras nec defuere. Nemo nisi uel argēto / uel auro / uel serico / uel amictu alio precioso erat indutus. Non quoq; paucis pendebant a uertice / colloq; gemmæ ex oriente fulgentes. Torqui bus. armillis. monilibusq; ornabatur tanta incedētium manus: quā tam ornate potuisse uix credetur omnis Italia. Sed conspicuus ante omnes eminebat alter ut Absolon regius Natus. equo superbo / pe tulanteq; delatus. et Balteo cinctus auro quoq; pēdulo margaritis q; micante. Ad forum diui Celsi et Pontis caput Tiberini bombis atq; crepitibus ex Adriana Mole iactatis quati cælum / et mugire di xisses. Quibus sonipedes exciti contineri gradu non poterant: ut pulcherrimum esset agiles motus inspicere. Non publicus uicus ul / lus. non fora. non porticus. non fenestræ desuper capere poterāt ꝓ spectantes. Ab spectaculi uanitate cum iis: qui mecum erant hone / stissimis sacerdotibus attonitus abii. Verumq; ut fatear: uelut Xer xes quōdam cōfertissimum exercitū cōspicatus suum: sic ego uehe / menter ingemui tam floridam / selectāq; hominum turbam / cada uera cito futura: protulīq; illud Solomonis elogium. Vanitas uani / tatum / et omnia uanitas: Persiiq; uersiculum

O curas hominum o quantum est in rebus inane?

Appellauiq; fœliciores: qui possunt ridenda / maniaq; ista contem nere: q̄ qui illis abundant. Illud etiam indolui Qui pietate / deuo tioneq; colendus est: tam ambitiosis / insanisq; honoribus coli. Ira fit Paulo edocente ut diligentibus deum omnia cooperentur in bo nū iis qui secundum propositum uocati sunt sancti. Ora itaq; ut ex umbraticis huiusmodi istis / defluentibusq; spectaculis ad manentē illam patriam: quæ rege Christo uere triumphat: meriti aliquando perueniamus. Vale: mutuoq; mea lux ora. Romæ ex æde uirtutū / et pacis. VI. Idus Ianuarias. M. cccclxxxxiii.

Ad Gentilem Aretinū Episcopū: reuerendæ uirtutis / et eruditi generosiq; animi Virū de suo amœnissimo fonte. domo. deq; transmisso ad eū libro Epi. C. XXX.

N Domino Iesu plurimum Salue Gẽtiles pater et Domine.
i Tuum ad fontẽ: qui peremni largitate/Spectabiliq; et natu
ræ/et artis illecebra Viatorum ad se rapit/nescio magis an sicca ora labore/an egregii spiritus oculos Romã ipse dum peterẽ: te decus meũ Gentiles salutaui. Tuq; suauis/ac perhumanus post sanctos amplexus ut domũ interiorem subirẽ de uia me compulisti: et ad mordendum ac delibandum aliquid amitum stomacho/itine/rantiq; conueniens: tempestiua cum mihi necdum etiã esset hora/coegisti: Feci quod uoluisti: quoniam Episcopi neq; mihi recusanda egregia humanitas fuit. Deniq; omnẽ cum lustramus reliquam domum mire/pulcherrimeq; paruo ambitu collectam atq; dispositam/secessum uere sancto philosopho dignum: de Bibliotecula ibi rustica tua en agnosco gaudia saluaria nostra nõ rustico tegmine/sed insigni cultu polita: de quibus cum pauca quædam fuisses amice loqutus: protinus adiecisti ut cætera opuscula/et uarias meas Epistolas: quas audisses esse formatas: tibi ad gaudia ipsa coniũgerem. In quo tibi/mihi patri/mihiq; domino uolentissime obsequens/ex impressis illis libellis ad te mitto unum/porro non qualem uel dignitas tua/uel cultissimus/et ornatissimus animus meretur/et postulat: sed qualem profecto habui: In quo non tam precium qdem q̃ meum erga te animum pium et plurimũ/ac tibi agnitum oro librato magne/generoseq; Gentiles. Vale: tuumq; Matthæum in domino: quod facis: ama. Ex Fesulano nostro Cœnobio. iii. kll. Febtuarias.

Ad Ioannem Philippum fratrem et Concanonicum familiaris Epistola. C. XXXI.

E mea fefelli anima. tuam frater expectationem ellusi qui
t Roma rediens/Veronam tetum quadragesimatũ nõ ienm isto contubernio pulcherrimo/bearoq; tempore te fruiturus in domino/et magno meum Augustinum ore nostris Ciuibus concionantem inspecturus. Sed ut Bononiæ consederim/non parua nec idigna me impulit ratio: quam cum noueris: neq; ea tibi: ut puto: erit forsitan iniucunda. Quare apud uos quæso facilis mihi/lætaq; sit uenia. Temporũ omnia/locorumq; sunt. Quæq; in hoc iactu/

ta est: instaurari perfacile potest / cum tempus uenerit / plenaq; di / es: quam tamē sperare tutius: q̄ nobis polliceri equidem possumus.
No. Longa ipsi sæpe fila distendimus textutam facturi: quam uix incœp tam aut euentus fortunæ uariat: qui per momenta omnia se infert incertus: aut abrumpit infida / et propera Mors. Quæ iis timenda nullo tamen quidem modo est: qui recte sua omnia agunt: quoniā præter mortem / inquieti semper animi nullus alius beatus est finis: aut calamitatum instātium terminus. Quoniā itaq; ex his duobus humana omnia pendent: ita nos expediamus / in procinctuq; serue
No. mus: ut uel ludificari fortuna: uel morte ab humanis euocati cū illa stare / et cum ista cōmigrare non formidēus: ad quod sit nobis auxi lio: qui æterno consilio / inscrutabiliq; bonitate sic uoluit humana pendere. Vale ac Mutuum ora. Bononiæ. iii. Idus Apriles.

Ad Zachariam Liliū cohortatio ad pergēdū magna uirtute / animi q; perpetuitate i religiosam / et sanctā rē cœptā. Epi. C. XXXII.

Cogito de te plerunq; mi Zacharia: quippe qui tam es mihi charus / ac perdilectus / atq; esse curasti: cum te totum me / as in manus / meūque in arbitrium deo sacrandus / ac serui tutus concessisti. Atque illud uehementer cupio / uehementerq; a Pio et Maximo Iesu peto et oro: ut incrementum / exitūq; fœlicem tuis cœptis istis optimis / atq; sanctissimis benignus ipse suppeditet: teq; ita incendat indies / ut prior ille diuini amoris igniculus subli / mem concrescat in flammam: qua incensus non cesses unq̄: quan / tū porro tibi licet: relictis humanis cælestia quærere iis artibus: iis sti mulis: iisq; sudoribus: sine quibus haud itur ad astra. Hic generosū animum tuū totum. hic fidem omnē. hic spem indubiā. patientiā. abstinentiā. castitatem. paupertatem. obediētiam tecum aduoca ad sacrificandum hostiam uiuentem atq; perpetuā animam deo. Sitq; tibi īprimis Oratio crebra semper in corde / oreq;: ut quicquid mēs dulcedinis plena conceperit: lingua nitēs ebulliat. Ab iis cōtra: quæ ueluti cœnū fetulentū conculcasti nuper: terrenis illecebris / uanisq; cōsuetudinibus nō minus abhorreas: q̄ a uenenis letiferis: deq; iis ne q; sermo / neq; recogitatio tibi animo subeat ulla. Quæ iā amasti. cōquisisti. ꝑciosaue duxisti: iā īfesta. iā inimica. iā deniq; mortifera

non modo denita:sed etiam omnino dedisce | abradeq; memoria : aut si non potes a mente stirpitus/memoriaq; delere:in ea iam inter filios excussorum numeratus sagittas effulgura manu potenti / et gladium Spiritus exere : quod est uerbum dei : Verbum inq̃ quod potens est non solum docere quæ eligenda sunt : quæ et fugienda / et prælucere tibi pedibus uti lucerna : Verum etiam collidere / atq; conterere omnis conatus / omnisq; aduersus te uires callidi ueteratoris / et hostis antiqui:qui semper circuit irrequetus quærendo quē deuoret . Etenim manum mittentem ad aratrum / et retrospicientem statim:aptum nullo quidem modo regno dei diuinum in euã / gelio fatur oraculum. Et Loth sanctissimi Vxorem in Sodomas retrouersam / dum fugeret / legimus corriguisse / inq; Salis Statuam fuisse mutatam . Quæ Zacharia tibi semel illuxit cælestis gratia : mille eam oculis serua: atq; defēde illius triti uersiculi memor: quē sæpe cantasti | Non minor est uirtus q̃ quærere | parta tueri / et da / uitici moniti Sicut Iuuentus tua / ita Senectus tua. Possũ qbusCo/ lossenses Apostolus:te iisdē Zacharia affari uerbis| recteq; hortari: Si cõsurrexisti cũ Christo: quæ sursũ sũt quærere ubi christus ē i gloria dei sedēs: quæ sursũ sunt sapi:nō quæ super terrã . Hoc natura humanis est insitũ oculis : ut si post Solē intres umbrosa nihil sane conspicias . Sic qui ab interna equidem luce se conuertunt ad exteriores tenebras mundi / inanesq; et pallidas umbras : ut excæcetur protinus miser necesse utiq; fuerit / extincto illi sole iustitiæ:q Christus splendidissimus est:alioquin nullo modo uisibilis:nisi innoxio/ purificatoq; conspectui : quemadmodum in psalmo Beati mundo corde / quoniam ipsi deum uidebunt Propheta cõmemorat . Qui enim per Sirtes / et Scopulos Vela dedisti / incerto sidere errans / et fluctuans / tentansq; naufragium:collectis nunc carbasis portum tene | et quæ te firmet ualidam Ancoram iacta . Neptunum Siqui / dē:ut in uetere prouerbio dictum meminimus:improbe accusat: q iterum naufragium facit . Ego non tibi mi Zacharia diffisus:Sed ut ad palmam gloriosæ imm rtalitatis tibi propositam alacrius cu / rans:ista conscripsi / illo ipso Charitatis Zelo:quo te ad Tyrocini / um duxi:in quo q̃tum sane pr ofeceris:tantũ et ipse lætabor. Vale. oraq; Sæpe ꝓ utriusq; Salute . Bon.ex.S.Io. in Mõte nonis Apri.
.M.CCCCLxxxxiii.

Ad Marcum Veronensem Concanonicum et ardentem dei Præconem Epistola .CXXXIII.

q Vam recte / fausteq; apud Volaterranos res Marce tibi fuccessernt / ut mihi significes opto / rogoq; magnopere : q̄q̄ inspicari mihi facile licet ex anteacta tua uirtute / euentisq; secundis te non nisi peregregie/ atq; sanctissime præclarum tuū munus tractasse / absoluisseq; cū laude.Sed ita solet īmodica charitas: ut semper sit de fide / ueritateq; sollicita. Quo fiebat cum te Florētiæ præsens audirem / oblectarer / ædificarerq; uehementer: tunc tamen ad maiorem etiam fidem quid sentirent alii sæpius percūtarer: Quare de re omni tua litteras a te pater expecto : quas te daturum iucūdas non dubito . Iacobus Thocus Aquilanus / Vir egregia bonitate:et sacri Iuris peritia clarus Cremonam iuit nomine Cardinalis Ascanii Vicariatum Episcopalem administraturus. Is quantum Ordini imprimis deuotus sit nostro / quantum et mihi præterea deditus non te Marce puto latere . De ecclesia illa ampla / atq; spectabili / et umbilico urbis medio posita ad proseminandum euangelium christi uentura Quadragesima tibi decernenda opportūa uet / ba cum homine feci:qui promptissimus est:si tu ānuis eam tibi procurare diligenter:teq; uelut angelū dei omni officio / et pietate cō / plecti . Iussi illum ita subsistere donec/ipse rescribas . Quare:si nō te.M.deliciæ Tuscæ detinciunt / grauaris ue asperrimas alpes traiicere:fac nos protinus certiores auditorium illud tibi placere.Agam ex tuo iudicio / uotoq; rem istam tuam:immo et meam : quoniam nihil tam tuum fuit unq̄: quod dulcis / et fraterna charitas / et beniuolentia tua passa sit a me esse alienum . Paucos ad dies benedicto et maximo deo mihi propicio ad Capitulum generale me conferam / quæ sors mansura me sit ignorans : Sed utinā tranquilla / et a publicis negotiis libera . Dimisso uero sacro ipso Senatu nihil mo rabor te de meo omni / tuoq; euentu facere certiorem:qui interim mihi de cælo præsidium ad assequendum beatū liberum ociū ardentibus precibus tuis īplora. Eleuterius noster extremū uitæ diē subi / isse pie atq; sanctissime nunciatur a Veronensibus nostris:cui emi / grarin magno solatio fuere:qui forte aderant: optimi compatriotæ

Generalis pater / Iustinus et Gabriel: Audio Valerium nostrum Euangelium Mantuæ tanta gratia et laude tractasse: ut desyderiũ fædatum Episcopo sit: quod amplissimum de Ioanne Vercelleosi conceperat: quæ mihi magnæ lætitiæ res plane fuit: qui Ioannem illi anteq̃ e uita migraret spoponderã: qui et Valerium quonda aman tissimum mihi filium / et sub mea disciplina Tyrunculum tam re / pente audiam ad egregiam pulpiti dignitatem peruasisse. Aliud quod scribam modo non habeo / nisi ut bene Valeas. Bononiæ Idibus Marciis. MCCCCLXXXXIII.

RECVPERAtiones Fesulanas has elegantissimas Opus quidem aureum / et penitus Diuinum q̃castigatissime Impressit omni solertia PLAto de Benedictis Bononiensis In Alma Ciui / tate BONOniæ. Anno Salutis MCCCCLXXXXIII. Decimo tertio kallendas Augustas.·.

REGISTRVM.

.✠.a.b.c.d.e.f.g.h.i. .A.B.C.D.E. F.G.H.I.k.L.M.N.O.·.

Omnes sunt quaterniones excepto primo signato ✠ qui est ternus et .h. minusculo qui etiam est ternus .et .i. paruo qui constat ex duobus foliis.



